desuper: „Exaudita est oratio tua“. Quare animatus, reliqua more solito complens, hostiam fregit, unam ex eis particulam vacuo calici inmittens. Et ecce! Christus, qui est Dei virtus et sapientia (1. Cor. 1,24), qui in cruce de suo corpore mortuo sanguinem et aquam exire fecit (Ioh. 19,34) contra naturam, de corpore suo sacramentali atque immortali contra consuetudinem produxit sanguinem et aquam: sicut de incisus venis sanguis erumpit, ita de eadem particula in duobus locis, sacerdote conspiciente, utriusque liquoris profluxit species; non enim vini, sed humani sanguinis forma in eo videbatur. Quapropter paveant et erubescant, qui dicunt nichil fieri in pane, nisi calicis transsubstantiatio fiat. Cumque sanguis exuberans pene tertiam partem calicis repletisset, stetit. Sacerdos vero, tanto miraculo viso exhilaratus valde, partem sumpsit, reliquam cum sacramento corporis circumstantibus post misse completionem ostendit. Postea decretum est prudentium consilio, ut calix cum liquore sigillaretur. Quod et factum est Nuper cum dominus Conradus Portuensis episcopus et sedis apostolice legatus¹⁾ transiret partes illas, predicti fratres illum accersientes ea, que dicta sunt, per ordinem recitaverunt. Qui glorie tanti miraculi congratulans precepit, ut, sigillo amoto, in testimonium fidei christiane cunctis supervenientibus et videre volentibus liquor ostenderetur per dies octo. Quod et fecerunt. Est autem purpurei coloris et ex tempore spissior, utpote duos in calice habens²⁾ annos, nunc autem sigillatus est.

Quantum gratie quantumve glorie apud Deum mereantur, qui in sacramento altaris fuerint devoti sive in conficiendo sive in sumendo, caritas fidelium advertat.

3 inmiscens 1a. — 6 contra naturam et cons. 2a. b. — 7 sicut decisis (descisis 2a) ven. 2a. b. — 8 aspiciente 1d. — sp. effluxit 1d. — 11 transsubst. bis calicis fehlt 2b (Augensprung bei calicis). — 12 tamquam mir. 1b. — 13 valde gracias agens deo partem 2a. b. — 14 explecionem 1b. d. — 15 est. Post breve tempus cum 2a. b. — 16 Chunradus 1a; Coenradus 1b; Conr. fehlt 2b. — 19 congratulantes 1c; congloriabatur 2a. b. — 20 vid. cupientibus 1c. — 21 octo fehlt 2b. — 23 annos, post ostencionem calix sigill. 2a. b. — 24 Qu. glorie et qu. gracie 1d. — 25 alt. fruuntur 1b.

¹⁾ Ueber Konrad von Urach, Kardinalbischof von Porto († 1227), s. Band I, 150 Anm. 1. Ueber seine Legation in Deutschland (1224 bis 1226) vgl. u. a. K. H. Roth von Schreckenstein, Forschungen zur Deutschen Geschichte VII (1867), 319 ff. Nach Meerssen wird er auf dem Wege von Lüttich nach Köln Anfang Juni 1224 gekommen sein (eb. S. 379); ein zweiter Aufenthalt in diesen Gegenden im Januar und Februar 1226 (eb. S. 357 ff., 388 f.) dürfte für die ersten Kapitel von Caesarius' Schrift zu spät sein (vgl. oben S. 13 f.).

²⁾ 'tabens' verbessert H. Disselnkötter, Annalen 121 (1932), S. 52: „da er bereits im Kelche zwei Jahre zusammenschumpft“. Doch ist die Aenderung unnötig. Die zwei Jahre führen, wie er mit Recht bemerkt, von 1223 (s. oben S. 16, 31, 20, 22) auf 1225 (vgl. oben S. 16 Anm. 1).

4. Item de monacho Vilariense, cui angeli in missa ministraverunt¹⁾.

In Brabantia²⁾ femina manet valde religiosa, fide, caritate bonisque operibus plena, multas habens a Christo consolationes plurimasque revelationes. In huius presentia dum sacerdos quidam de Vilario³⁾, et ipse bone vite, in quadam villa missam celebraret et in ipso introitu ad altare dum peccata sua confiteretur, cepit corpus eius lucidari et sacre vestes, quibus indutus erat, miro candore decorari. Cumque hostiam exaltaret, vidit duos angelos mire pulcritudinis, utpote filios lucis, ei hinc inde assistere, brachia sustentare et, cum hostiam deponeret, manicas utriusque manus, ne quid eis tangeret, valde decenter restringere. Qui etiam inclinato capite, elevatis manibus, cum summa reverentia depositam adoraverunt. Hiis concordant quidam sacerdotes, qui hostiam adorando deponunt, Christi corpus ibi credentes⁴⁾.

Eandem consuetudinem habet magister Stephanus archiepiscopus Cantuariensis⁴⁾, qui nullo theologo huius temporis inferior scientia esse dinoscitur. Interrogatus a domino Henrico abbate nostro⁵⁾, si post hec verba 'Hoc est enim corpus meum' statim fiat transsubstantiatio panis, scilicet in corpus Christi, respondit: „Hoc credo, in hac fide moriar. Unde mox cum hostiam depono, supplex illam adoro“. Hoc commemoravi propter quosdam, qui quibusdam scriptis magistri Petri Cantoris⁶⁾ pertinacius adherentes dicunt

*) qui hostiam venerantes et Deum credentes fügen 2a. b hinzu.

3 In Br. erat bona matrona bonis op. pl. 2a. b. — 4 hab. in Christo 1c. 2a. b. — 5 de V. et i. fehlt 1b. 2a. b. — 9 host. elevaret 1c. 2a. b. — 11 eas t. 1c. 2a. b. — 12 constringere 1d. — 16 habuit 1c. — St. episcopus 1a. — 18 Henrico 1a; Hinrico 1c. — 19 enim fehlt 1a. b. c. — 20 transmutacio 2b. — 22 scripturis quib. 2a. b. — 23 pertinaciter 1a.

I, 4. Gekürzt übernommen in die Chronica Villariensis monasterii c. 23 (MG. SS. XXV, 205) aus einer Handschrift 1. Herolt, Prompt. exempl. M. 42.

1) Zu den Kapiteln 4—7 vgl. Jos. Greven, Der Ursprung des Beginenwesens (Historisches Jahrbuch 35, 1914, S. 49—55).

2) Greven, a. a. O. (1914) S. 51 Anm. 1 denkt an Nivelles in Brabant, südlich von Brüssel (vgl. unten I, 5); vgl. jedoch den Schluß des Kapitels.

3) Villers in Brabant zwischen Nivelles und Gembloux, Cistercienserabtei. Vgl. besonders Ed. de Moreau, L'abbaye de Villers en Brabant au XII^e et XIII^e siècle, Brüssel 1909; oben Band I, 92 Anm. 1.

4) Ueber Erzbischof Stephan Langton von Canterbury (1207—1228) vgl. u. a. F. M. Powicke, Stephen Langton, Oxford 1928, und English historical review 48 (1933), 554 ff.

5) Ueber Abt Heinrich von Heisterbach vgl. oben S. 15 Anm. 2; Ferdinand Schmitz, Urkundenbuch der Abtei Heisterbach (1908) S. 21 f.

6) Ueber Petrus, Cantor von Notre-Dame in Paris († 1197), vgl. F. S. Gutjahr, Petrus Cantor Parisiensis, Graz 1899; M. Grabmann, Geschichte der scholastischen Methode II, 478 ff.; M. Manitius, Geschichte der lateinischen Literatur des Mittelalters III, 159 ff.; oben Band I, 95, Anm. 2.

tunc primum panem transsubstantiari, quando benedictio calicis completa est. Quod omnino videtur absurdum et consuetudini ecclesie sancte contrarium, que in elevatione hostie procidens adorat. Plura me memini tractasse de hiis in Dyalogo distinctione nona capitulo [XXVII^o].

5 Licet homines, qui per fidem ambulant, aliquando in talibus possint errare, angeli sancti, in quibus est plenitudo scientie, qui visione presentaria et comprehensiva, non enigmatica fruuntur in Christi contemplatione, falli non possunt. Non ibi adorabant predicti angeli panem purum, sed Christum illic attendebant, cognoscebant et confitebantur.

10 Post fractionem sacramenti, cum adesset hora sumptionis, facta in excessu mentis beata illa vidit corpus sacerdotis tam clarum et tam perspicuum, ut quasi in phialam cristallinam corpus Christi demitti videretur. Missa vero completa, cum sacerdos sacra deponeret vestimenta, illa cepit ad se reverti et celebrantis corpus sensim in oculis eius spissari, ita ut tunc primum in eo solitam formam agnosceret.

15 Cum post orationes salutationis gratia ad ipsam rediret, accepit et illam gratiam Christi virgo venerabilis, ut, quotienscumque ea presente populus communicat, quis digne quisve indigne accedat, per spiritum ipsa mirabiliter discernat¹⁾. Nam cum die quadam pasche singuli accederent ad sacram unionem et singulorum vultus attenderet, intellexit tantum decem ex omni illa multitudine celestibus sacramentis digne participare. Cum hoc anno²⁾ visitasset eam monachus noster Iohannes³⁾, inter loquendum spiritum prophetie illam habere

20 deprehendit. Qui hec que dicta sunt de ea credere non potest, vicinus eius accersiat, testimonium illorum accipiat et forte maiora horum audiet. Multis est nota et longe per famam sanctitatis dilatata, Uda⁴⁾

2 Quod absurdum est (et bis 4 capitulo fehlt) 1c. — 3 que in elevat. bis cap. fehlt 2a. b. — 4 XXVII^o fehlt in allen Hss. — 5 possunt 1a. 2b. — 6 presentaria 2a; presenciarua (am Rande fortasse presentiva) 2b; presentanea 1c; presencua 1c. — 7 feruntur 1c. — 8 adorabunt 1c; adorant 2a. b. — 9 Chr. quem illic 1c. — illic bis confitebantur fehlt 2a. b. — 12 mentis virgo b. 2a. b. — 13 dimitti vid. 1b. c; dimitteretur 2a. b. — 15 et celebrantis bis spissari fehlt 2a. b. — 16 visionem für formam 2b. — cognosceret 2a. b. — 17 Cum bis rediret fehlt 2a. b. — 18 sancta statt venerab. 1b. 2a. b. — 19 accessit 2a; accesserit 2b. — acc. sanctum per sp. 1a. 2a. b. — 20 sing. ad sacramentum acc. et 1c. — 21 et bis attenderet fehlt 2a. b. — 22 cel. sacr. fehlt 1c. — 23 (digne fehlt) imbui. (Cum bis 27 audiet fehlt) 2a. b. — 27 Multis fuit hec nota, quia spiritum prophetie habere videbatur beenden das Kapitel 2a. b. — 27 Yda 1b; Voda 1c.

1) Vgl. die Erzählung aus den Vitae patrum in Band I, 162 Nr. 242.

2) 1225; vgl. oben S. 16 Anm. 1 und S. 21 Anm. 2.

3) Nach Dial. mirac. XII 14 Sohn eines Bürgers Erkinbert von Andernach; ferner genannt eb. IX 35.

4) Diese Uda ist entgegen A. Meisters Vermutung nicht identisch mit ihren Namensschwester in Namur (Dial. mirac. IX 31) und in Thorembais (eb. IX 35), mag auch für letztere derselbe Mönch Johannes von Heisterbach als Berichterstatter auftreten.

vocabulum habens, in villa, cui nomen est Wannelez¹⁾, habitans.

5. Item de eodem monacho, cui religiosa virgo Tyedela Christum infantem optulit in missa in die nativitatis eius.

Est in Nivella²⁾ civitate alia quedam virgo nomine Tyedela, non minoris gratie neque minoris glorie tam vite sanctitate quam fame celebritate. Hec cum tempore quodam in nocte nativitatis Domini esset in oratione, 'speciosus forma pre filiis hominum' (*Ps. 44,3*) homo Christus Ihesus, nocte eadem de virgine natus, 'quasi sponsus' denuo 'procedens de thalamo suo' (*Ps. 18,6*), eidem religiose femine non solum ad videndum, immo etiam ad tangendum se prebuit. Quem cum inter amplexus dulciter deoscularetur, in hec verba prorupit: „Non potero ad plenum iocundari neque cor meum tua dulcissima visione perfecte satiari, nisi ille amicus meus“ — monachum vocans de Vilaro, cuius in superiori capitulo (*I 4*) mentio habita est, — „te tali modo fruatur“. Licet illum noscam facie et nomine, non tamen eum prodere presumo, ne ex hoc verecundiam passus moveatur. Mira dicturus sum: eadem hora Tyedela cum puero pueri virtute in Vilarium mirabiliter translata iuxta altare se reperit, ubi idem monachus missam de nocte in memoriam Dominice nativitatis celebravit. Erat tunc prior eiusdem cenobii, ubi virgo devota sacerdoti faciem suam exhibens et Virginis filium manibus suis offerens in multam ammirationem atque indicibilem cordis iubilationem illum convertit.

Lego sanctum Abacuc de Iudea translatum in Babylonem mirabiliter (*Daniel 14,35*): audio hic Tyedelam de Nivella in Vilarium ineffabiliter transpositam. Bene dixerim ineffabiliter, quia in translatione prophete cincinno manus adhibetur³⁾, hic subventionis modus non invenitur. Aliquid amplius hic: deferebat ille prandium messorum (*eb. 14,32*), ista panem angelorum. Monachus vero plenius volens

1 Wannelez *1c*; Vanelez *1d*; Vramele *1b*. — 6 Erat statt Est *2a. b.* — Tiedela *1c. d*; Diedela *Chron. Villar. monast.*; n. T. fehlt *2a. b.* — 7 tam bis celebritate fehlt *2a. b.* — 13 erupit *1d*. — 14 visitacione *1d*; visione perfui nisi *2a. b.* — 15 monachus (v. de V. fehlt) *2a. b.* — denotans *1d*. — 16 Vilaro *1a. d*. — m. facta est *2a. b.* — 22 monasterii statt cenob. *1c*. — 23 manu sua *2b*. — in multam bis convertit fehlt *2a. b.* — 26 Nyvellia *1c*; Nivellia *1d*. — Vilarium *1a*. — 27 transportatam *1b*. — dixi *2b*; diximus *1c*. — 29 messoribus *1d*. — 30 vero cupiens pl. sc. *1d*.

I, 5. Gekürzt übernommen in die Chronica Villariensis monasterii c. 23 (SS. XXV, 205 f.) aus einer Handschrift 1.

¹⁾ Dorf Wagnelée, im Westen des Schlachtfeldes von Ligny (1815), im Norden des von Fleurus (1690, 1794), zwischen Namur und Nivelles (Prov. Hennegau, arr. Charleroi, cant. Gosselies).

²⁾ Nivelles in Brabant.

³⁾ Dan. 14, 35: 'et portavit eum capillo capitis sui'.

scire causam et modum visionis, post dies paucos, petita licentia ab abbate suo, ad feminam venit. Et antequam ei quicquam loqueretur, subridens dixit: „Ego causam adventus vestri novi“ et recitavit ei omnia, que dicta sunt, illo plurimum stupente de gratia Dei. Nec
 5 mirum, si occulta novit Chusi (2. Reg. 18,31) et spiritu prophetie pollet, que veri David amplexibus iugiter inheret. Neque sine causa in Nivella manere videtur, que niveo virginitatis vellere vestita agnum sponsum utroque sequitur pede.

Quantum vero tam hec quam cetera sancte femine in eiusdem agni
 10 esu delectentur et, ceteris mundi deliciis postpositis, frequenter edere desiderent, sequentia manifestant.

6. Item de Heilewige de Brusellia, quam Christus tertia parte sui sacramenti invisibiliter communicavit.

15 Brusellie¹⁾ quedam habitat Heilewigis vocabulo²⁾, secundum nomen suum mulier sancta plurimumque devota. Contigit, ut die quadam communicandi desiderio estuans sacerdoti hoc indicaret. Cui ille commotus cum indignatione respondit: „Vos mulieres seculares semper vultis communicare; non enim licet³⁾“. Illa repulsam passa et
 20 tristis effecta tunc quidem siluit, sed fervens eius desiderium in auribus sponsi silere non potuit. Sacerdos vero cum hostiam fregisset in tres partes, unam ex eis sibi invisibiliter subtractam sentiens, supra modum expavit. Circumspiciens et recogitans devote mulieris meminit et, ne forte illi celitus esset datum et ob hoc sibi sublatum, opinari cepit. Qui
 25 mox completa missa sacras vestes festinantius exuit, feminam adiit et ad eius pedes procidens de negato beneficio veniam postulavit. Cui mox illa confessa est dicens: „Gratias ago domino meo Ihesu Christo, qui per semet ipsum me communicare dignatus est, gratiam ab homine negatam inperitens“. Putabat enim sacerdotem scire *).

*) sacerdotem bene scire, qualiter cum ea fecerat Deus 2a. b.

1 visitacionis 1d. — 5 si bis inheret fehlt 2a. b. — Thusi 1a. b. —
 15 Brucellie 1a; Prusellie 1d; Bruxella 1b. — habitat (habitavit 2b) qu. vidua 2a. b. — Heilwigis 1b; Helwigis 1a; Heylegwigis 1c; Halewigis 1d; H. bis sancta fehlt 2a. b. — nomine statt vocabulo 1a. b. —
 19 Illa timore (terrore 2a) nimio territa et tr. 2a. b. — 20 sed fruens 2b; sed frequencius 2a. — 25 festinanter 2a. b; festinans 1c. — fem. bonam adiit 2a. b.

¹⁾ Brüssel.

²⁾ Vgl. Dial. mirac. VI 5: 'dominam Heylekam, secundum nomen suum vere sanctam'.

³⁾ A. Kaufmann, Caesarius von Heisterbach³ S. 176 Anm. 1 und Annalen LIII (1891), S. 244 Anm. 2 vergleicht Albertus Magnus, De eucharistia dist. VI tract. IV, cap. 3, 3 (Opera ed. P. Jammy XXI, 4, Lugduni 1651, S. 139): 'De his autem, qui mulieres omni die communicant, videtur mihi quod acriter reprehendendi sunt, quia nimio usu vilescere faciunt sacramentum vel potius ex levitate mulierum putatur esse desiderium quam ex devotione causatum'.

7. Item de Yda, quam per columbam communicavit.

In eadem civitate¹⁾ alia quedam est femina sancta nomine Yda, universa transitoria virtute mentis transiliens et in Christi amore pedem sui affectus figens. Yda, sive ab Ydida, quod interpretatur 'amabilis Domino', sive ab Ythitum, quod sonat 'transiliens', descendat²⁾, eidem realiter congruere videtur. Quam fuerit Christo amabilis vel quales saltus per mentis excessum in illius fecerit deliciis, quod dicitur sum, facile perpenditur miraculo. Die quadam dum staret ad missam et sacerdos plures hostias consecrasset, nimio sacramentorum divinorum succensa desiderio, stetit et suspiravit. Et ecce!¹⁰ columba miri candoris atque decoris, ea intuente, hostiam de *) pixide tollens et avolans eius ori prebuit. Quam illa devotissime suscipiens, tanto maiorem dulcedinem ex ea sensit, quanto maior fuit is, qui dedit. Statim columba revolans calici rostrum inmisit. De quo partem sanguinis **) Christi hauriens rediit ad feminam, in os eius eundem¹⁵ stillans liquorem. Sicque Christus per columbam suam communicans columbam satis ostendit, quantum in suis electis virtus ei complaceat simplicitatis. Columba vero, tam mirabili peracto ministerio, mox disparuit, ex hoc ipso se celitus missam manifestans. Licet enim huiusmodi mulieres, quales in dyocesi Leodiensi plurimas esse novimus²⁰³⁾, in habitu seculari secularibus cohabitent, multis tamen claustralibus caritate superiores sunt: inter seculares spirituales, inter luxurio-

*) sanctam post communionem ab altari 2a. b für de pixide.
**) ablucionis corporis 2a. b für sanguinis.

2 In quadam civ. 2a. b. — Ida 1d; s. n. Yda fehlt 2b. — 4 Yda bis 6 videtur fehlt 2a. b. — ab idida 1d. — 5 ab iditum 1d. — 6 Quantum 1c. — 7 excessus habuerit (in illius und delic. fehlen) 2a. b. — 9 missam audiendo (cantando 2a) et sac. 2a. b. — 11 mira 1b. 2b; nimii 1d. — cand. et coloris ea 1c. — 12 advolans 1d. — 14 col. volans 1b. — immersit 1b. — 16 suam simplicem communicavit 2a. b. — 17 illectis 1a. — 18 misterio 1a. 2a. b. — mox evanuit 2a. b. — 19 huiusmodi bis Leod. fehlt 2a. b. — 20 Leodycensi 1c. — 21 negociis fiigt 2b nach cohabit. hinzu. — 22 sunt virtute (inter bis heremiticam fehlt) 2a. b.

I, 7. Gekürzt übernommen in die Sammlung Viaticum narrationum Nr. 15 (s. oben S. 8 f.); vgl. auch Herbert, Cat. of romances III 599, 1.

¹⁾ Brüssel.

²⁾ Vgl. 4. Reg. 22, 1: 'nomen matris eius Idida'; 1. Par. 9, 16 (und öfter): 'Galal, filii Idithun' und dazu Hieronymus, Liber interpretationis Hebraicorum nominum ed. P. de Lagarde, Onomastica sacra I (Göttingen 1870), 39, 4: 'Ididia amabilis Domino'; 48, 22: 'Idithun transiliens eos sive saliens eos'.

³⁾ Bei diesem Hinweis auf die Beginen des Lütticher Spröngels ist Caesarius, wie Greven gezeigt hat (Historisches Jahrbuch 35, S. 51 ff.; vgl. Annalen 99, 1916, S. 10), abhängig von der Vita Mariae Oigniaccensis des Jakob von Vitry, Prol. § 3 (Acta sanctorum Iunii IV, 637): 'Vidisti et gavisus es sanctas etiam mulieres in matrimonio Domino servientes, — multae enim ex maritorum consensu a licitis amplexibus abstinentes, caelibem et vere angelicam vitam ducentes, tanto maiori corona dignae sunt, quanto in igne positae non arserunt'.

10 sos celibes, in medio turbarum vitam ducunt heremiticam. Ubi maior pugna, ibi et maior gratia, ibi et maior sequitur corona.

Nunc ad sacerdotes Domini sermo recurrat. Unum referam exemplum, per quod ostenditur, quantum Christus in illorum virtutibus
 15 delectetur vel quantum vitia illorum horreat, maxime cum ab eis in altari offertur vel sumitur.

8. De sacerdote, qui infantem sumere visus est mire
 reluctantem, cum indigne celebraret.

Sacerdos quidam secularis cum die quadam missam celebraret,
 10 alius, nescio quis, ei assistens vidit in patena tempore fractionis non speciem panis, sed infantis, cuius vultus satis turbulentus ac indigna-
 bundus apparuit. Quem cum sacerdos levaret, ut sumeret, cepit idem
 infantulus faciem avertere et, ne sumi posset, manibus pedibusque
 15 miro modo reluctari, quasi diceret: „Aliquid in te video, quod per-
 horresco“. Et quia eque mali ut boni sumunt ipsum sacramentum, etsi
 non rem sacramenti, tandem infans, quasi vim passus, visus est ori
 eius magis inprimi quam inferri. Non semel, sed sepius ista vidit.
 Nutu Dei contigit, ut die quadam sacerdos cum illo, qui hec videre
 meruit, de sacramento altaris loqueretur. Cui inter cetera dixit: „Vere
 20 nescio, unde sit: quotienscumque sumo corpus Christi, cum tanto
 labore ac difficultate sumo, quod mirari non sufficio“. Cui ille respon-
 dit: „Consulo vobis, ut corrigatis vias vestras, quia hoc et hoc de vobis
 vidi“, iam dictas visiones per ordinem ei exponens. Quibus auditis
 sacerdos vehementer expavit et in ipsa hora vite preterite emendationem
 25 Deo ex corde vovit et solvit. Postea cum celebraret et secundum consu-
 etudinem corpus Christi locasset super patenam, is, qui supra, ex
 latere stans et considerans infantulum hylari vultu in ea contemplatus
 est. Quem cum sacerdos ori applicaret, infans coniunctis manibus et
 pedibus totoque corpore erecto cum summa velocitate intravit in os eius.
 30 Quod ubi comperit tum ex relatione videntis tum ex se ipso gratiam
 sentiendo, Christo tam voce quam opere de indulto beneficio regra-
 tiam studuit. Sciens nichil illi acceptius esse quam pro amore eius
 mundum relinquere, in quodam cenobio ordinis *Premonstratensis*
 religionis habitum suscepit. O ineffabilis misericordia Christi!
 35 ‘Omnia’, Domine, electis tuis ‘cooperantur in bonum’ (*Rom. 8,28*).

1 Nam ubi est maior *1d.* — 2 ibi est maior *gr. 2b.* — 3 referens *1b.*
 — 12 apparebat *1d.* — 14 perhorreo *2a.b.* — 15 quia semper eque *1b.*
 — 16 tamen *inf. 1d.* — 22 Consilium do ut *2a.b.* — 23 exposuit *1b. 2b.*
 recitavit et exposuit *2a.* — 25 deo exhibuit ex *c. 1c.* — 27 infantem *1b. 2a.b.*
 — 29 introivit *1c.* — in os sacerdotis. Quod *1a.b.* — 30 compertum est
 ex *rel. 1d.* — *gr.* sumendo *1c.* — 31 verbo *statt* voce *2a.b.*

I, 8. Aus Caesarius übernommen in die Sammlung *Viaticum* narra-
 tionum Nr. 16 (s. oben S. 8 f.); ferner Herbert, *Cat. of romances* III, 476, 68;
 Herolt, *Prompt. exemplorum* E. 22; De Vooys, *Middelnederlandse Legenden*
en exempelen, Groningen 1926, S. 237.

Testimonium horrende visionis servo tuo extitit causa salutifere conversionis. Adhuc enim vivit et est abbas eiusdem cenobii, vir honestus et notus michi satisque familiaris. Ut enim taceam de salute eorum, qui corpus Christi digne tractare merentur, quam salutifere sint manus ipse tractantium circa necessitates aliorum, uno prodam exemplo.

5

9. De matrona, que tactu digitorum abbatis, quibus ea die sacramentum tetigerat, sanata est.

Cum hoc anno essem cum abbate meo domino Henrico¹⁾ in Monte sancte Walburgis²⁾, quedam honesta matrona, uxor filii fratris sui, in eadem villa in infirmitate, quam medici squinantiam³⁾ dicebant, gravissime laborabat. Adeo vehemens erat dolor, ut neque cibum neque sompnum capere posset; nam guttur cum maxilla in tumorem versa tam ardenti rubore perfundebantur, ut cognati et amici eius plurimum dolentes pene de salute eius desperarent. Invitatus ab eis abbas advenit, feminam vidit et expavit. Cui compassus, valde spem habens in Christi sacramento, locum infirmitatis, illa postulante, extremis digitis tangens, in hec verba cunctis audientibus erupit: „Tam veraciter sicut hodie digitis istis corpus Christi tractavi, tam veraciter de infirmitate hac convalescas“. Erat enim tempus vespertinum, et ecce! in ipsa nocte levi sopore pressa vidit quandam personam religiosam coram se stantem, que manum gutturi eius adhibens eodem modo, quo et abbas, illam tangere cepit. Que ait: „Surge; convaluisti enim“. Ad hanc vocem illa leta evigilans, miro modo saniem cepit evomere moxque levius habere. Ad tactum siquidem apparentis, ut ei videbatur, mala congeries apostematis rupta est atque soluta. Mane venientibus nobis ad eam consolationis gratia, que in sompnis viderat, cum summa iocunditate recitavit, personam, cuius tactu sanata est, abbatem interpretans.

Quam efficax medicina sit et corporis et mentis sacramentum corporis Christi, subsequens relatio declarat.

30

1 conv. vel conversacionis 2a. b. — 2 cen. valde hon. 1a; vir bone vite et hon. 1c. — 3 devotus für notus 2a. b. — 4 fuerunt für sint 1b. — 8 Cum a. preterito e. 2a. b. — Hinrico 1c. — 9 Walpurgis 1d. — uxor militis in e. v. 2a. b. — 10 villa infirmata est infirmitate 1b. — 13 perfundebatur 1d. 2a. b. — 17 prorupit 1a. — 19 enim tunc t. 1d. — vespere 2a. b. — 20 qu. sponsam iuxta se st. 1a. — 21 quo et angelus 1b. — 23 sanitatem c. 1a. — 24 lenius 2b; melius 1d. — 25 corrupta 1b. — 26 cum multa ioc. 1d. — 27 ioc. omnia secundum ordinem rec. 2a. b. — cuius manu s. est et dei virtute abbatem (virtutem abbati 2b) i. et sic sanata gracias deo agere non postposuit (Rest fehlt) 2a. b. — 30 declaracio reserabit 1b; declarat 1c.

1) S. oben S. 22 Anm. 5.

2) Cistercienserinnenkloster Walberberg bei Brühl; vgl. Band I, 69, Anm. 2.

3) Altfranzösisch 'esquinance', Bräune, Kehlsucht.

10. De milite, qui per sacram communionem sensum
recepit.

Narravit michi dominus Conradus abbas de Bevenhusen¹⁾ de quodam milite mente capto, qui tali ordine sanatus est. Nocte
⁵ quadam audiivit in sompnis vocem dicentem sibi: „ Si Conrado abbati de Bevenhusen peccata tua confessus fueris eiusque missam audiendo corpus Christi communicaveris, sanitatem recipies“. Mane cum visum
¹⁰ suum recitasset, deportatus est ad monasterium cum summa festinatione, confessus est, ut potuit, missam abbatis audiivit, communicavit, sanitatem
¹⁵ recepit. Mira virtus Christi! mox ut homo menceps²⁾ ore suo recepit sacramentum, tam plene recuperavit sensum, ut nullum in aliqua parte eius pateretur detrimentum. Unde immensas cum hiis qui aderant Deo gratias referens, eadem die conventui largitus est servitium quatuor librarum argenti et totidem solidorum; insuper promisit,
²⁰ quod singulis annis illud esset factururus, devotus ille miles. Ecce! fratres, Christus militi huic medicus factus est et medicina: medicus, cum per visionem, quid facturus esset, ostendit; medicina, cum in suo sacramento eum eger suscipiens convaluit. Secundum nomen eius ita et opus eius: Ihesus interpretatur ‘salvator’ vel ‘salutare’³⁾: salvator, quia medicus; salutare, quia medicina. ‘Altissimus de terra’, ut quidam ait, ‘hanc creavit medicinam, vir prudens non abhorrebit eam’ (*Eccli.*
²⁵ *38,4*). Terra Maria, medicina Christi corpus. Ait enim pater: ‘Ego Dominus creavi illum’ (*Is. 45,8*). ‘Terra dedit fructum suum’ (*Jac. 5,18*), quando Maria genuit Christum. Qui Christi corpus et sanguinem abhorret, imprudens est, quia vix esse potest, quin periculum anime vel corporis sive utriusque homo incurrat. De hoc verax et
²⁵ manifestum referam exemplum.

3 Cuonradus *1a.c*; Coenradus *1b*; Conr. *fehlt 2a.b.* — Bevenhusin *2b.* — 4 t. modo san. *1b.* — 6 miss. aud. eiusque manibus corpore Chr. *2a.b*; corpori Chr. *1c*. — 7 visum suis *1c.* — 8 ad ecclesiam cum *2a.b.* — 10 in ore suo *1b.* — 11 recup. sanitatem *2a.b.* — 13 gr. referentes deo (eadem *bis 15 miles fehlt*) *2a.b.* — 15 ille *bis 16 medicina medicus fehlt 1a*; Ecce *bis 24 genuit Chr. fehlt 1c.* — 16 karissimi für fratres *2a.b.* — 17 in suo sacratissimo corpore suscepto (s. *fehlt 2b*) convaluit *2a.b.* — 18 numen *1b.* — 19 vel salutaris *1c*. — 22 T. manus med. *1a.* — 24 quoniam Mar. *1c*. — 25 quia *bis incurrat fehlt 1c.* — 26 (vel *bis homo fehlt*) senciat. De *2a.b.* — verum et *1b. 2a. b.*

¹⁾ Konrad, Subdelegat des Kardinalbischofs Konrad von Porto (vgl. Roth von Schreckenstein, a. a. O., S. 337, 382; s. oben S. 21 Anm. 1), wird als Abt des Cistercienserklosters Bebenhausen bei Tübingen 1223–28 erwähnt. Vgl. K. Pfaff, Geschichte des Klosters Bebenhausen (Württemberg. Jahrbücher 1846, II, S. 172); Janauschek, Orig. Cist. S. 191; E. Paulus, Die Cisterzienser-Abtei Bebenhausen, Stuttgart 1887; A. Kaufmann, Annalen LIII (1891), S. 122 Anm. 1.

²⁾ = ‘mente captus’.

³⁾ Hieronymus, Liber interpretat. Hebraic. nom. ed. de Lagarde, Onomastica sacra I, 61, 24: ‘Iesus salvator vel salvaturus’; 78, 4: ‘Iesus salus vel salvator’.

11. De monacho, qui communionem fugiens per bufonem punitus est.

Monachus quidam ordinis Cystericiensis, sicut nuper audivi a domino Arnoldo abbate de Campo¹⁾, tam malam habebat conscientiam, ut tempus sacre communionis non exspectaret, dico diem cene Domini, in qua totus conventus, monachi scilicet et novicii et conversi, communicare consueverunt ad altare maius. Timuit homo imprudens et medicinam salutis sue abhorrens ab omnibus notari et ab abbate reprehendi, si se sacramentis subtraheret, timuit iudicium sibi sumere, si indigne accederet (*vgl. 1. Cor. 11,29*). Vicit malitia verecundiam, et tempus medicine preveniens fugam iniit. Cui medicus, sicut legitur de Iona (*Ion. 1,5*), gravissimi soporis appetitum inmittens, sub arbore quadam non procul a monasterio se deposuit. Ubi dum dormire aperto ore, mox adest preparatus vermis bufo, ultor apostasie, fugitivi os ingrediens. Cumque inter fauces se traheret, tunc primum sentiens et evigilans, vermem pede tenuit et, cum intrantem retrahere non posset, pedem bufonis extraxit. Cernens miser manifestam manum Dei super se, non est reversus ad cor neque ad monasterium, sed habitu deposito vagus et profugus circuibat terram. Cruciabatur intolerabiliter; comedente eo, vermis pascebatur et tunc levius habebat; ieiunante, acrius vexabat. Accidit, ut die quadam hospitaretur apud quandam feminam religiosam. Cuius pallorem illa considerans, causam requisivit et accepit; tacuit tamen se monachum fuisse. Cui illa: „Novi“, inquit, „feminam, que tibi, ut spero, succurret“. Ductus est ad eam. A quo dum illa quandam summam pecunie requireret nec haberet, hospita eius die dominica in ecclesia a fidelibus eisdem solidos petens dedit mulieri. Que mox quandam ex herbis decoctionem faciens et in vase fundens, iuvenem supinum posuit, ita ut fumigationem ore aperto haurire posset, precipiens ei sub interminatione vite, ne se moveret vel oculos aperiret. Ad odorem herbarum post horam vermis egressus, cum maximo hominis cruciatu in hostio oris stetit et, cum diligentissime circumspiciens nullum adesse deprehenderet, in vas decoctionis mox se precipitavit. Statim mulier iuxta absconsa prosiliit, cum summa festi-

3 Cist. erat in diothesi Coloniensi (sicut *bis* Campo *fehlt*), qui tam m. h. consuetudinem 2a. b. — 5 exsp. tempus dico cene 1a. — 6 (mon. *bis* conversi *fehlt*) comm. consuevit 2a. b. — 7 Tim. eiam impr. 1d. — 9 sibi imminere, si 1d. — 10 V. tamen mal. 1d. — 11 tempore med. (prev. *fehlt*) 2b. — 12 gravissimum 1c. — 15 intra 1b. c. — fauces hereret 1d. — 16 p. retinuit 1c. — 20 levius et lenius 2b; levis et levis 2a. — 21 ieiunantem 1c. 2a. b. — cruciabat 2a. b. — Acc. interim ut 1d. — 22 fem. *fehlt* 1a. — 23 c. quesivit et 2a. b. — 23 sup. primo diluculo pos. 2a. b. — 29 sub terminatione 1c. — mov. aut oc. 1c. — 30 hor. bufo egr. 1d.

I, 11. Uebernommen in die Sammlung Viaticum narrationum Nr. 17; vgl. S. 3 f.

¹⁾ Arnold war etwa 1224—1237 Abt des Cistercienserklosters Camp bei Rheinberg. Vgl. über ihn M. Dicks, Die Abtei Camp am Niederrhein, Kempen 1913, S. 123 ff.

natione asserem vermi orique interponens. At ubi ille reditum sibi pre-structum sensit, ad instar turbinis retroactus tam valide ligno inepigit, ut totus creparet. Iam enim quantitatem dimidii pedis excesserat. Et quia vexatio stultis dat intellectum (*Is. 28,19*), homo apostata ad
 5 monasterium reversus, quid sibi in via acciderit vel quam horribiliter apostasie peccatum in eo punitum sit, cunctis fratribus per ordinem recitavit. Medicus quidam hoc audiens, cum diceret: „Putas te, frater, modo totaliter curatum?“ et ille responderet: „Hoc spero“, subiunxit: „Nequaquam“ et dedit ei potionem, cuius virtute plus quam LXX
 10 bufficulos evomuit unius incrementi.

Merito ergo ipse factus est 'immundum vas' (*Os. 8,8*) vermium, qui imprudenter refugit corpus Christi sanctissimum, abhorrens
 antidotum et incurrens venenum. Cum sacramentum Dominici corporis et sanguinis infirmitatis humane singularis sit medicina, cunc-
 15 tis medicinis mundior, sanctior et efficacior, utpote salus mentis et corporis, peccata purgans, virtutes adaugens, dignum est, ut in pixide munda reponatur atque in loco honesto et sacro reservetur. Quid dixerim pixidem mundam nisi cor mundum, et locum sacrum nisi corpus castum? 'An nescitis', inquit apostolus, 'quoniam membra
 20 vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est' (*1. Cor. 6,19*). Ore corporis sacramentum capitur, sed res sacramenti, id est gratia spiritualis, corde percipitur. Nullius vasculi decore Christus plus delectatur. Pixis Dominici corporis magni decoris esse solet, intus habens linum candidissimum, foris aurifrigium¹⁾. Per linum
 25 exprimitur munditia cordis, per aurum fulgor caritatis. Qui sine hiis virtutibus corpus Christi sumit, iudicium sue dampnationis, nisi peniteat, in se reponit. Hec commemoravi propter quosdam negligentes sacerdotes, quibus modica cura est, in quali vasculo qualive loco salutaris medicina reponatur. Quanta ex hoc pericula proveniant,
 30 sermo subsequens manifestat.

1 obstructum sentit *2a. b.* — 2 retractus *1a. 2a. b.* — valido *1b. 2a. b.* — 3 Iam *bis* excesserat *fehlt 1d.* — 4 dat intelligenciam, h. predictus r. est ad claustrum suum, quid *2a. b.* — 5 acciderat *1c.* — et *statt* vel *1a. 2a. b.* — 10 bissiculos *2b;* bufones *1b. d.* — incrementi: *der Rest des Kapitels fehlt 1c.* — 11 ipse fratres est *1d.* — immundus vas christianum qui *1a.* — 12 abhorrens *bis* venenum *fehlt 2a. b.* — 15 (sanctior *bis* corporis *fehlt*) pecc. purgans anime et corporis dign. est *2a. b.* — 17 et sacro *1d;* et sancto *1b.* — servetur *1a. 2a. b.* — 19 An *bis* in v. est *fehlt 2a. b.* — 21 res sacra id *2a. b.* — 22 Nullius *bis* 29 reponatur *fehlt 2a. b.* — 24 hab. lumen *1d.* — Per lumen *1d.* — 28 qualique *1d.* — 29 Qu. pericula ex negliencia corporis Christi pr. *2a. b.* — 30 clarabit *2a. b.*

¹⁾ 'Fimbria aurea', 'limbus aureus', französisch 'frange d'or' bei Du Cange unter 'aurifrigia' (Goldfransen). Altfranzösisch 'orfrois' = Goldstickerei.

12. De periculo peregrinorum in mari ob iniuriam sacramenti corporis Dominici.

Cum peccatis nostris exigentibus Damiata reddita esset in manus Sarracenorum¹⁾, peregrini ad reditum se preparantes diversas naves ingressi sunt. Frater Henricus, nunc monachus noster, tunc canonicus Apostolorum sanctorum in Colonia²⁾, cuius relatione, que dicturus sum, didici, cum aliis honestis clericis diversarum ecclesiarum, canonicis atque prelati et multitudine copiosa laicorum in navim quandam Venetianam devenit. Quibus ipsa navigatio cepit esse tam morosa atque laboriosa, ut iter trium dierum vix in tribus ebdomadibus perficerent; tanto enim tempore exeuntes a portu Damiate pervenerunt ad insulam Cyprum. A qua exeuntes spe clementioris aure tanta perpersi sunt adversa, ut omnia elementa eos inpuignare viderentur. Erat eis celum contrarium, splendorem solis et*) stellarum sepissime subtrahendo, aer ventos validissimos excitando, mare carinam procellis horribiliter nimis conquassando, terra obiectis rupibus navi rupturam hominibusque mortem minando; si anchoras miserunt, terre non potuerunt infigi vel infixi nulla vi retrahi, ita ut plures preciderentur. Cumque in hiis omnibus tribularentur et cibariis deficientibus essent in desperatione, contigit, ut die quadam sacerdos aliquis de Venetia corpus Domini in pixide portaret ad communicandum infirmum. Quod ubi predictus Henricus vidit, interrogavit, si corpus Christi portaret. Cui ille respondit: "Etiam". "Et ubinam", inquit, "hactenus servatum est?" Respondente

*) lune atque fügen 2a. b hinzu.

3 in manibus 1b. — 5 Henricus 1a. — nunc frater n. 1b; nunc m. n. in Hesterbach (Hesterbag 2b) tunc 2a. b. — 10 ipsa denaviacio 1c; i. navis navigio 2b. — 11 mensibus statt ebdom. 2a. b. — conficerent 1d. — temp. elapso 1c. — 12 Ciprum 1b; Kyprum 2a. b. — 13 clem. aque 1b. — 14 cel. quasi aereum spl. 1d. — 17 terra subiectis 2a. b. — 18 minitendo 1d. — Nach minando schließt 1c das Kapitel; et multe alie plage erant, quia corpus Christi in navi irreverenter erat servatum. Postquam clerici emendam deo fecissent ac corpus domini a fidelibus est devote sumptum, liberati sunt a plagis predictis. — 18 in terra non p. 1d. — 19 preciderentur 1b; absciderentur 1c. — 20 turbarentur 1a. — 21 sac. quidam de Venetia ibidem in navi existens corpus 2a. b. — in p. deferret ad 1b. d. — 23 Chr. deferret. Cui 1a. — 24 Et ille inquit ubi s. fuit 2a. b.

I, 12. Aus Kaufmann wiederholt von R. Röhrich, Testimonia minora de quinto bello sacro (Publications de la Société de l'Orient latin, Série historique III), Genf 1882, S. 344 f.

1) 1221, am 8. September; vgl. z. B. Band I, 167 Anm. 1.

2) Kanoniker von St. Aposteln in Köln namens Heinrich begegnen am Anfang des 13. Jahrhunderts drei: Henricus Cunece (Kuntze) 1209 und 1210, mit diesem Henricus Scriptor 1210, Heinrich von Essen 1213 und 1216 (Knipping, Regesten der Erzbischöfe von Köln III, Nr. 73, 78, 120, 152, 153). Nach 1221 wird ein Mönch Heinrich von Heisterbach 1227 und 1235 urkundlich genannt (Schmitz, Urkundenbuch S. 167 und 171, Nr. 63 und 75).

sacerdote: "In tali archa repositum erat", subiunxit Henricus: "Merito nos punit Deus; non enim licet habere in navi". Preterea archa eadem minus erat honesta et in tali loco posita, ut naucleri frequenter super eam ambularent, sederent et tesserum ludos exercebant. Sacerdote defendente culpam suam, delatum est verbum ad clerum. Qui omnes in hoc consenserunt nequaquam reservari corpus Domini in navi¹⁾. Interrogatus de causa decanus Babenburgensis²⁾, qui presens erat, duas rationes assignavit: unam dicebat esse timorem nausee et vomitus, que maris iactura provocare solet; alteram, quod corpora eiecta frequenter a beluis devorentur. In communi vero penitentiam agentes sequenti die clerici omnes nudis pedibus, cum psalmis et lethaniis navim intrinsecus circumeuntes Domino supplicabant, hostias residuas personis religiosis ad sumendum distribuentes. Mira Christi pietas, mira virtus! mox enim ut hec acta sunt, 'mare stetit a fervore suo' (*Ion. 1,15*), tam prosperam deinceps habentes navigationem, ut intra dies paucos terram apprehenderent. Et ut intelligerent plagam divinam fuisse, audierunt postea alias naves, cum quibus a Damiata egressi fuerant, nichil vel modicum habuisse impedimenti.

6 nequ. licere res. 2a. b; n. deberi res. 1 c. — 7 de c. est clerus, sed dec. 2a. b. — Habenbergensis 1 c. — 8 duas causas ass. 1a. — dic. propter tim. et putredinem naus. 2a. b. — 9 solet in navi, alt. dicebat esse eo quod homines mortui cum corpore Christi communicati eorum corpora de navi eiecta 2a. b. — 10 a bubalis 1 c. — devor. quod indecens esset 2a. b. — 11 ps. et canticis nav. 2a. b. — 13 resid. presbiteris distr. sumendum 2a. b. — 14 virtus sacramenti, mox 1 /. — hec peracta 2a. b; hec facta 1a. — a furore suo tam prosperum d. habens iter 2a. b.

¹⁾ Vgl. Dial. mirac. IX 13: 'Quando in ista magna expeditione naves ex omni parte Alemannie congregatae mare intraverunt, ob causas diversas preceptum est, ne in aliqua navi corpus Dominicum servaretur', usw.

²⁾ Es handelt sich um Gundeloh von Memmelsdorf, der seit 1174 als Bamberger Domherr begegnet und das Amt des Domdekans von 1200 bis mindestens 1206 und abermals von 1215 bis wenigstens 1220 bekleidete; 1223 war ihm der Domkustos Marquard als Dekan gefolgt (bis 1225), der dieses Amt nach einem Verzicht Gundelohs schon einmal seit spätestens 1210 bis 1213 versehen hatte, dann aber wieder in der Würde des Domkustos von 1215 bis zum Jahre 1221 in den Bamberger Urkunden erscheint. Deren Zeugenlisten nennen dagegen 1221 keinen Domdekan; dieses Fehlen Gundelohs erklärt sich aus seiner Teilnahme am Kreuzzuge, von der allein Caesarius berichtet. Bischof Ekbert von Bamberg hatte zunächst am 5. Kreuzzuge teilgenommen, war aber schon Anfang 1218 aus Palästina heimgekehrt (vgl. R. Röhrich, Die Deutschen im Heiligen Lande, Innsbruck 1894, S. 98); Gundeloh war also vermutlich noch 1220 oder 1221 mit Ersatzmannschaften nach Aegypten gefahren. Die Domnekrologien nennen den 10. Januar als seinen Todestag; er ist demnach wohl bald nach der Rückkehr 1222 oder 1223 gestorben. Die Belege über ihn bei J. Looshorn, Geschichte des Bisthums Bamberg II, München 1880/89, S. 481 ff. hat Kriegsarchivrat Dr. Erich Freiherr von Guttenberg in München, der das Bistum Bamberg für die „Germania Sacra“ bearbeitet, aus ungedruckten Quellen wesentlich ergänzt, indem er aus dem Entwurf seines Werkes den Abschnitt über Gundeloh freundlichst zur Verfügung stellte.

Quanta gloria apud Deum digni sunt, qui hanc medicinam salutarem vel digne conficiunt vel aliis digne amministrant, exemplificabo.

13. De sacerdote, qui sibi et ministro coronas mire claritatis inponi celitus vidit, dum in Vacellis ⁵ missam celebraret.

Vacellis¹⁾, que est domus ordinis Cisterciensis, sacerdos quidam fuit et forte adhuc est, Gerardus nomine, officio infirmarius. Iste dum die quadam missam celebraret in conventu sollempniter, assistente sibi dyacono atque subdyacono, ex quibus alter filius ¹⁰ eius erat carnalis, post consecrationem sacramentorum magnam circa se contemplatus est claritatem. Qua ex omni parte perfusus vidit mire pulcritudinis coronam capiti suo inponi, alteram filio et, sicut ipse confessus est, eque retro ut ante videre potuit; tanta fuit virtus eiusdem visionis. — Hec michi relata sunt a domino Wigerō Vilarien- ¹⁵ se²⁾, mature etatis sacerdote.

Quanta pena digni sunt in futuro apud Deum, qui Christi sacerdotes, qui sunt medici animarum, dolo circumveniunt vel aliis quibuslibet iniuriis molestant, unius dolosi pena temporalis ostendit.

14. De Hermanno crucesignato, qui spe dispensa- ²⁰ tionis Rome cecitatem simulans cecus remansit.

Retulit michi miles quidam, Arnoldus nomine, ministerialis nobilis viri Gerardi de Blankenheim³⁾, rem mirabilem. Rusticus

1 Quanta bis exemplificabo *fehlt* 2a. b. — d. sint 1 d. — 2 exemplificando subiungitur 1a. — 7 Vacellis 1 d; Bacellis 2a. — Cist. in qua monachus fuit officinam habens infirmarie. Iste 2a. b. — 8 Gherardus 1b. — 11 sacr., videlicet corporis Christi, magnam e. se vidit multitudinem angelorum, quibus ex o. parte circumdatus vidit cor. m. pulcr. 2a. b. — 13 coronas 1b; cor. unam cap. 1 d. — alteram fil. *fehlt* 2a. b. — 14 videri 1c. — virtus huiusmodi vis. 2a. b; virtus huius vis. 1b. — 15 Hec bis 19 molestant *fehlt* 1c; Hoc intellexi a quodam monacho eiusdem cenobii et benedictus deus in donis suis *endet das Kapitel* 2a. b. — Villariensi 1 d. — 17 d. sint 1 d. — sac. anim. medicos 1 d. — 18 al. quibusdam 1 d. — 19 ostendet 1 d. — 22 Retulit bis mirabilem *fehlt* 1c. — miles qui vidit que dicturus sum, min. domini de Bl. (rem mir. *fehlt*) 2a. b. — 23 Geyrardi 1a; Gherardi 1b. — Blankenheim 2b; Blankenheim 2a; Blankenheim 1a; Blankenheim 1b. — Rutgherus für Rust. 1b.

1) Cistercienserabtei Vaucelles bei Crèvecœur (dép. Nord, cant. Marcoing) an der oberen Schelde südlich von Cambrai. Vgl. Janauschek, Orig. Cist. S. 24 f.

2) Mönch Wiger in Villers wird auch erwähnt unten II 4. 5 (S. 80) und Dial. mirac. X 23. 71. XI 23. XII 16. 17.

3) Gerhard (III.) von Blankenheim begegnet von 1209 bis 1225. Vgl. Knipping, Regesten III, Nr. 64, 190, 290; Urkundenbuch der mittelhheinischen Territorien III, 208 Nr. 252.

quidam dyocesis nostre tempore D a m i a t a n e expeditionis ¹⁾ cruce signatus est. Postea de eadem expeditione dolens et, cum manere vellet et nullam dispensationem circa se inveniret, eo quod valeret viribus et polleret opibus, R o m a m cum ceteris peregrinis proficiscitur. Ubi ⁵ eandem, quam in sua provincia, pati timens repulsam, a quodam suo concive clausis oculis, cecitate simulata, ductus est ante dispensatorem cruce signatorum ²⁾. A quo acceptis litteris indulgentie, utpote cecus, ad sua redire iussus est. Deus vero, qui falli non potest, arte artem deludens, cecitatem simulatoriam fecit peremptoriam. Nam ¹⁰ cum duceretur, palpebras, quas fecte clauserat, ad videndum aperire non valebat: sic cecus mansit. De culpa propter penam dolens, cum seram penitentiam ageret et fructum optate penitentiae non reciperet, duce[m] vie querens ad propria repedavit. — Qui dictis meis non credit, hominem adeat et vera esse, que retuli, ipsius testimonio comprobabit. ¹⁵ Vocatur autem H e r m a n n u s, in villa, cui nomen est P o l i z d o r f ³⁾, habitat, ubi peccatum dolositatis sue luit, si tamen adhuc vivit.

Sacerdotes Domini non sunt deridendi, sed honorandi, quia, qui illis obediendo Deum in illis venerantur, sepe etiam in hoc mundo a ²⁰ Deo, cuius vicarii sunt, honorantur.

1 qu. dives diochesis 2a.b. — Diamiatane 2b. — 2 de receptione crucis dol. eam ad portandum manere quod non vellet 2a.b. — 3 et nullam bis viribus fehlt 1b. — invenire posset eo quod fortis esset viribus et p. opibus (operibus 2b) 2a.b. — 5 expulsam 1a.b. — 7 receptis l. ind. (intelligencie 2b) 2a.b. — 8 visus (verb. in iussus 1a) 1a. d. missus 2a.b. — 10 deduceretur 1d. — palp. suas forte cl. et aperire non 1b. — 11 sed cecus remanebat 2a.b.; sic cecus manens 1c. — 12 optatum 1d. — 13 mit repedavit schließt das Kapitel 1c; der Schluß lautet in 2a.b: reped. Ideo, karissimi, qui querit deum decipere, semper decipietur et decipitur, quod in prefato rustico manifestatur. — non credat 1a. — 15 villa que dicitur Papendorp 1b; v. cui n. est Pollidorf 1a; wie oben 1d. — 16 habitans 1b. — 18 irridendi 1d. — 20 nach honorantur fügt hinzu ecce exemplum 1d.

¹⁾ 1218—1221.

²⁾ Wohl der päpstliche Großpönitentiar, dem die Umwandlung von Kreuzzugsgelübden zustand. Vgl. E. Göller, Die päpstliche Pönitentiarie I, 1 (= Bibliothek des Kgl. Preuß. Historischen Instituts in Rom III), Rom 1907, S. 110 ff.

³⁾ Die drei Handschriften, die allein den Ortsnamen bewahrt haben, weichen stark ab: 'Polizdorf' 1d, 'Pollidorf' 1a, 'Papendorp' 1b. Da die Erzählung aber auf einen Ministerialen des Herrn von Blankenheim zurückgeht, wird die erste Namensform richtig sein und es sich um Bolsdorf bei Hillesheim (Kreis Daun) südlich von Blankenheim handeln. Vgl. über das Dorf Ph. de Lorenzi, Beiträge zur Geschichte sämtlicher Pfarreien der Diocese Trier I, Trier 1887, S. 271, 273; Fabricius, Erläuterungen V, 1, S. 161 (Nr. 21), 166 (Nr. 38); Die Kunstdenkmäler der Rheinprovinz XII, 3 (E. Wackenroder, Kreis Daun), 1928, S. 116. Die Erwähnung des Ortes bei Caesarius scheint die älteste zu sein.

15. De civibus in Crûche iniuste excommunicatis et miraculo eorum.

Villa quedam iuxta Bunnam¹⁾, oppidum dyocesis Colonien-
sis, sita est, nomen habens Crûcht²⁾. Huius cives tempore quodam
ab ecclesia Bunnensi, ad cuius archidiaconatum pertinent³⁾, in-
debite excommunicati sunt. Cognoscentes suam innocentiam, in hoc
omnes convenerunt, ut et ius suum humiliter defenderent et Deo hono-
rem deferendo pro excommunicatis se gererent, ne forte ex superbia
incurrerent culpam, ubi culpa non erat. Quando Bunne sive in aliis
locis necessaria vite oportebat eos emere, ne ipsos negotiatores sermo-
nibus maculare viderentur, rem comparando digito demonstrantes pec-
uniam ante illos posuerunt, mercatum eiusdem valoris recipientes.
Cumque per annos novem a fidelium communione separati neque eccle-
sias intrarent neque divinis sacramentis participarent, Dei dispensa-
tionem factum est, ut intra illud novennium nullus hominum in eadem
villa nasceretur, nullus moreretur; non enim passus est pius Dominus,
ut propter gratiam baptismi sive sepulture a sacerdotibus artati ho-
mines innocentes suo iure privari cogerentur. Predicta vero ecclesia,
tanto miraculo compuncta, ligatos absolvit suaque libertate gaudere
permisit.

Sacerdotes, licet habeant potestatem ligandi atque solvendi, pluri-
mum tamen cavere debent, ne mortificent per iniustam excommunicatio-

3 Bünnam 1a; Bonnam 1d. 2a; Bonam 2b. — 4 Crûc 1c; Krût 1d; Cruch 2a. b; Cruit 1b. — 5 Bünnseni 1a; Bunnense 1b. c; Bonnensi 1d. 2a. — ad c. a. p. fehlt 2a. b; ad c. diaconatum 1d. — 7 def. sed nequaquam se defendere potuerunt, nisi excommunicati permanerent (permanentes 2a). De ista excommunicacione nimium dolentes deo (deum hominem 2b) deferendo 2a. b. — se gerunt et quasi sint se tenent ubique, ne f. 2b. — 8 pro sup. 1c. — 10 serm. defedarent 2a. b. — 11 comparandam 1d. — demonstrando 1b. — 12 ante oculos (eorum fügen 2a. b. hi zu) pos. 1c. 2a. b. — 15 intra omne illud nov. n. homo 1d. — in illa villa 1b. 2a. b. — 16 null. mor. fehlt 1a. — 17 ut per gr. 1a. b. — 18 cog. In pr. eccl. dominus noster multa signa (miracula 2a) ostendit, vide. licet lig. abs., cecos illuminavit et predictos cives sua lib. g. p. 2a. b. — 21 pot. super terram lig. 2a. b.

1) Bonn.

2) Heute der Kluchter oder Kluffer Hof im Süden von Friesdorf (westlich von dem zwischen Bonn und Godesberg gelegenen gotischen Hochkreuz), den König Arnulf an Stift Gandersheim geschenkt, dessen Aebtissin Mathilde aber 1207 gegen eine jährliche Abgabe von Wein Heisterbach überlassen hatte. Heisterbach besaß in 'Cru.che' schon 1200 Weinberge und Aecker. Ueber den Ort, der oft in den Heisterbacher Urkunden genannt wird (s. Schmitz, Urkundenbuch S. 791), vgl. Pohl, Annalen 34 (1879), S. 194 ff.; Schmitz a. a. O. S. 47 f. und namentlich A. Wiedemann, Geschichte Godesbergs und seiner Umgebung³⁾, Godesberg 1930, S. 249—261.

3) Ueber den Archidiaconat des Propstes von St. Cassius in Bonn vgl. Fabricius, Erläuterungen V, 1, S. 126 ff. Friesdorf mit dem Kluchter Hof gehörte zu dem Dekanat Ahrgau; s. eb. S. 137.

nem animas, que non moriuntur, et vivificent morientes. Quorum tanta est apud Deum potestas, ut, que ab eis fuerint licentiata vel prohibita in terris, rata habeantur in celis.

16. De pane, qui in sanguinem versus est, dum in die sancte Margarete eum mulier inobedienter coqueret.

Anno presenti, qui est MCCXXV^{us} ab incarnatione Domini, iuxta castrum Diest¹⁾ in quadam villa dyocesis Treverensis sacerdos in ecclesia diem festum sancte Margarete martiris et virginis²⁾ eque ut diem dominicum celebrare denuntiavit³⁾). Femina quedam pane carens et, ubi emere posset, propter messem instantem non inveniens, iam dicto sacerdoti necessitatem suam exposuit et, ut sibi panes coquere in profate virginis die liceret, humiliter postulavit. Et licentiavit ei sacerdos. Qua coquente, cum alia mulier superveniret et diceret: "Hodie non licet panes coquere", illaque responderet: "Per licentiam est sacerdotis nostri", subiunxit: "Certe, ex quo vos coquitis, et ego coquam". Coxerunt ambe, sed dissimili fine. Nam panis prioris propter licentiam in decoctione servavit naturam, sequentis vero propter inobedientiam totus conversus est in sanguinem. — Sanguis peccatum exprimit: ut ibi 'sanguis sanguinem tetigit' (*Os. 4,2*), in uno eodemque opere huius mulieris sanguinem tetigit, quia peccatum peccato annectens sacerdoti suo inobediens extitit et contra provincie consuetudinem martirium sacre virginis violavit. Huius miraculi testis est dominus Hermannus abbas Loci sancte Marie³⁾, cui eodem tempore res gesta veraciter innotuit.

*) precepit, quia patrona loci illius exstitit 2a. b. statt denunt.

2 fuerant 1a. — 7 Anno domini MCCXX. acta sunt hec iuxta 2b. — Anno Domini M^oCC^oXXV^o in dyocesi Treverensi in villa dicta Dyez sac. 1c. — 8 Deist 1a; Dist 2b; Dyst 2a. — 9 beate statt sancte 1d. — 11 et unde em. 1d; et ut em. 1c. — 13 decoquere 2a. b. — postul. Ad cuius defectum sac. respexit et petitioni illius consensit. Qua decoquente 2a. b. — 15 Per I. domini plebani hoc facio, subi. 2a. b. — 17 prioris mulieris propt. 1d. 2a. b. — 18 in coxione 1b. — servabat 1c. — 19 p. explicat 1c. — expr. et ibi 1d; expr. et ita 2a. b. — 20 in uno bis tetigit fehlt 1d. 2a. b. (*Augensprung bei tetigit*). — 22 cons. festum virg. viol. 2a. b; mit violavit schließt das Kapitel 1c. — 23 dom. Herm. fehlt 2a. b. — 25 Loci fehlt 1b. 2a. b. — mit innotuit schließt das Kapitel 2a. b.

I, 16. Uebernommen in die Sammlung Viaticum narrationum Nr. 54 (s. S. 8 f.); auch bei Herbert, Cat. of romances III 611, 75 und 613, 99. Ganz kurz Herolt, Prompt. exempl. F. 4.

¹⁾ Diez an der Lahn unterhalb Limburg (Nassau).

²⁾ 13. Juli.

³⁾ Ueber Hermann, den ersten Abt des Cistercienserklosters Marienstatt im Westerwald (1215—1223), der vorher Heisterbach und Himmerode geleitet und sich 1223 nach Niederlegung seines Amtes nach Himmerode zurückgezogen hatte, vgl. Band I, 82 Anm. 2.

Referam nunc aliud miraculum, per quod facile cognosceret christianus, quam sit periculosum, si oves rebelles fuerint pastoribus, id est subditi sacerdotibus, maxime ubi ea, que prohibentur, sunt mala in se Deoque contraria.

17. De ariete in Hertene fulminato et pena totius provincie.

In Hertene¹⁾ villa dyocesis Coloniensis dives quidam arietem sericis vestitum malo²⁾ inposuit atque iuxta theatrum erexit; erat enim dies feriatas. Convenit maxima multitudo tam ex iam dicta villa quam ex vicinis villis, viri et mulieres, iuvenes et virgines, senes cum iunioribus, non ad laudandum nomen Domini, sed dyaboli. Dictum fuit voce preconaria, ut choras circa arietem ducerent et, remota omni personarum acceptione, quicumque corizando cunctos precelleret, illum cum suis insigniis sibi vendicaret. Hoc ubi sacerdos comperit, sciens ludum huiusmodi esse speciem ydolatrie et manifestum indicium vindicte divine, ad locum accessit, ne fieret ammonuit et inhibuit, et ut amplius terrerentur, sub pena excommunicationis interdixit. Illi verba sacerdotis non attendentes neque de excommunicatione eius aliquid curantes, compta et ornati ad choreas se ordinaverunt. Tunc ille dolens et ingemiscens, plage etiam filiorum Israel choras ducentium circa vitulum, quem erexerant in deserto (*Exod. 32,8*), reminiscens, constanti voce clamabat: "Audite, audite, filii inobedientie! Mirabilia operaturus est Deus hodie in loco isto: plaga tam terribilis puniet hanc vestram contumaciam, hanc ydolatriam, ut 'filii' vestri, 'qui nascentur et exurgent, filiis suis' (*Ps. 77,6*) enarrare non sufficiant" (*vgl. Eccli. 18,2*). Illis obduratis et parvipendentibus, que audiebant, Deus, qui dicit: 'Michi vindictam et ego retribuam' (*Hebr. 10,30*), non immemor sacerdotis sui iniurie nec contumelie sibi illate, utrumque hoc ordine celerius vindicabat. Nam eodem die, cum choras circa arietem ducerent cum cymbalis et tybiis, cum fialis³⁾ et tympanis, cum esset serenius celum,

1 cognoscit 1b. — 7 Hertenna 1a; Hertinne 2a, b. — 9 feriata 1c; dies festivus 2a, b. — 10 et virg. fehlt 1c. — cum minoribus 2b. — 11 dyabolum 1c. — Dict. fuerat 1d, 2a, b. — 12 v. preconis ut 1d; v. preconia clamatum ut 1b.—choreas 1c, 2a, b. — et remota bis vendicaret fehlt 2a, b. — 19 cooperti et orn. 1c. — Tunc sacerdos dol. 1d, 2a, b. — 20 fil. Jerusalem choreas 1c. — 22 est operatus (*vgl. Ecclus. 48,15*) 1b, c, d. — 23 contumeliam vestram 2a, b. — 25 narrare 1c. — 29 vindicavit 1d. — 30 phyalis 1a; phialis 1b, d. — tym. quando esset 2a, b.

I, 17. Aus Caesarius übernommen in die Sammlung Viaticum narrationum Nr. 55; s. oben S. 8 f. Herolt, Sermones de tempore 37. X.

¹⁾ Kirchherten im Kreis Bergheim südwestlich von Grevenbroich; vgl. Fabricius, Erläuterungen V, 1, S. 40.

²⁾ Von 'mälus', Mastbaum.

³⁾ D. h. 'vielis'. Ueber dieses auch Dial. mir. VI, 7 erwähnte Musikinstrument vgl. Du Cange unter 'vitula' und 'fiala'.

ceperunt choruscare fulmina et mugire tonitrua et tantus grando spiritusque procelle (vgl. *Ps. 148,8*) descendere, ut non solum locus inobedientie, sed et omnis provincia circumcirca, unde populus vanus confluerat, terribiliter nimis plagaretur. Ipsum vero pecus et, ut verius dicam, ydolum vi eiusdem tempestatis ita est destructum, ut ab illa hora nec ungula eius appareret. — Ex quo probari potest, quam gravis sit culpa, quam tam repentina et tam gravis subsequuta est vindicta. Quid differt, utrum adoretur aries vivus vel vitulus metallinus?

10 Sed dicit michi christianus: "Filii Israel exercebant ydolatriam, nos vero ludum". Bene et de illis scriptum est: 'Sedit populus manducare et bibere et surrexerunt ludere' (*Exod. 32,6*). Choros cum canticis ducebant circa vitulum. Non puto eos, qui paulo ante viderant Egiptum plagis variis percussam et mare Rubrum in transitu exsiccatum, 15 aliquid divinitatis credidisse in illo vitulo, quem de inauribus uxorum et filiarum suarum videbant conflari (*eb. 32,2*), sed ut 'populus dure cervicis' (*eb. 32,9*) Deum suum irritaret et servo eius Moysi exprobraret, sicut ex littera probari potest, ludum illum dyabolicum exercebant.

Oliverus scolasticus Coloniensis¹⁾, cum ante aliquot annos per villam quandam transiret, arietem vidit erectum et circa illum choream cum canticis et musicis instrumentis, et quotienscumque ante arietis anteriora chorizantes transibant, ad animal suspicientes, demissis capitibus inclinantes quasi illud adorabant. Ob quod execrabile factum idem Oliverus nunquam deinceps per eandem villam voluit 20 transire.

Audivi nuper a quodam viro religioso et litterato, quod nunquam impune transeat, quin locus, in quo tale monstrum fuerat erectum, vel grandine vel igne sive aliis plagis vastetur. Nam hoc anno²⁾, ut de ariete taceam, Aquisgranum cum corona fuisset erecta et Iohannes 30 nes regie civitatis plebanus arborem succidisset necnon et alias co-

1 fulgura 2a. b. — 2 procellarum 1a. — 3 effluerat 1b. — 4 n. plangeret 1b. — 7 secuta 2a. b. — 8 Quid bis 29 de ariete taceam *fehlt* 1c; Quid distat 2a. b. — 12 Choros bis 24 voluit transire *fehlt* 2b. — 14 in tr. suo exsicc. 1c. — 15 aliquam (atque 1a) divinitatem 1a. d. — 16 viderant 1b. — conflatum 1c. — 18 exercebat 1c. — 19 aliquos 1a. — 22 superspicientes dimissis 1b. — 23 cap. profunde incl. 1c. — 26 Aud. enim sepius a religiosis et sanctis viris litteratis, quod n. impunitum tr., ubi tale m. fuerit er. 2a. b. — 27 tr. ubi l. 1a; tr. nisi l. 1b. — vel gr. bis vastetur *fehlt* 2b. — 28 Nam ut de animali taceam, Aquisgranum 2a. b. — 29 (Joh. r. civ. *fehlt*) pl. beate virginis et cappellanus arb. succ. et coronam deiecisset 2a. b.

¹⁾ Ueber den als Kreuzprediger bekannten Kölner Scholaster Oliver († 1227) vgl. H. Hoogeweg, Die Schriften des Kölner Domscholasters, späteren Bischofs von Paderborn und Kardinalbischofs von S. Sabina Oliverus (Bibliothek des litterarischen Vereins in Stuttgart 202), 1894, und zu dieser Stelle Westdeutsche Zeitschrift VII (1888), S. 252 Anm. 47; s. auch oben Band I, S. 97, 146, 168.

²⁾ 1225 nach I 16 (oben S. 37).

ronas, ita ut a resistantibus vulneretur, Wilhelmus advocatus Aquensis¹⁾ de succisione motus in contumeliam sacerdotis mox arborem altiorem erigi precepit²⁾. Et sicut a multis fuerat prophetatum, tam suam quam sacerdotis iniuriam necnon et antiqua peccata populi puniens, Deus post dies paucos totam pene civitatem tam magno et tam horribili tradidit incendio³⁾, ut*) multi dicerent: "Manus Domini super nos" (vgl. Act. 13,11). Unde, fratres, sacerdotibus valde deferendum est et a subditis obediendum, quorum tanta est apud Deum auctoritas et in celestibus potestas, ut etiam ipsis supernis civibus in terra positi imperare videantur.

18. De converso Claromaris inobediente, quem sanctus Quirinus morbo fistule laborantem sanavit.

Claromares⁴⁾ domus est ordinis Cysterciensis, in qua conversus quidam ante annos incommodo fistule laboravit. Audiens beatum Quirinum martirem in curatione eiusdem morbi

*) pauce domus remanerent et fügen 2a. b hinzu.

2 mox aliam arb. 1c. — 3 erigere 1d. — 4 tam suam superbiam quam 2a. b. — quam sui sac. 1c. — necnon bis populi fehlt 1a. 2a. b. — 6 Manus et plaga dei s. nos schließt das Kapitel 2a. b. — 11 Cla(r übergeschrieben) mires 2b; Claromaris, am Rande Claromarisci 1d; Clarevallis 1b. — 14 Claromaris 1a; Clamomares 1b; Claromariscus 1d. — Sisteriensis 2b. — in quo 1c. 2b. — 15 ante a. p. fehlt 2a. b. — p. in quodam fistulo lab. 1c; infirmitate (in inf. 2b) fist. 2a. b.

I, 18. Zu vergleichen ist eine Geschichte bei Herbert, Cat. of romances III, 625, 8: Ein vom Zahnweh geplagter Mönch pilgert gegen den Willen seines Abtes zum Grabe des h. Thomas von Canterbury, dort erlangt er auch wirklich seine Heilung, aber der Abt wendet sich gegen seinen ungehorsamen Mönch und den Heiligen, der diesen heilte, so daß das Zahnweh sich wieder einstellt.

¹⁾ Ueber Vogt Wilhelm von Aachen, einen Reichsministerialen, der von 1215 bis etwa 1248 in seinem Amte begegnet, das auch Vater und Sohn bekleidet haben, vgl. H. Loersch, Achener Rechtsdenkmäler, Bonn 1871, S. 253, 275 ff.; H. Niese, Die Verwaltung des Reichsgutes im 13. Jahrhundert, Innsbruck 1905, S. 136 (Anm. 1), 133, 154, 185 f. Belege außer bei Loersch u. a. bei Lacombet, Urkundenbuch II, S. 635; Böhmer-Ficker-Winkelmann, Regesta imperii V, 4, S. 2349; Chronica regia Coloniensis 1228 (ed. Waitz S. 261, 5).

²⁾ A. Kaufmann, Annalen XLVII (1888), S. 27 Anm. 2 verweist auf die Abhandlung von H. Loersch über den Maibaum zu Aachen (Zeitschrift des Aachener Geschichtsvereins II, 1880, S. 117—126, 331), der eine Erinnerung an den Vorgang im Reinke de Vos v. 2781 erkennt: 'Dâr hadde hê werf alse meibôm tô Aken'.

³⁾ Am 1. August 1225 nach Aegidius von Orval, Gesta episc. Leod. III, 94 (SS. XXV, 119). Ueber die Zeit des Brandes, der früher irrthümlich ins Jahr 1224 gesetzt wurde, vgl. H. Disselnkötter, Die mittelalterlichen Zeugnisse über die großen Heiligtümer zu Aachen (Annalen 121, 1932, S. 49 ff.), wo auch Caesarius berücksichtigt ist.

⁴⁾ Kloster Clairmarais (aus Clorus-Mariscus) bei St. Omer im Artois (dép. Pas-de-Calais). Vgl. Janaschek, Orig. Cist. S. 59 f.

- a Deo specialiter privilegiatum, supplicare cepit abbati suo, quatinus memoriam eius, que in N u s s i a oppido civitatis C o l o n i e n s i s valde celebris est¹⁾, sibi adire gratia recuperande sanitatis liceret. Et non concessit abbas, dicens peregrinationes prohibitas esse in ordine.
- 5 Conversus vero cum cottidie abbati pro licentia instaret et ille negaret, tandem compellente necessitate sine licentia martirem adiit, oravit, sanitatem recepit. Gavisus valde tam de miraculo quam de commodo ad monasterium revertitur. Dictum est abbati, quia conversus esset ad portam plene sanatus. Qui referentibus sicut vir prudens in hec verba
- 10 respondit: "Non possum credere Quirinum esse martirem Christi, qui contra Christi regulam conversum sanavit inobedientem, neque a Deo curatio illa est, in qua sanatur corpus, ut interficiatur spiritus". Cumque pro receptione conversi plures misericordia moti supplicarent, timens abbas inobedientis unius curam multis posse fieri in ruinam,
- 15 respondit: "Ab hac hora non credam Quirinum esse Christi martirem, sicut iam dixi, neque conversus me abbatizante unquam intrabit domum istam, nisi talem restituat, qualem recepit". Mira sacerdotis auctoritas, mira martiris humilitas! Obedit civis peregrino, comprehensor viatori, triumphans militanti, adherens Deo in ancipiti constituto: quasi minas abbatis martir portare non posset, ad predicta verba morbum in converso celerius renovavit. Quod ubi comperit abbas, gratias agens Deo^{*)}, converso, ut intraret, mandavit. "Modo", inquit, "martirem te, o Quirine, recognosco". Sequenti vero die, tam abbate quam ceteris orantibus, conversus iterum sanatus est.
- 25 Si queritur, quomodo inobediens homo sit exauditus, cum peccatores non exaudiat Deus, primo responderi potest, quod ab eis, qui in mortali sunt peccato, per orationes, elemosinas et peregrinationes sepe commoda corporalia bonaque temporalia mereantur. Deinde sanitatem converso inobedienti fuisse concessam ad maiorem obedientie virtutem,
- 30 sicut dictum est, declarandam.

Quam grata sit Deo virtus obedientie et quante confusioni in presenti vitium inobedientie etiam subiaceat, exemplum subsequens manifestat.

*) et sancto Quirino fügen 2a.b hinzu.

1 suppl. precepit 1c. — 2 mem. in missa faceret et ut ei ire ad civitatem Nuciam diocesis Col. ubi valde 1b. — in missa opidi Col. episcopi valde 2b. — 3 rec. salutis 2a.b. — 6 comp. infirmitate 2a.b. — 8 ad claustrum rev. 2a.b. — 9 sicut imprudens 1b. — 11 Chr. ecclesiam conv. 1c. — 12 cur. talis est 2a.b. — inficiatur 1b. — 16 abbatizando 1c. — intr. in claustrum istud nisi t. rest. Quirinus, qu. a nobis rec. 2a.b. — 18 martirum 2b. — 19 (adherens bis posset fehlt) ad pred. v. et quasi minas abbatis morb. 2a.b. — 21 celitus ren. 2a.b.; cicius ren. 1b. — 22 gr. agendo 1a. — precepit für mand. 2a.b. — 26 non audiat 1a.c. — 29 red-ditam statt conc. 2a.b. — 30 declarandum 1c. — 31 Quam bis manifestat fehlt 2a.b. — conf. eciam in 1d, wo etiam nachher fehlt. — 32 sequens 1c.

¹⁾ Die Kirche des Quirinusstiftes in Neuß erhielt gerade in Caesariens' Zeit seit 1209 ihre heutige Gestalt. Vgl. P. Clemen, Die Kunstdenkmäler der Rheinprovinz III, 3 (Kreis Neuß), 1895, S. 69 ff.

19. De carnibus assatis in Rinkassele, quibus bufo insedit, cum per inobedientiam in adventu comedi deberent.

Nondum puto mensem unum elapsam, quod Adolfus sacerdos in Rincassele, villa iuxta Coloniam sita¹⁾, parrochianis suis, ne in adventu Domini carnes comederent, precepit. Ex quibus unus preceptum sacerdotis contempnens carnes inposuit prunis assandas. Quas cum extrahere vellet et manducare, bufo in eis insidens in hominem respexit, acsi diceret: "Ego sum fructus inobedientie, index contumacie, ultor sacerdotis". Territus *) ille mox prunis et cineribus operuit utrumque, cum multa confusione a loco refectonis recedens. Licet predictus Adolfus sit homo satis mirabilis²⁾ satisque secularis, non tamen passus est Dominus, ut contemptus sacerdoti illatus transiret inpunitus.

Quando contumelia prelati a subditis irrogatur, Christus, cuius locum tenent in ecclesia, in illis contempnitur. Unde sepe persone parci ob dignitatem sacerdotalem, in eis honorans auctoritatem, sicut sequenti sermone declaratur.

20. De patriarcha Ierosolimitano, qui, cum ea que avare congregaverat indigentibus erogasset, statim defunctus est.

Moderniori tempore, sicut testis est dominus Conradus quon-

*) *Statt* 10 Territus *bis* 18 declaratur *haben* 2a. b: Territus ille mox prunis (pruinis 2a; primis 2b) et cineribus operire vellet (volens 2a) vermem horribilem nec potuit. Mox insigne miraculum inobediencie illius et aliis peccatis exigentibus apparuit. Buffo (Bubo 2b) se elevans de igne manu illius dextre insedit (insidit 2b) et nimio morsu illum cruciavit. Statimque in Coloniam deductus, consilia multa quesivit et nullum sibi utile invenit. Tandem de consilio (consilio 2b) fratrum Predicatorum ductus est in maiorem ecclesiam, videlicet sancti Petri apostoli (ap. *fehlt* 2a) et sanctorum Trium Regum, ibique Deus ad honorem sanctorum suorum respexit et predictum misericorditer liberavit per merita illorum (eorum 2a), qui nullo medico poterat curari.

4 Est in ripa Reni villa quedam iuxta Col. vocata Rincassele (Rynkassell 2a), in qua sac. erat qui p. suis 2a. b. — Adolphus 1b. d. — 5 Rincassile 1a; Rinkassil 1c. — 7 pr. sui sac. 1b. 2a. b. — apposuit 2a. b; posuit super prunas 1b. — 9 inob. tue, vindex contumelie 2a. b. — 10 pr. et cin. reiectis mox utrumque cum m. conf. iniecit a loco ref. rec. 1a; et carnibus reiectis cum m. conf. a loco ref. recessit 1b. — 14 impune tr. 1b. — 22 Modernorum 2a. b.

1) Rheinkassel unterhalb Köln gegenüber der Mündung der Wupper. Adolfs Vorgänger Konrad wird im Dial. mirac. XII 9 erwähnt.

2) Schönbach erklärt 'ferox, superbus, arrogans', französisch 'merveilleux'; vgl. Du Cange.

dam Halberstadensis episcopus¹⁾, qui, quod dicturus sum, plenius novit, patriarcha quidam Ierosolimitanus, avaritiae frena laxans, tum ex redditibus tum ex fidelium oblationibus magnam congregaverat pecuniam. Cui Dominus ostendere volens non esse sperandum in incerto divitiarum, periculosa illum tetigit infirmitate. Cumque ab omnibus esset desperatus, rex thesauros eius sibi debere dicebat. Cui Hospitalarii resistebant, nacta quadam occasione, magis ad se illos pertinere asserentes. Templarii vero, et ipsi nescio quid cause pretendentes, contendebant cum utrisque. Cumque nichil superasset, nisi ut defuncto episcopo triplex ille funiculus ad subsidium terre sancte Christi caritate firmatus contentionibus et armis rumperetur (*vgl. Eccles. 4,12*) sicque orientalis ecclesia fieret 'in subsannationem et derisum' (*Ezech. 23,32*) omnibus, qui in circuitu eius erant, Sarracenis videlicet, Dominus patriarche vitam distulit, infirmitatem illius allevians. Et dixit ei quidam ex suis consiliariis: "Benedictus Deus, qui vos nobis conservavit, quia, si vita vestra huic luci fuisset subtracta, haud dubium, quin multa mala et forte plurima homicidia essent subsequuta". Ad quod verbum episcopus supra modum territus, cum causam didicisset, respondit: "Ego per Christi misericordiam, qui me forte propter hoc ipsum distulit, cavebo, ne elemosinas fidelium avara regis manus sive Templariorum rapiat, sed in thesauros celestes illas reponam"*). Et iussit, ut ab illa die et deinceps singulis diebus decem libras argenti pauperibus erogaret. Quod et fecit fidelis ille dispensator (*vgl. Luc. 12,42*). Cumque completo anno nichil superasset pecunie, elemosina deficiente cepit simul et episcopus deficere,

*) 'ubi nec fures effodiunt nec furantur' (*Matth. 6,20*) fügen 2a. b hinzu.

1 Halburstadensis 2a. — cui qu. d. pl. innotuit 1c. — 2 Ierosolimitanus 1a; Jerosolimitanus 1b. — avar. recia 1. 1a. — 3 cum ex r. et ex 1b; tam ex r. quam ex 2a. b; tam ex divitibus quam ex 1d. — 4 congregavit 1c. — Cui dom. omnipotens ost. 2a. b. — 6 rex consiliario suo (et thesaurario *fügt 2a hinzu*) dicebat, quod dominus eorum ei in magna pecunia solvenda teneretur, et hoc occasione (*occisione 2b*) fallaci. Et hoc idem dicebant Hospitalarii et Templarii. Misericors dominus, qui omnia 'scit antequam fiant' (*Sap. 8, 8*), bene disposuit, patriarche vitam distulit (*Z. 14*) 2a. b. — 7 Cui Hosp. resist. Templarii nacta qu. occ. (magis ad se i. *bis 9* pretendentes *fehlt*) 1b. — 11 firmatis 1b. — 16 servavit 1c. — vestra ad presens huic 1. 1d. 2a. b. — 17 forte multa hom. 1c. — 18 verb. patriarcha supra 2a. b. — 21 sive Templ. sive Hospitaliorum rap. 2a. b. — rapiant 1b; rapiet 2b. — 22 Et iussit deinceps ab illo die et sing. 2b; Et *bis 24* dispensator *fehlt 2a.* — ab illa hora et 1d. — 23 decem marcas arg. 2b. — 24 expleto a. 1c. d.

1) Ueber Bischof Konrad von Halberstadt (1201—1208), der 1208 zurücktrat und zuletzt im Cistercienserklöster Sichern bei Eisleben Mönch war, vgl. Band I, 123 Anm. 2. Seine Teilnahme am 4. Kreuzzug (1202—1204) wird in den Gesta episcoporum Halberstadensium (SS. XXIII, 116 ff.) erzählt. Caesarius nennt ihn auch im Dial. mirac. II 5 als Gewährsmann.

ut nulli veniret in dubium ob hoc ipsum fuisse dilatatum. — Valde deferendum est Domini sacerdotibus, qui et medici sunt animarum. Unde scriptum est: 'Honora medicum propter medicinam' (*Eccli.* 38,1). Dominici corporis et sanguinis medicinam sacerdotes conficiunt et dispensant, per quorum ministerium panis transit in corpus Christi et vinum in sanguinem Christi.

Quam salubris sit medicina huius sacramenti communio, adhuc uno prodam exemplo.

21. De puella, que sacramentum Dominici corporis sub tecto stramineo per spiritum recognoscens, sub nomine floris infirma requisivit et accepit.

Puella quedam religiosa nuper infirmata lecto decubuit. Que dum supina iaceret oculosque in partem parietis obiecti sibi defigeret diligentius, subito exclamavit: "O quid video, o quid video!" Eis, qui aderant, stupentibus et mirantibus, quid videret, querentibus illa respondit: "Florem pulcherrimum ego video, cuius aspectus in tantum me delectat, ut, si illo frui possem, mox convalescerem". Estimantibus illis, quod ex infirmitate aliena loqueretur, ut assolet fieri, quando materia rapitur ad cerebrum, rursus exclamavit: "Vocate michi sacerdotem, ut ipse michi florem porrigat, quem intueor". Quid plura? Sacerdos vocatus affuit. Ad quem illa: "Precor vos, domine, ut porrigatis michi florem illum pulcherrimum, quem sub stramine video", contra locum digitum erigens. Ivit ille et quesivit et panniculum invenit et extraxit. Et ait virgo: "Solvite ligaturam et videbitis florem". Quod cum factum esset, apparuit hostia salutaris. "Ecce! iste flos est, quem in spiritu vidi, quem totis visceribus concupivi, cuius gratia vivam, cuius virtute sanitatem recipiam". Hec dicente virgine, communicavit de manu sacerdotis et, post paululum spiritum reddens, a flore virginum suscepta est in amenum paradysum.

Et bene et optime Christus flori comparatur et hoc, quamdiu in suo sacramento sumitur, quia, sicut sub flore latet fructus, ita sub specie panis et vini creditur Christus. Ipse enim est 'flos campi et lilyium convallium' (*Cant.* 2,1), ipse est flos ille salutaris, de quo

1 ut omnibus esset manifestum ob (ab 2b) hoc 2a. b. — ad hoc ipsum illum fuisse 1d. — delatum 1b; mit dilatatum schließt das Kapitel 2a. b. — 3 pr. necessitatem (so die Vulgata), sacerdotes enim confic. et disp. dom. corp. et sang. med., per 1d. — 5 ministeria 1b. — 7 sal. est med. 1c. — 8 probabo exemplo 1b; prodam capitulo 1d. — 12 in lecto 1b. — dum sopita (sopitatur 2b) 2a. b. — 13 figeret 1d. — 14 clamavit 1c. 2a. b. — 15 et querentibus quid vid. resp. illa 1d. — quidnam vid. 2a. b. — 17 si habere possem 2a. b. — 18 ut solet 1b. — 19 mat. sursum rap. in cer., rursus ayt 2a. b. — 22 stram. meo video 1c. — 23 Ivit (Inivit 2b) ille et inv. nodum ligatum in panno honesto et ayt virgo: Solv. nodum et 2a. b. — 25 host. salvatoris. Et ait virgo: Ecce 1d. — sal. que dixit: Ecce hic est flos 2a. b. — 29 amena paradisi 1d. — 30 comp. quia (qui 2b) flos nitet et sub flore 2a. b. — 32 panis latet et cred. 2a. b. — campi bis 33 flos fehlt 1d (Augensprung bei flos).

dicit Ysaïas: 'Egredietur virga de radice Yesse et flos de radice eius ascendet' (Is. 11,1). Virga Maria, flos Christus¹⁾: Virga florem protulit, quando Maria Christum genuit, unde pulchre in Nazareth, que interpretatur 'flos'²⁾, conceptus est. In futuro vero cadet flos et apparebit fructus, quande non sub sacramento, sed 'facie ad faciem'³⁾ (1. Cor. 13,12) contemplabitur et, quam suavis sit, gustabitur. Ecce! tali modo medicina salutaris predicte puelle revelata est, cum neque ipsa neque aliquis horum, qui aderant, ante scire posset, a quo vel a qua tale sacramentum in tali loco repositum esset. Hec revelata sunt ab episcopo Livonie³⁾, viro ordinis Cisterciensis, qui multo melius et plenius rem novit quam a me sit relata.

Et quid dicam de medicina corporis et sanguinis Christi, cum ipsi libri, missales dico, in quibus confectio salutaris conscripta est, sine virtute non sint.

15 22. De missali, quem lupus in Hademare ore retulit, campanarium liberans.

Cum hoc *) anno⁴⁾ essem in Hademare⁵⁾ villa dyocesis Tre-

*) ego frater Zacharias (Sach. 2a), auctor libri, 2a. b statt hoc anno.

2 Virga M., flos Christus *fehlt* 1 d. 2 a. b. — 3 quia M. 1 d. — 4 mit conc. est *schließt* das Kapitel 1c. — et videbitur fructus 1 b. — 7 talis (modo *fehlt*) 1 b. — 8 al. illorum 2 a. b; al. aliorum 1 b. — vel per quem sacr. 2 a. b. — 9 Hec michi rev. 2 a. b. — 10 qui rem gestam bene novit et melius quam 2 a. b. — 11 prolata 1 b; mit relata *schließt* das Kapitel 2 a. b. — 15 Haldemark 1 a. — 17 *Gekürzt* in 1c: In Had. v. d. Tr. liber missalis illius ecclesie furatus est, et habebant campanarium super hoc suspectum. Cum ille ferrum candens ferre non recusaret, astante populo iudicans expectante, deus iuste iudicans lupum librum in ore ferentem illuc transmisit, campanarium excusando. Cum lupus missale ante pedes campanarii deposuisset, in nemus, ex quo exivit, festinare non desinit. Quo viso mir. (46,15). — hoc anno *fehlt* 1 d. — essem in quadam villa diocesis Tr. cum abbate nostro et starem ante ostium eccl. 2 a. b. — Hademare 1 d. — villa aliquando Tr. 1 a. d. — Tr. in gr. 1 d.

1) Al. Kaufmann vergleicht Richards von St. Victor Traktat 'De comparatione Christi ad florem et Mariae ad virgam' (Migne, Patrol. Lat. 196, 1031 f.).

2) Hieronymus, Liber interpretat. Hebr. nom. ed. de Lagarde a. a. O. S. 62, 24. 66, 18: 'Nazareth flos aut virgultum', 'Nazareth flos munditiae'.

3) Vgl. oben S. 17 Anm. 3. Cistercienser war sowohl Bernhard zur Lippe (Scheffer-Boichorst a. a. O. S. 74 ff) als auch Theoderich von Estland (Henrici Chron. Liv. 15, 4, SS. XXIII, 277).

4) 1225, nach I 16 (S. 37). Der Zusatz von 2 a. b: 'ego frater Zacharias (vgl. unten I, 27) auctor libri' an Stelle der Zeitangabe beruht sicherlich auf einer Entstellung des Namens Cesarius. Vgl. Schönbachs Anzeige von Meisters Ausgabe, a. a. O. S. 679.

5) Hadamar an der Elb im Westerwald, nördlich von Limburg an der Lahn.

verensis, modo grangia domus Eberbacensis¹⁾, et dictis missis stare cum abbate meo²⁾ ante ostium ecclesie, allocutus est nos quidam miles dicens: "Domine, referam vobis grande miraculum, quod contigit in hoc loco. Liber missalis huius ecclesie furtim subtractus erat, et habentes suspicionem de campanario, inposuerunt ei crimen tam sacerdos quam populus. Illo negante nec proficiente, ad hoc ventum est, ut per iudicium, utpote ferri candentis, se expurgare deberet. Ille bonam habens conscientiam^{*)}, iudicium non recusavit. Cumque populus multus circa illum congregatus esset et hora iudicii inmineret, Christus volens ostendere sacrorum verborum virtutem et hominis innocentiam, egit, ut lupo, eundem librum ore deferens, ante pedes campanarii illum deponeret. Xiens vero de vicino nemore, cunctis intuentibus et mirantibus, quoniam tenderet vel quid ore deferret, iudicii locum petivit, turbas irrupit et, ut dictum est, missali deposito cum summa festinatione recurrit^{**}). Quo miraculo viso omnes Deum glorificantes, se hominem sine causa infamasse doluerunt. Pater autem meus beato Egidio³⁾, qui patronus est huius ecclesie, illum cum libris suis obtulit^{***}), concensualem illum faciens; erat enim servus eius originarius". Hec †) dum nobis miles referret, satis mirati fuimus.

*) et in Deo confidenciam fügen 2a. b hinzu.

***) nemus repeciit. Hoc facto viso, campanarius referens Deo immensas graciaram acciones, qui eum innocentem de manu mortis misericorditer redemit 2a. b statt recurrit.

***) in altari optulit, qui servus exstiterat, liberum faciens et concensualem; erat 2a. b.

†) Et ut vera sint que dixi, tota parrochia testatur 2a. b für Hec bis fuimus.

3 O vos domini, r. v. rem nimis miraculosam 2a. b. — 6 tam plebanus quam 2a. b. — nec profitente 2a. — 8 recus. Cum vero esset dies iudicii et hora iud. 2a. b. — 9 congr. fuisset 1b; congr. staret 1 d. — 11 ore suo referens 2a. b. — 13 et quid in ore 1b. — 15 cum magna fest. 2a. b. — Quo mir. nobis viso 2a. b. — 16 mit doluerunt schließt das Kapitel 1c.

1) Die Cistercienserabtei Eberbach bei Eltville im Rheingau wird auch in Dial. mirac. mehrmals erwähnt. Ueber den Eberbacher Hof in Hadamar vgl. Hermann Bär's Diplomatische Geschichte der Abtei Eberbach im Rheingau, bearbeitet von K. Rossel I, Wiesbaden 1855, S. 365 ff., 391, 403 f., 413 f., 488 ff., 641 ff.; Rossel, Urkundenbuch der Abtei Eberbach I, eb. 1862, S. 104 f., 108, 313, Nr. 51, 53, 186, und Caesarius selbst, Dial. mirac. IX, 54, wo es von Hadamar heißt: 'Existente me anno preterito (1222) cum abbate meo in eadem villa — habet enim domus de Eberbacho grangiam in eadem villa et ad eam spectat divina illic procurare — retulit nobis magister grangie', usw.

2) Abt Heinrich von Heisterbach; s. oben S. 15 Anm. 2.

3) Die Aegidiuskirche, die älteste Kirche von Hadamar, wurde 1320 selbständige Pfarrkirche. Vgl. Ferd. Luthmer, Die Bau- und Kunstdenkmäler des Regierungsbezirks Wiesbaden III (1907), 143 f.; Fabricius, Erläuterungen V, 2, S. 210.

23. De medicina confessionis.

Christi sacerdotibus duplex medicina commissa est: sacre, ut supra dictum est, communionis necnon et confessionis. Ipsis data est potestas confessiones recipere, de lepra peccatorum iudicare, peccati penam temperare. Quisquis in se peccati penam recognoscit sicque ad medicinam corporis et sanguinis Christi indigne accedit, ipse sibi iudicium sumit et periculum magnum. Quid ergo facere debet? Accedat ad medicum, id est ad sacerdotem, ostendat infirmam conscientiam suam eiusque utatur consilio. Quando medicus infirmo dare vult fortem medicinam et efficacem, prius ei ordinat dietam, premittens aliqua preparatoria, ut est oximel, et pillulas, quibus materia dividatur, ut sic sine periculo per sequentem medicinam absque periculo eiciatur. Preparatoria hec spiritualia sunt: contritio et confessio, quibus peccatorum virus male digestum dividitur. Et hoc quantum ad culpam. Dieta vero sunt orationes, ieiunia, elemosine, vigilie atque huiusmodi opera bona. Medicina fortis et efficax est corpus Christi et sanguis, cuius virtute pena peccati remittitur et in caritate spiritus roboratur. Unde communicantibus dicitur: 'Corpus Domini nostri Ihesu Christi sit tibi in salutem corporis et animi et ad vitam promerendam preparatio salutaris. Amen.' Hinc est quod sancta ecclesia communicantibus in pascha fidelibus dietam ordinavit tempus quadragesimale, in quo ieiunando et in cordis contritione orisque confessione se preparando ad medicinam agni paschalis dignius atque securius possint accedere ¹⁾). Monachi vero et ceteri religiosi, quia frequenter confitentur et ieiunant, et frequenter communicant. Sine autem confessione neque ipsi sacerdoti accedere licet ad confectionem medicine salutaris. Unde de confessione aliquid caritati vestre dicere propono. Qui vel qualis sit fructus confessionis, multis in Dyalogo meo exemplis probasse me recole tertia distinctione ²⁾). Unde nunc ad alia, que ibi non sunt dicta, festino. Ad medicamentum confessionis non solum Spiritus sanctus per scripturas, sed per quasdam mirabiles visiones seu revelationes quosdam invitat misericorditer.

² Ipsis sac. dupl. med. comm. est, videlicet a peccatis hominem mundare, per sacramenta ecclesie eum confortare. Hinc nota *schließt das Kapitel bereits in 1c.* — 4 peccati morbum temp. *1d.* — 7 mit *Quid ergo bricht 1d ab (offenbar nach einer verstümmelten Vorlage).* — 10 ei ordinavit d. promittens aliqua prep. ei ut et (et ut 2b) mellis pullulas 2a.b. — 13 spir. bona sunt scilicet contr. 2a.b. — 14 virtus id est male 2b. — 18 Unde bis 20 Amen *fehlt 2a.b.* — 21 quadragesime 2a.b. — 24 Monachi bis communicant *fehlt 2a.b.* — 26 ad hostiam medic. 2a.b. — 27 sit fons conf. 2a.b. — 28 non solum spiritus nunc ad alia que ibi non sunt dicta festino. De medicamento confessionis multum durch Abirren zum Folgenden statt des Wortes multis 1b (*wo aber nachher nichts fehlt*). — 28 probare 2a.b., die das Kapitel mit *recole schließen.*

¹⁾ Vgl. A. M. Koeniger, Die Beicht nach Cäsarius von Heisterbach (1906) S. 56 f.

²⁾ Die 3. Distinctio des Dial. mir. handelt 'de confessione'.

24. De matrona peccatrice, cui angelus in specie columbe apparens ad confessionem hortabatur.

Circa hoc biennium ¹⁾ dives quedam matrona, dyabolo instigante, cum proprio patre peccavit, sed Dei gratia, que neminem vult perire (vgl. 2. Petr. 3,9), celitus visitata, in se reversa, quid egerit, cepit cogitare, de peccato commisso gravissime dolere et maximis cruciatibus in se commissa punire. Nam preter orationes et ieiunia, venias et vigalias, quibus indesinenter affligebatur, ita omne corpus suum virgis atque flagellis laceravit, ut nulla pars eius sub veste nec ipsa quidem crura a penis *) vacua remanerent. Non tamen poterat, obstante verecundia, peccatum idem alicui sacerdoti confiteri. Et quia sine medicamento confessionis impossibile est vulnus anime posse sanari, nisi necessitas excludat, misertus illius celestis medicus misit angelum suum, cuius auxilio et consilio tali ordine sanata est. Nam in specie columbe illi apparens ait: "Dimissum est peccatum tuum" et adiecit: "Cras veniet ad te consolator tuus", quendam abbatem ordinis Cysterciensis sibi bene notum et michi non incognitum nominatim exprimens, "illi confiteberis". Quod ita factum est. Crastina enim die, cum secus possessionem eius transiret, inmisit Deus cordi eius, ut consolationis gratia domum illius intraret. Que eo viso supra modum gavisa in locum secretum illum traxit, quid commiserit quidve pro commisso egerit et qualiter ad confessionem divinitus ammonita sit, per ordinem aperuit. Que, penitentia ab eo suscepta, non modicum est consolata et pro nimis indiscreta corporis afflictione ab illo correpta. — Ecce! hic habemus exemplum, quod peccatum remittitur per cordis confessionem et contritionem, adiecta tamen voluntate confitendi. Militi etiam, cuius supra memini capitulo decimo ²⁾, in somp-

*) plantis (planctis 2b; plagis *vermutet Schönbach*, vgl. *aber u. a. Deut.* 28, 35) sana videntur. Et per peccatum quod supra dixi puerum genuerunt, quem in momento occiderunt inter (intra 2a) se morte miserabili 2a.b *statt penis vacua remanerent.*

3 C. h. b. *fehlt* 1c; Temporibus paucis (parvis 2a) transactis, dives erat qu. 2a.b. — 4 pecc. carnaliter, sed 2a.b. — 5 que eg. 1b. — eg. cogitavit et de p. c. gr. doluit penitendo. Nam 1c. — 8 vig. qu. ind. corpus affligebat ac cum v. ac fl. 1c. — 9 laceraverat 1b.c. — sub ipsa veste nec ipsa 1b. — 10 poterant (potuerunt 2b) *nach* confiteri 2a.b. — 12 p. salvari ac sanari 2b. — 13 mis. illi 1a. — 14 tali modo san. 1c. — 16 quidam abbas grisei ordinis tibi b. notus et m. non incognitus, peccatum tuum illi conf. 2a.b. — 19 secus habitaculum eius 2a.b. — 20 viso multum gav. 1a; s. m. consolata et gav. 1b. — 21 in secr. loc. duxit, peccatum et divinam revelationem et quidquid commisit eidem narravit confitendo. Que 1c. — 22 (et qualiter *bis* sit *fehlt*) omnia per ord. 2a.b. — 23 recepta 1c. — non mod. est consolata *fehlt* 2b. — 24 et pro nimia et ind. 1c; et pro ind. penitentia (et pro i. pen. *fehlt* 2b) acta ab eo est corr. 2a.b. — *mit* correpta consolando *schließt das Kapitel* 1c. — 26 per conf. et cordis contr. 2a.b.

¹⁾ 1223; vgl. oben S. 37.

²⁾ Oben S. 29.

nis confessio revelata est. Sine desiderio confessionis et proposito peccatum dyabolo non latet *).

25. De Maroldo monacho Eberbacense, cui dyabolus per os obsesse impropertavit nocturnam illusionem non confessam.

Monachus quidam Maroldus nomine Eberbacensis¹⁾ nocte quadam per turpem ymaginationem mulieris passus est fragilitatem carnis. Mane, nondum facta confessione, directus in viam, misse gratia quadam intravit ecclesiam, in qua demoniosam offendit. Que mox de nocturna illusionem monacho exprobrans aiebat: "Quid est, o monache? Numquid non te adulterum hac nocte feci, preparans tibi mulierem? Bene usus es ea ad libitum tuum". — Ex quo colligitur turpes ymaginationes, quas sepe per sompnia patimur, quandoque fieri procurante dyabolo, qui etiam dormientes quiescere non sinit. Unde bona consuetudo est in ordine, ut per confessionem deleatur, quidquid sic nocte delinquitur. Hec michi ab eodem Maroldo relata sunt.

Alia atque alia restant exempla, quibus adhuc probabitur dyabolum non ignorare peccata ab hominibus commissa, quamdiu per veram confessionem non sunt tecta.

*) quod bene videtur in hoc miraculo *fügen 2a. b hinzu.*

1 et bono propos. 2a. b. — 3 Meraldo 2a; Melardo 2b. — Eberbacense 1b; Berabacense 1c; Eberacense 2a. b. — 4 improbavit 2a. b. — 6 Moraldus 1c; Mar. bis quadam *fehlt* 2a. b. — Erbacensis 1c. — 8 Mane facta processit ad ecclesiam, in qua 2a. b. — conf. ducitur in viam 1b. — viam ville gr. 1a. — 9 in qua demon obsessam invenit 2a. b; in qua erat quedam demonica 1b. — 11 preponens 2a. b. — 12 mul. dum non usus es 1a. b. — ad libidinem tuam 2a. b. — 14 dormire qu. 1b. — 15 cons. est sepe confiteri etiam de nocturnis illusionibus *schließt das Kapitel 1c.* — qu. sibi in n. del. Ille michi hoc narravit (erravit 2b), qui hoc passus est *schließt das Kapitel 2a. b.* — 16 a beato Mar. 1a.

I, 25. Ähnlich bei Thomas Cantipratensis, De apibus II 57 § 6 (De monacho, cui daemon insultavit, quod ei in somnis pollutionem excitasset): De hoc ('daemonia nocte hominibus apparent in somnis et eos visionibus phantasmaticis polluunt et illudunt') quiddam ridiculosum legisse me memini. Cum quidam monachus ad obsessum energumentum accessisset, circumstante multo populo, eum cum irrisione mordaci daemonium inelamavit, dicens: "Eia, frater, eia, numquid pulchram tibi in hac nocte mulierem in somnis adduxi?" Quippe, ut post confusionem monachus retulit, in somnis pollutus fuerat illa nocte, et non confessus fuit'.

¹⁾ Vgl. oben S. 46 Anm. 1. Mönch Marold von Eberbach begegnet am 27. Februar 1242 als Zeuge in einer Urkunde Werners von Bolanden ('Maroldus' lautet der Name auf dem Original im Staatsarchiv zu Darmstadt, nach freundlicher Auskunft von Herrn Archivdirektor Dr. Fritz Herrmann; K. Rossel, Urkundenbuch der Abtei Eberbach I, 347 Nr. 208 hat irrthümlich 'Maioldus').

26. De obsessa, que femine de pecunia perdita sciscitanti respondit: "Clericus, qui tecum concubuit, tulit illam".

In dyocesi Treverensi in villa, cui vocabulum est Tris¹⁾, obsessa quedam habitat, per cuius os frequenter dyabolus furta sive alia queque crimina inconfessa manifestat. Nondum effluxit annus, quod matrona quedam eiusdem vicinie, decem sibi marcis furtive subtractis, eandem obsessam adiit et, ut sibi pecuniam ablatam necnon et furti auctorem ostenderet, inopportune satis institit. Cui illa respondit: "Expecta paululum! ego te secrete expediam de utroque"; erat enim in turbis constituta. Dicente femina: "Volo, ut omnes audiant", respondit demon: "Non est consilium meum, ut hoc fiat". Cumque illa instaret, subiunxit dyabolus: "Ex quo ita placet, en dico tibi: Clericus, qui tecum concubuit*), pecuniam sub capite tuo positam tulit et abiit. Require ab eo: forte restituet tibi. Ecce! modo nosti, quis tulerit illam; ut dicerem tibi, coegisti me". Ad quod verbum illa confusa nimis tristis**) abiit, plus dolens de dampno infamie quam pecunie. Hec michi non ab uno, sed a pluribus relata sunt.

27. De eadem obsessa, que inclusam adulterari volentem a peccato retraxit necnon et adulterum.

Frater Zacharias, novicius in Loco sancte Marie²⁾, ante conversionem canonicus Monasterii³⁾, nuper***) michi de eadem obsessa rem pietate plenam recitavit, cum tamen nullus demonum pius credendus sit; unde hoc, quod dicturus sum, magis ascribo divine bonitati quam demonis obsidentis voluntati. Sacerdos, qui hodie

*) hac nocte fügen 2a. b hinzu.

**) de adulterio prodito, cum magna confusione fügen 2a. b hinzu.

***) in Efflia³⁾ tunc 2a. b für nuper michi.

4 in v. bis Tris fehlt 2a. b; in v. que dicitur Trus 1c. — 5 habitabat 2a. b; fuit 1c. — al. quolibet 1c. — 6 manifestavit. Ad predictam obsessam venit matr. qu. eiusdem provincie 2a. b. — Nondum bis quod fehlt 1c. — 7 ei. vic. fehlt 1c. — 13 ita tibi pl., en dicam tibi (ego tibi dicam 2b) 2a. b. — en tunc dico 1a. — 14 pos. tuam 1a. — 16 illa nimis conf. et nimis 1a; illa conf. et nimis 2a. b; illa conf. nimium tr. 1b. — 17 Hec bis rel. sunt fehlt 1c. 2a. b. — 21 Fuit frater 1b. — nov. bis Marie fehlt 2a. b. — 23 demon 1b. — 25 Sac. rector parrochie in Pomere conc. hab. 1c; Sac. quidam hab. concub. 2a. b.

1) Treis an der Mosel im Kreise Kochem. Vgl. Band I, S. 118 Anm. 1.

2) Vgl. oben S. 37 Anm. 3.

3) Stift Münstermaifeld südwestlich von Koblenz, da die folgende Erzählung sich auf die untere Mosel bezieht (an sich läßt der Name auch die Deutung auf Münstereifel — so ergänzen 2a. b — und auf Münster in Westfalen zu). In der Tat begegnet 1210 bis 1223 ein Kanonikus Zacharias von Münstermaifeld; s. Mittelrheinisches Urkundenbuch II, 805 Nr. 263 und III, 60, 174 Nr. 56, 208.

parrochiam P u m e r e ¹⁾ regit, concubinam habebat nomine Petris-
 sam, feminam satis formosam. Hec divinitus inspirata pro peccatis
 suis reclusorium elegit et ab ipso sacerdote, cum quo peccaverat, re-
 cludi se permisit. Cuius penitentie inimicus totius gratie dyabolus in-
 videns, militem quendam F r e d e r i c u m nomine de T r e v e r e ²⁾ ad
 illius subversionem direxit. Cuius animum tam verbis quam clenodiis
 variis in tantum emollivit, ut promitteret ei, quod eum sequeretur
 eiusque voluntati consentiret. Et cepit sibi preparare linea vestimenta,
 luxurie ydonea, de panno a milite sibi transmissio. Antequam tamen
 exiret de illo reclusorio, predicta obsessa, immo dyabolus per illam,
 ad eius cellulam properans hiis eam verbis alloquitur: "Quid est,
 quod agis, o misera? Quare, celesti sponso contempto, coniungi
 elegisti adultero? Quodsi tantum facinus in illum commiseris, ego
 celerius animam tuam in sinum magistri mei deportabo flammis
 eternalibus cruciandam perpetuo". Quibus verbis reclusa adeo ter-
 rita est, ut vestes preparatas ad opus libidinis in ignem mitteret et
 incineraret. Mira res: obsessa cum multa festinatione locum adiit, ubi
 predictum militem esse scivit, eumque inter plures suos commilitones
 positum hiis verbis increpare cepit et dicere: "Frederice, omnium infeli-
 cissime, quid est, quod facere voluisti, ut Altissimo sponsam suam
 subriperes et per adulterium maculares? Quodsi hoc feceris, quod
 proponis", — persone nomen et religionem exprimens — "in sinum
 Belzebub magistri mei citius deduceris, ubi penam tanti criminis eter-
 naliter exsolves". Ad quod verbum miles supra modum territus atque
 confusus, voluntatem mutavit neque ab illa hora incluse adulterii causa
 molestus fuit. — Ecce! tali ordine per gratiam Christi et ministerium

5 de Tr. *fehlt* 2a. b; de Creuere 1a; de Trevene 1b. — 6 erexit (Cuius
bis 8 consentiret *fehlt*). Et hec reclusa cepit militi prep. 2a. b. — 7 emol-
 luit 1a. — 9 lux. valde yd. 2a. b. — translato 1a. — 10 exiret inclusa de
 recl. 2a. b. — 11 Quid quid (est *fehlt*) agis 2b. — 13 elegis 1c. 2b; eligis
 2a. — ego tunc (nunc 2a) magister tuus dyabolus cel. tuam an. deportabo
 in sin. mag. mei sathane fl. 2a. b. — 14 portabo 1a. b. — fl. eternis
 2a. b; fl. perpetuis 1b. — 15 inclusa 1c. — 16 mitt. et incremaret 1c;
 mitt. (permitteret 2b) et cremaret 2a. b; inmisit et incineravit 1b. —
 17 res est, obs. 1a; res, predicta obs. 2a. b. — 18 eumque *bis* positum
fehlt 1c. — 19 excrepare 2b. — 20 est hoc quod 2b. — 21 et adulterio
 1b. — 23 Belzibub 1a; Belsebub 1b; Belcebuic 2a; Belsebuck 2b. —
 — velocius *tür* cicius 2a. b. — ut penam 1c. 2a. b. — etern. (sine fine
fügen 2a. b *hinzu*) exsolvas 1c. 2a. b. — 25 conf. propositum mut. 2a. b. —
 26 mol. fuit. Ecce quam bonum est solitarie et caste vivere *schliesst das*
Kapitel 1c. — misterium 1b.

¹⁾ Dorf Pommern an der Mosel (Kreis Kochem), oberhalb Treis
 (s. das vorige Kapitel), unterhalb Kochem; über die Pfarrei vgl. Fabri-
 cius, Erläuterungen V, 2, S. 199. Prüm, das Meister vorzog, heißt Pru-
 mia, wie sonst, so im Dial. mirac.

²⁾ Der Name Friedrich findet sich zu Trier in den ersten Jahrzeh-
 nten des 13. Jahrhunderts mehrmals in dem Ministerialengeschlecht von
 der Brücke ('de Ponte'). Vgl. Mittelrheinisches Urkundenbuch II, S. 507 f.
 und III, S. 1161; J. Bast, Die Ministerialität des Erzstifts Trier (= Trie-
 risches Archiv, Ergänzungsheft 17), 1918, S. 40 f. und 111.

dyaboli tam miles quam inclusa salvati sunt. Predictus vero Zacharias ab ore ipsius Petrisse, que dicta sunt, se audivisse testatus est.

Quod vero dyabolus non ignoret peccata nonnunquam etiam occulta, subiecto declarabitur exemplo.

28. De Hermanno converso, quem apostata revolentem obsessa prodidit, causa salutis illi efficiens. 5

Cum domus nostra¹⁾ grangiam haberet iuxta Spiream²⁾ et conversi nostri invitissime essent in ea propter aerem corruptum, quo inficiebantur, contigit, ut frater Hermannus, carpentarius officio, ad eundem locum per obedientiam ire compelleretur. Qui ex suggestione dyabolica, voluntate in itinere mutata, maluit perire quam obedire tendensque ad locum, unde oriundus fuit, in domum sacerdotis de Hadenowe³⁾ prandii gratia divertit. Intrans ecclesiam offendit illic mulierem demone obsessam — nec michi constat, utrum eadem fuerit, de qua supra dictum est, an alia. Erant autem circa eam multi utriusque sexus. Que mox ut conversum vidit, cum *) multo cachinno et applausu manuum exclamavit: "Eya sine brachis, eya sine brachis, veni huc!" Cepitque miro modo in eius iocundari aspectu, et mirati sunt omnes, qui aderant. Nam usque ad illam horam nullum poterat ab ea extorqueri verbum, etiam per exorcismos. Sacerdos vero sciens non esse sine causa, quod demon persone tonsuratae et habitu religiose sic exprobrasset, hominem in secretum locum duxit et ait: "Timeo, frater, aliquid latere in conscientia vestra, quod bonum non sit, quia demon iste in adventu vestro primum loqui cepit et exultare". Ad quod verbum territus conversus recitavit per ordinem causam digressionis sue. A quo correptus et, ut obediens esset, ammonitus, ad viam salutis reductus est. Qui mox ad grangiam, ad quam destinatus fuerat, profectus, quid 10
15
20
25

*) omnes intueri contempnit et für cum 2a. b.

1 reclusa a vicio adulterii salvati (salvata 2b) 2a. b. — sanati 1b. — 2 ipsius recluse 2a. b; illius Petr. 1b. — mit t. est schließt das Kapitel 2a. b. — 7 nach nostra fügt Heysterbach ein 2b, Hyesterbagh 2a. — Spyriam 2a. — 8 invitissimi 2b; infecti 1b. — 9 ut quidam fr. domus nostre ad eundem l. 2a. b. — 11 dyaboli 1a. b. — mal. in anima perire, quod dolendum est, quam ordini obed. 2a. b. — 12 domum cuiusdam sac. 2a. b. — Hatenowe 1a; Hadennouwe 1b; de Had. f. hii 2b. — 13 gr. declinavit 1b. — eccl. invenit ibi 2a. b. — 13 et admirati 1c. — 19 Nam in illo loco usque 2a. b. — 21 tonsura et hab. 1c. 2a. b. — 23 consc. tua, quod non est bonum, quia 2b. — 24 in adv. tuo pr. c. l. et (sic fügt 2b hinzu) iocundari 2a. b. — exultari 1a. — 25 digestionis 1b. — 26 monitus 1c. — 27 mox ad locum, ad quem 2a. b. — dest. est f. 1c; missus est 1b.

1) Heisterbach.

2) Ein Gut zu Affolterloch bei Speyer verkaufte Heisterbach 1213 an Kloster Himmerode; s. F. X. Remling, Urkundenbuch zur Geschichte der Bischöfe von Speier I, 51 Nr. 13 und II, 54 Nr. 18 (Schmitz, Urkundenbuch 137 Nr. 33). Vgl. Wilkes, Himmerode S. 162.

3) Adenau, Kreisstadt in der Eifel westlich der Hohen Acht.

sibi in via acciderit, nemini tunc temporis intimavit. Postea cum quidam ex fratribus nostris in domo eiusdem sacerdotis hospitaretur, didicit ab eo, que gesta sunt, et nos ab illo. Interrogatus a nobis prefatus Hermannus de serie huius mirabilis hystorie, confessus est ita esse, ut diximus, et quod ei verba demonis causa essent salutis; proposuerat enim habitum abicere et apostatare.

Advertite, fratres, si demon conversi istius 'novit abscondita cordis' (Ps. 43,22), certum est quod plenius sciat peccata locutionis et operis. Ista enim cum hominibus videt et audit, illa vero non nisi per signa exteriora deprehendit. Sed dicit quis: 'Solius Dei est nosse cogitationes hominum' (vgl. eb. 93,11). Quod quidem verum est, sed per motus et signa exteriora sepe dinoscuntur interiora. Hinc quidam ait ¹⁾:

'Heu quam difficile est crimen non prodere vultu!'

Medicus, qui usum habet practice, infirmi statum et finem facile considerat. Demones multo subtilioris nature sunt quam homines et in omni malitia magis exercitati, sicut ex ipsa nominis interpretatione colligitur; demon enim interpretatur 'sciens' vel 'valde astutus' ²⁾. Scientiam habet a Deo, sed usum malignandi a se ipso. Quia demones spiritus sunt, fenestris sensuum nostrorum invisibiliter se ingerunt et ideo facilius nos ledunt; et quia valde sunt astuti, ex signis, que foris capiunt, peccata cordis perpendunt. Bene noverunt practicam suam et exercitium malignandi. Caveant tamen homines, ne ex eis habeant facilitatem subvertendi. Contra quorum astutiam et scientiam magnam misericors Deus magnam et precipuam homini preparavit medicinam, scilicet virtutem confessionis.

1 P. cum qu. alius ex 1c; P. qui ex n. fr. ad domum sac. predicti declinaverunt et intellexerunt sic esse et nos ab ore predicti Hermanni (Harmanni 2a) audivimus ita esse 2a. b. — 2 hospitarentur 1a; hospitabatur 1b. — 5 et quod bis apostatare *fehlt* 2a. b. — 6 hab. dimittere 1b. — 7 illius conv. 1b. — cognovit 1c. — 8 et operacionis 1c. — 9 (Ista *bis* deprehendit *fehlt*) Sed dicit (diceret 2a) aliquis 2a. b. — 10 est noscere 1c; est scire 2a. b. — 11 sed sepius per m. (12 sepe *fehlt*) 2a. b. — 12 noscuntur 1b. — 13 non procedere 2b. — 14 finem statim cons. 1a. — 15 Dem. enim m. 2b. — subtiliores nature (natura 1b) 1b. c. — 17 vel male ast. 2a. b. — 20 nos illudunt 2a. b. — foris in hominibus accipiunt, pecc. cordis perpendunt. Et hoc est quod sequens miraculum docet *schließt das Kapitel* 2a. b. — 21 nov. perditam 1a. — suam, id est exerc. 1c. — 23 subiciendi 1b.

1) Ovid, Metamorph. II, 447.

2) Vgl. Augustinus, De civitate Dei IX, 20: 'Daemones enim dicuntur — ab scientia nominati'; Cassiodor, Comment. in psalm. 95, 5 (Migne 70, 678): 'Nam quamvis daemones Latine scientes vocentur —'. Von der 'astutia' der Dämonen ist oft die Rede (vgl. Thesaurus linguae Latinae II, 1906, Sp. 987), so Augustinus, a. a. O. II, 10: 'si autem malitiam daemonum cogites, quid astutius ad decipiendum atque callidius'; wenn aber 'valde astutus' als Wortbedeutung von 'daemon' gegeben wird, so liegt offenbar eine Verwechslung von *δαίμων* und *δαήμων* vor; vgl. die Glossae Vaticanae bei G. Goetz, Corpus glossariorum Latinorum III, 515, 41: 'daemon callidus, astutus, ingeniosus'.

Quod ipsam demonibus auferat scientiam inducatque ignorantiam et astutiam eludat, uno, quod michi a quodam litterato viro relatum est, ostendam exemplo.

29. De homine mala cogitante, cui dyabolus in figura viatoris socius totius itineris factus est et post confessionem evanuit. 5

Homo aliquis per viam transiens malas cepit habere cogitationes, in quibus tam vehementer cepit delectari, ut accedente consensu interiori, qualiter illas in opere perficeret, mente tractaret. Dyabolus vero, quia valde astutus est, cum consideraret in facie, quid volveret in corde, sub specie viatoris se illi coniunxit. Quem cum per totum iter intus suggestionem, foris locutione ad peccandum inflammaret, contigit, ut ad ecclesiam in via positam simul devenirent. Homo vero orationis gratia intravit, dyabolus autem lassitudine simulata foris iuxta hostium resedit. Fidelibus passim accedentibus ad sacerdotem propter confessionem, eo quod tempus quadragesimale esset¹⁾, ait prefatus homo intra se: "Miser, ex quo copiam habes sacerdotis, munda conscientiam tuam; forte propter hoc Deus direxit te ad ecclesiam istam". Quid plura? Confessus est et egressus dicebat dyabolo: "Surge, frater, eamus". Cui cum responderet: "Nondum ibo, quia socium itineris mei, qui ante horam ecclesiam istam ingressus est, hic prestolor", subiunxit ille: "Ego sum". Et dyabolus: "Nequaquam; ille, qui socius michi exstitit, talis ac talis est", vultum et habitum eius diligenter exprimens, "te enim non agnosco, quia vultus tuus et habitus valde dissimilis est illi". Hec dicente dyabolo, homo verba eius admirans, ut fieri solet, se signavit, et ex oculis eius ille mox evanuit. 10 15 20 25

Ecce hic manifeste habemus exemplum, quod dyabolus non solum culpam, sed et confitentis personam post confessionem ignoret. De hoc

1 Quod ipsis 1c. — 2 elidat 1b. 2b; allidit 1c. — litt. et religioso viro 1a. — 7 H. quidam per 1b. 2a. b. — 8 acc. sensu 1b. — 10 qui v. 1a. — quod volv. 1a; quid vellet 1c; quid lateret 2a. b. — 12 ad peccatum inflaret 2a. b. — 13 vero causa devocionis eam intr. 2b. — 15 recedit 2b. — Fid. vero ibi (ibidem 2a) peccata sua confitentibus, quia t. quadragesime erat 2a. b. — pro confessione 1b. — 17 habes cop. 1b. — munda animam tuam 1a. — 18 hoc ipsum Deus 1c. — direxerit 1b. — 19 dicebatque diab. socio suo 2a. b. — 20 Nunquam ibo 1b. — it. mei expecto, qui a. h. istam intravit eccl. Subiungit 2a. b. — 21 subiungebat 1a. — 23 talis aut t. erat 2a. b. — exprim. et dicens, te 2a. b. — 24 non nosco (cognosco 2a), quis sis aut unde sis, quia 2a. b. — 26 signavit se signo sancte crucis et ex 2a. b. — oc. illius ille statim ev. 1a; oc. socius eius mox ev. 2a. b. — 27 Ecce bis 55,2 exempla *fehlt* 2b. — manifestum 1a. — habui 1b. — 28 De hoc bis 55,5 integra *fehlt* 1c.

I, 29. Vgl. Herbert, Cat. of romances III, 542, 6. 551, 142. 604, 7. 649, 17. Scala celi des Joh. Gobii iunior f. 43r. Klapper, Exempla Nr. 57 (Quelle: Annulus cap. 14); Erzählungen des Mittelalters Nr. 122.

¹⁾ Vgl. Koeniger, Die Beicht nach Cäsarius von Heisterbach S. 56 f.

in libro Dyalogorum distinctione tertia¹⁾ plurima me dixisse recole exempla. Hoc tamen sciendum, quod non omnis confessio dyabolo generat oblivionem peccati, sed tantum vera confessio. Confessio vera est, que procedit de corde contrito et humiliato cum voluntate satis-
5 faciendi, que debet esse munda et integra²⁾.

Quod confessio nulla sit, si integra non fuerit³⁾, per exemplum ostendam subiectum.

30. De Sibodone plebano, cui quorundam suorum in sompnis falsa confessio revelata est.

10 Sibodoni novicio nostro, cum esset pastor in Vileke⁴⁾, miles quidam ex eius parrochianis singulis annis confessionem facere et penitentiam suscipere consueverat. Ad quem nocte quadam vox huiusmodi facta est: „Sibodo, miles ille”, nomine eum designans, „numquam fecit tibi confessionem suam”. Ad quam vocem sacerdos evigilans et, quid
15 portenderet, satis admirans, militem mox ut vidit ad confessionem puram hortatus est dicens: „Timeo, quod non feceritis michi pure et plene confessionem vestram”. Cui cum ille responderet: „Quid est, quod dicitis, domine? Nonne scitis, quod iam multis annis vobis conscientiam meam aperui, penitentiam suscepi et adimplevi?” sacerdos
20 subiunxit: „Hoc Deus novit et vos; nam talis vox non sine causa delata est ad me”, illi, quid in sompnis audierit, manifestans. Quo audito miles territus confessus est peccatum maximum, quod verecundia vetante multo tempore subticuerat; inpregnaverat enim quandam cognatam suam et, ut incestus lateret, natum infantem communi consilio necaverant. —
25 Hec michi predicti Sibodonis relatione comperta sunt.

2 sciendum est quod 2b. — 5 esse integra et nuda nulloque velamine tecta, ut insequenti miraculo ostenditur *schließen* 2a. b. — 8 De Sybodone pl. in Vileire, cui 1c. — cui militis cuiusdam in 2a. b. — 10 Sybodoni 1a. c. — Villari 1a. b. — 11 conf. suam fac. 2a. b. — 12 n. quedam vox h. 1b. — quadam timore perterritus vox talis alloquitur dicens: S. frater miles 2a. b. — 13 signans 1c. — numquid 1b; numquam puram (pure 2a) tibi (*fehlt* 2b) egit conf. 2a. b. — 14 quid (hoc *fügen* 2a. b. *hinzu*)pretenderet 1c. 2a. b. — 15 ut potuit ad pur. conf. 2b. — 16 non feceris pure conf. tuam 2a. b. — 18 annis cor meum vobis per confessionem ap. 2a. b. — 20 novit, cui omnia nota sunt, et vos 2a. b. — dilata 1a. c. 2a. — 21 audierat 1a; audivit 1c. — 22 terr. et compuncione corde compuncione bona, conf. est 2a. b. — 24 necaverunt 1c. 2a. b; *damit schließt das Kapitel* 1c. — 25 michi a predicto Sibodone relata (revelata 2a) sunt *schließen* 2a. b.

I, 30. Quelle sind Caesarius' Homilien, Band I, 154, Nr. 221.

¹⁾ Dial. mirac. III 2f.

²⁾ Vgl. eb. III 1.

³⁾ Der Nebensatz ist der gleichen Homilie (Band I, 155, 3) entnommen wie das folgende Kapitel. Zu den Anforderungen an die Beichte vgl. Koeniger, a. a. O., S. 64 ff., 77.

⁴⁾ Vilich bei Beuel, gegenüber Bonn. Im März 1231 gewährte Graf Heinrich von Sayn Heisterbach Abgabefreiheit von 'bona sita in Buwele (Beuel), que vir pie memorie Sibodo pastor et canonicus in Vilke memorate ecclesie in Heisterbach contulit' (Schmitz, Urkundenbuch S. 169 Nr. 70).

Quantum incurrant incommoditatis, qui medicinam contempnunt confessionis, subsequens declarabit exemplum.

31. De eo, qui in Livonia confiteri nolens, post mortem ad diversa loca penarum ductus, quam bona sit confessio, resurgens manifestavit. 5

Tempore scismatis inter Ottonem et Philippum reges Romanorum¹⁾, quando Christo propiciante Livonia fidem recepit, nobilis quidam paganus Caupo nomine illic conversus est²⁾. Qui post baptismum tante fuit devotionis et tam probate conversationis, ut dominus Albertus episcopus illius gentis³⁾, cum sedis sue dignitatem, scilicet pallii, obtinere proponeret, ad sedem apostolicam eundem secum duceret, sperans eius presentiam apud dominum papam Innocentium sibi posse prodesse⁴⁾. Huius servus cum in Livonia infirmaretur graviter et presens esset predictus Caupo, magis de salute anime eius sollicitus quam corporis, hiis verbis egrotum allocutus est dicens: „Amice, dicunt nobis sacerdotes nostri, quod nullus peccatorum sine medicina confessionis salvari possit. Et quia nullus sacerdotum presens est, cui confiteri possis, tu michi peccata tua dicas, et ego ascenso equo ad sacerdotem illa perferam“. Cui rudis ille virtutem confessio- 10
15

7 Chr. procurante 1a. b. — 8 Canpo 1a. b. c (ob richtig?); ebenso unten. — 9 conversionis, unde dom. 2b. — 11 opt. cuperet 1b. — 15 alloquitur dicens: Am. dilecte, dicunt 2a. b. — 16 peccator 1a. — 18 possis, hac vice michi 2a. b. — tu tamen p. tua 1c. — edicas 2a. b. — 19 ad sac. illum proferam 1a; ad sac. illum proficiscar 1b.

¹⁾ Der Thronstreit zwischen Philipp von Schwaben und Otto IV. umfaßt die Jahre 1198—1208.

²⁾ Vgl. Heinrici Chronicon Lyvonie 7, 5. 6 zum Jahre 1203 (MG. SS. XXIII, 247): „Post hec frater Theodericus cum peregrinis, qui per annum illum in Lyvoniam sub cruce sua Deo militaverant, in Theuthoniam abiens, quendam Lyvonem Cauponem nomine, qui quasi rex et senior Lyvonum, de Thoreyda secum assumit et, magna parte Theuthonie perustrata, tandem cum Romam duxit et apostolico exhibet. Quem apostolicus benignissime recipiens deosculatur et de statu gentium circa Lyvoniam existencium multa perquirens, pro conversione gentis Lyvonice Deo plurimum congratulatur. Transactis diebus aliquantis, idem venerabilis papa Innocencius predicto Cauponi dona sua, videlicet centum aureos, porrigit et in Theuthoniam redire volenti magno caritatis affectu valedicens benedicit et bibliothecam beati Gregorii pape manu scriptam episcopo Lyvoniensi per fratrem Theodericum mittit“. Von Caupos Kampf für den christlichen Glauben gegen seine Landsleute und von seinem Heldentode im Jahre 1217 erzählt Heinrich 10, 10. 13; 15, 1—3; 16, 3; 21, 2. 4 (eb. S. 255, 257, 274 f., 282, 297 f.).

³⁾ Der Bremer Domberr Albert, der Gründer von Riga und des Schwertbrüderordens, wurde 1199 (vgl. Hauck, Kirchengeschichte Deutschlands IV³, 973) zum Bischof von Livland geweiht († 1229). Vgl. über ihn z. B. eb. S. 657 ff.

⁴⁾ Innocenz III. hat das Bistum Livland (Riga), das anfangs Bremen unterstand, 1214 für exempt erklärt (Registr. XVI, 182; Migne, Patr. Lat. 216, 966); aber Erzbistum ist Riga erst 1253 geworden. Vgl. Hauck a. a. O. S. 662 ff., 684.

nis ignorans, utpote novus in fide, respondit: „Ego non peccavi“. Timuit etiam occulta suorum peccatorum proprio pandere domino. Cumque dominus instaret et servus se peccasse negaret, adiecit Caupo: „Promittas ergo in manum meam non peccasse“. Et promisit. Qui non
 6 multo post ingravescente morbo spiritum, ut omnibus qui aderant videbatur, exalavit. Cuius corpus cum iaceret exanime, post aliquot horas spiritu revertente cepit oculos aperire et circumsedentes attendere, cunctis stupentibus de facti novitate. Erat et presens predictus Caupo. Cui cum diceret: „Unde venis vel quid est, quod agis?“ respondit: „Ve
 10 michi, quia dixi: ‘non peccavi!’ Modo scio me peccasse, eo quod vexatio dederit michi intellectum“ (*Is. 28,19*). Ad quem Caupo: „Dic, obsecro, quid videris vel quid senseris“. Ad quem ille: „Ductus sum ab angelo Domini ad loca penarum, ‘sive in corpore sive extra corpus nescio, Deus scit’ (*2. Cor. 12, 2,3*). Et ecce! per manum dyaboli in disco oblatis
 15 sunt michi pisces igniti cum pipere bulliente nimis. Dictumque est michi: ‘En isti sunt pisces, quos socio tuo, tali piscatori, subtraxisti et bene piperatos latenter contra pactum comedisti. Manduca ergo illos, quia dignum est, ut pena respondeat culpe’. Quos intuens bene novi, quantitatem, speciem et numerum in eis considerans. Et cum nimis
 20 abhorrerem esum illorum, dixit michi angelus Domini: ‘Dedisti fidem domino tuo te non peccasse, et quia te nunc magis accusant opera quam verba, inevitabile est, quin pisces istos comedere debeas’. Quid plura? Pisces eisdem penales cum maximo cruciatu manducavi, piper totum hauriens. Deinde ductus sum ad locum alium, in quo vidi cacabum supra mensuram fervere, non tamen multo igne supposito. Cumque mirarer, quid hoc portenderet vel quid in cacabo esset, ait angelus:
 25 ‘Potus tibi preparatur’. ‘Qualis’, inquam, ‘potus?’ Respondit: ‘Medo’¹⁾, et adiecit: ‘Dixisti enim sine peccato te esse, medicinam confessionis contempnens’. Et adduxit michi ad memoriam fraudem a me perpetrata:
 30 habebam enim plura apum examina cum quodam vicino meo communia, sed ego miserimus fidem illi non servans ex quibusdam vasculis melle occulte sublato medonem ex eo coxi et bibi. Nam eadem vas-

3 se aliquid pecc. 2a. b. — Campo 1a; Campo 1b; Campo (Caupo 2b): Data fide prom. in manum meam te non pecc. 2a. b. — 4 manu mea 1b. — non post multum temporis coram omn. spiritum exalavit 2a. b. — 5 ingr. infirmitate sp. 1b. — 6 iac. exan. usque ad diem alteram, spir. 2a. b. — post aliquas hor. 1c. — 7 intueri für attendere (cunctis bis novitate fehlt) 2a. b. — 8 stup. defuncti nov. 1c. — 14 in disco fehlt 1a. b. — 15 igniti bis pisces fehlt 1c. 2a. b. (*Augensprung bei pisces*). — 16 et bene bis comedisti fehlt 2b. — 17 biperatos 1a; preparatos 1c. — 19 Sed cum 2a. b. — 21 et quia modo excusant magis op. 2a. b. — 23 cum m. dolore comedi, piper 2a. b. — 25 ferventem maximo igne supp. 2a. b. — 26 pretenderet 1b. c. 2b. — esset, respondit ang. 1a; ait michi ang. 2a. b. — Post cibum fügt nach angelus ein 1b. — 29 Et reduxit 2a. b. — preparatam 2a. b. — 31 vasculis 1a. — 32 occultato subtracto 1a; occulto subl. 1c.

¹⁾ Met, Honigtrank; s. Du Cange unter ‘medo’.

cula, de quibus mel tuleram, cum caldario vidi substantiata eratque ignis nutrimentum. Post modicum demones medonem de caldario haurientes ori meo bullientem infuderunt et compulsus sum epotare totum. Cumque omnia interiora mea illius calore succenderentur, clamaverunt demones: 'Bibe, quod tibi preparasti'. Nam in eodem cacabo et eodem modo, quo michi mulsum idem preparaveram, et michi a demonibus preparatum est; eadem mensura, qua illud biberam cum dulcedine, in penis compulsus sum potare. Quo expleto ductus sum ad tertium locum, in quo plaustrum onustum feno conspexi. Et dixit michi angelus Domini: 'Omne fenum istud in dorso tuo comburetur, eo quod die dominico de agro duxeris illud in domum tuam, sciens a sacerdote prohibitum'. Quantum sustinuerim pene, quando congeries illa feni per manipulos successive super dorsum meum in favillam redacta est, explicare non valeo. Et ait angelus: 'Modo reducam te ad corpus, ut ceteris per te innotescat, quanta peccatis pena debeatur, maxime ubi remedium confessionis contempnitur'.⁶ Hec nobis relata sunt a nobili viro Bernardo, quondam domino Lyppe, tunc abbate in Livonia domo ordinis Cysterciensis et postea episcopo¹⁾, atque ab eius monacho, qui hominem noverunt. Cuius vita ab illo tempore talis exstitit, tam rigida et tam religiosa, ut merito ei credi debeat.¹⁰

Ex hiis, que dicta sunt, patenter ostenditur, quod Deus puniat peccatum post hanc vitam, si ante deletum non fuerit per satisfactionem secundum quantitatem et qualitatem, secundum numerum et secundum modum. Quia predicti hominis gravior erat culpa, pena subsecuta est magna; in qualibus etiam peccavit, in talibus luit. Cui et singula in penis sunt enumerata. In quo etiam peccandi modus servatus est, quia comedens illicite punitus est in comedendo, bibens in bibendo, portans in sustinendo.¹⁵

Hec de medicina confessionis ad presens sufficiant. Nunc de multiplici morbo, quo anime substantia inficitur et infirmatur, aliqua sub exemplis caritati vestre proferenda sunt. Quatuor enim sunt, quibus natura corporis humani maxime corrumpitur: complexionum ine-

1 vidi subtractam 1c; vidi supposita 1b. — erantque 1a. b; erat enim i. n. illorum (eorum 2a). Post 2a. b. — 3 potare 1c. — 8 epotare. Quo completo 2a. b. — 11 de prato dux. i. in horreo tuo, sciens proh. a sac. tuo 2a. b. — 13 succensive 2b. — reducta est 1b. — 15 ubi confessio cont. 2a. b. — 17 (de *fügen* 2a. b. *hinzü*) Lippe 1b. 2a. b. — 18 domus 1b. — (et postea *bis* monacho *fehlt*) qui hom. vidit. Cuius 2a. b. — 21 Ex hiis *bis* 24 modum *fehlt* 2a. b. — 24 gravis e. c., gravis secuta est p., in quibus pecc. 2a. b. — 26 conservatus est 1a. — 29 Hec modo dicta suff. 2a. b; Hec de med. conf. ad pr. dicta suff. 1c. — 31 sub exemplo 1a. — preferenda 1c. — 32 nat. hominis max. 2a. b.

¹⁾ Der Edelherr Bernhard II. zur Lippe, der nach einem kampf-erfüllten Leben der Welt entsagt hatte, war 1211—1218 Abt des Cistercienserklosters Dünamünde, ehe er Bischof von Semgallen (1218—1224) wurde. Vgl. u. a. Scheffer-Boichorst a. a. O. (s. oben S. 17 Anm. 3 und Band I, 159 Anm. 2); Herm. Althof, Das Lippiflorium, Leipzig 1900.

qualitas, corruptus cibus et potus, necnon et aer pestifer. Quanto res corrupens subtilior, tanto periculosior tantoque ad nocendum efficacior. Aer corruptus, sicut frequenter contingit Romae mense Augusto, etiam homines sanos atque fortissimos subito extinguit. Corruptio cibariorum vel potuum signat vitia vel peccata mortalia corporalia, aer autem pestilens vitia vel peccata spiritualia. Vitia corporalia sunt gula et luxuria, spiritualia vero superbia, ira, invidia. Tales sunt pestes, quibus anime natura corrumpitur et inficitur, si morbus ex vitiis contractus in presenti per medicinam confessionis et penitentiae non fuerit sanatus.

10 Quantum ex hoc sequatur incommodum, quibusdam ostendemus exemplis. Superbia, quae angelum corrumpit in celo et hominem in paradiso, quanta pena plectenda sit in inferno, sequenti exemplo facile penditur.

32. De muliere superba, circa cuius corpus serpentes post mortem in sepulchro reperti sunt.

15 In episcopatu Traiectensi¹⁾ mulier quaedam habitabat, non multum dives, sed multum superba. Et quia vitium superbiae in gestibus necnon in vestibus ostenditur, quid huic mulieri post mortem contigerit, sicut testis est Alardus monachus noster²⁾, cui hoc, quod dicturum sum, veraciter innotuit, replicabo. Solita erat vestimenta sua, maxime

20 circa collum et umbilicum, rugare, stringere et quarundam ymaginum varietate decorare. Quae dum defuncta tumularetur, cuidam mulieri eius vicine, a qua ex una parte levabatur in sepulchrum, marsubium quinque continens solidos a manica dependebat, quod per tabulam ligneam, qua claudebatur monumentum, decisum est. Postea bursam

25 quaerens nec inveniens arbitrata est illam in sepulchro cecidisse, et quia paupercula erat, die altera per licentiam sacerdotis sepulchrum latenter aperiens duos ingentes serpentes circa eius corpus complicatos vidit,

1 pestifer. Complexionum inequalitas sicut quae res c. inequalitate complexionum subt., t. pericul. tantumque ad 2a. b. — 3 contigit 1a. c. — Rome tempore A. 1a; Rome in tempore Augusti 1b. — 4 atque sanissimos 1c. — 5 mortalia bis peccata fehlt 1a. b. (*Augensprung bei peccata*). — 6 corp. bis luxuria fehlt 1a. — 8 mit inficitur schließt das Kapitel 2b. — infic., sed morb. 1b. — 10 sequetur 1b. — 12 sequ. relatione fac. 1c. — 15 habitat 1b. — non quidem mult. div. 1a. 2a. — 16 sed valde sup. 2a. b. — sup. tam in g. quam in v. 2a. b. — 17 cont. sicut michi constat veraciter repl. 2a. b. — 18 Abardus 1a. b. — 19 Hec sol. erat vestes suas 1a; Sol. fuit vest. 1b. — 20 coll. et pectus rug. 2a. b. — rigare 1b. — 22 sepulchr. bursa quae habens sol. a latere dep., quae 2a. b. — 24 mon. claud. decisa (descisa 2a) est 2a. b. — 27 duos horribiles serp. circa collum eius et totum corpus 2a. b.

I, 32. Aehnlich im Viaticum narrationum Nr. 53 (vgl. oben S. 8 f.); auch Herbert, Cat. of romances III, 542, 7. 615, 121. 645, 32 (hier in der Nähe von Cambridge).

¹⁾ Utrecht.

²⁾ Dieser wird auch im Dial. mirac. VIII 97. X 55 und 72 erwähnt; vgl. Band I, S. 22.

circa collum unum et circa umbilicum unum. Qua visione territa nimis, tabulam revolvit et fugit, oblita solidorum. Et cognovit tam ipsa quam ceteri, quibus res monstruosa ostensa est et qui feminam superbam noverant, dum adhuc viveret, quod merito in illis partibus, in quibus plus peccaverat, specialius sit punita. Et pulchre per serpentem superbia punita est in corpore mortue mulieris in sepulchro, que cunctorum viventium matrem suggestionem serpentis eiecit de paradiso. Timeo animam huius superbe mulieris serpentibus gehennalibus traditam fuisse eternaliter corrodendam, cuius corpus tam subito serpentibus datum est ad illudendum. In villa, cui nomen est (Gesgere¹⁾), hec que dicta sunt contigerunt.

Quantum Deo superfluum vestimentorum cultus displiceat, exemplum subiunctum manifestat.

33. De femina, cuius vestis linea in condimento aromatico posita et in parascheve extracta tota sanguine infecta reperta est.

Anno presenti²⁾ ante pascha in villa dyocesis Coloniensis, que Herpele vocatur³⁾, sicut testes sunt omnes hodie eiusdem habitatores, contigit, quod dicturus sum. Matrona quedam ex multa cordis superbia vestem fecerat lineam, quam superpellicium vocant⁴⁾, de panno satis delicato. Que cum esset in formatione superflua nimis, plus tamen addidit offensionis. Nam in ligno tereti unguibus subtilissimis rugis totam eiusdem superficiem contraxit, et ne ruge possent dissolvi, immo cum veste perpetuari, manibus collectam zonis firmiter strinxit. Postea faciens condimentum ex speciebus aromaticis contusis et aceto, vestem immersit eidem, quatinus ex eius fragrantia odorem

1 perterrita 2a. b. — 2 Et convenerunt omnes, quibus 2a. b. — 4 adhuc *fehlt* 1a. b. — viv. dicentes quod 2a. b. — 5 Et publice per serp. sup. purgata (pictata 2a) est 2a. b. — 7 deiecit 2a. b. — 8 serp. penalibus 2a. b. — 9 etern. cruciandam 1c. — 10 mit illudendum *schließt das Kapitel* 2a. b. — Gesgere 1a. — 17 Anno domini M^oCC^oXXI^o acta sunt hec in die parasceve in villa 2a. b.; Anno pr. a. pascha *fehlt* 1c. — 18 Herpole 1c. — 20 suppellicium 1a. — 21 form. superba n. 1b. — 22 ligno trito 1b; l. teretri 1a. — 23 contraxerat 2a. b. — 24 firm. vestem str. 2a. b. — 25 aromaticum 2a. b.; aromatibus 1a. c. (*nicht* 1b).

I, 33. Uebernomen in Herbert, Cat. of romances III, 615, 122.

1) Gesgere ist Gescher an der Berkel oberhalb Stadtlohn im westfälischen Kreise Koesfeld (vgl. Fabricius, Erläuterungen V, 1, S. 435 f.), wie Meister richtig erklärt. Der Ort lag zwar im Bistum Münster, aber doch nicht allzu weit von der Grenze des oben genannten Bistums Utrecht.

2) 1225 nach I 16, d. h. 1226 (vgl. unten S. 72) nach dem damals im Kölner Sprengel bis 1238 und im Cistercienserorden üblichen „Annunziationsstil“, dem Jahresanfang zu Mariae Verkündigung, dem 25. März (vgl. Lamprecht, Annalen 38, 1882, S. 111 ff.; Janauschek, Origin. Cisterc. I, S. XV).

3) Erpel am Rhein gegenüber Remagen, im Kreise Neuwied.

4) Zum 'superpellicium' vgl. Du Cange unter dem Worte.

contraheret aromaticum. Post duas ebdomadas in ipsa die parascheve¹⁾, quando fideles in vestium humilitate et nuditate pedum Salvatoris sui nuditatibus solent condolere, peccati vestem illa die et in pascha induere volens extraxit. Et ecce! tota est apparens sanguinea, acsi edi²⁾ sanguine fuisset intincta. Qua visione mulier territa valde fertur vestem eandem ad ecclesiam detulisse sacerdoti, per quem omnibus ostensa est. Quidam testati sunt Christum expansis manibus in cruce se super domum, in qua hec gesta sunt, vidisse, acsi mulieri superbe exprobrare videretur et dicere: „Ego in hac die pro te passus sum et nudatus, et tu tanti beneficii immemor in veste superbissima exprobrare humilitati mee non timuisti. An ignoras scriptum: ‘Vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem et cibus ignis’“ (*Is. 9,5*), quasi diceret: „Cum aliarum feminarum vestimenta mixta sint sanguine, id est opere peccati, tuum totaliter sanguine concretum est, quia non est species luxurie, que in illo non sit“.

Unde valde timendum est feminis, que huiusmodi vestimentis utuntur et in illis delectantur, ne earum corpora, quibus anime vestiuntur, in futuro cum animabus danda sint ‘in combustionem et cibus ignis’ eterni. Et hoc sciendum, quod pestis superbie non solum dominatur in pulchritudine vestium sive edificiorum, sed et in ostensione virium. Ita fit in torneamentis³⁾, in quibus ad conquirendam laudem humanam nec corporibus parcurit nec expensis.

Quantum Deus hunc morbum, si penitentia non fuerit sanatus, in futuro puniat, subiuncta relatio declarat.

34. De militibus mortuis vel occisis, qui iuxta Traiectum torneamenta exercere visi sunt, et de peste avaritie.

Cum quidam homines cum carruca transitum facerent iuxta Mosam strata publica intra Traiectum et Peters-

1) contr. aromatum *1b. c.* — 2 parasceves *1b*; par. que est ante pascha quando Christi fid. *2a. b.* — 5 mul. nimis terr. statim vest. eand. sac. tulit ad eccl., per quem omn. ost. est. Omnes (fideles *fügt 2a hinzu*), qui vestem illam viderunt, intime fleverunt. Quidam ex eis test. sunt *2a. b.* — 9 exprimere vellet et dic. *2a. b.* — 11 exprobrari *1b.* — 12 combustionem *1b.* — 14 pecc., vestimentum tuum *1b.* — sang. intinctum est *1b*; sang. madet, quia non superbie sed spiritus luxurie tunc cognoscitur in illo (in illo *fehlt 2b*) *schließt das Kapitel 2a. b.* — 16 vestibus ut. (et in illis *bis* vestiuntur *fehlt*) *1a.* — 18 cum an. dampnatis sint *1b.* — 19 sciendum est quod *1c.* — 21 tornamentis *1c.* — 28 cum curru *2b.* — 29 inter Tr. *2a*; iuxta Tr. *1c.*

¹⁾ Karfreitag war 1226 am 17. April.

²⁾ D. i. ‘haedi’.

³⁾ Gegen die Turniere vgl. auch das nächste Kapitel sowie Band I, 128 f. Nr. 161 und Dial. mirac. II 12. VII 38. X 11. XI 19. XII 15–17; Etienne de Bourbon Nr. 272; Thomas Cantiprat., De apibus II 49 § 4–6.

h e i m ¹⁾), viderunt sibi occurrere in equo nigerrimo sub nimia velocitate cursitantem et voce valida clamantem: „Expectate paululum et videbitis torneamentum maximum, quod iam fiet in loco isto“. Et ecce! mox vident contra se castrum magnum, quod nunquam ante viderant. De quo eis intuentibus et de castri novitate, utpote indigenis, plurimum mirantibus, egressus est cum turba et strepitu valido Lodewicus Losensis comes cum Henrico et Arnoldo fratribus suis ²⁾ cum signis militaribus, qui ante paucos annos fuerant defuncti. Quos sequebantur Theodericus Heiger ³⁾ et Henricus de Limbach ⁴⁾ milites famosi et in militia dyaboli satis famosi vel nominati, qui circa idem tempus, quo iam dicti comites mortui sunt, in torneamenti occubuerant. Hii cum innumerabili multitudine per signa et clamores notos exercebant opera militie, se invicem gladiis vel fustibus feriendo, ita ut alii ab adversa parte fugarentur, insequerentur, capebantur et econtra. Quorum clamoribus homines circumcirca ¹⁵

1 Petirsheim *1a*; Petershem *2a. b*; Petrisheim *1b*; Petraheym *1c*. — vid. virum sibi unum occ. *2a. b*. — sub intima veloc. *1c*; in tanta veloc. *2a. b*. — 2 cursantem *1a*; cursorem *1b*. — 3 torneamentum *1c*. — 4 vid. quasi castr. maximum *1b*. — 6 mir., de quo egressi sunt vexillarii honestis vexillis et novis micantibus. Postea vero cum strepitu magno egressus est de castro Lod. *2a. b*. — turba magna et str. *1a*. — Ludwicus *1a*; Lodovicus *1b*. — 7 comes Los. et alii quam plures cum signis in armis mil. *2a. b*. — 9 sequebatur *1a. c*. — plures für Theod. bis Limbach *2a. b*. — Heiger *1b*; Hoyger *1c*. — Henricus *1a*; Hinricus *1c*. — Limborch *1b*. — 10 mil. fortissimi in mil. (malicia *2a*) *2a. b*. — 11 comites fehlt *2a. b*. — 12 occubuerunt *2a. b*. — tum in mirabili mult. *2b*; cum mirabili mult. *1a*. — mult. personarum per *1c*. — 13 et cl. iocos *1b*. — 14 cap. et e converso (et eiusmodi *2b*) *2a. b*. — 15 iacentes für man. *2b*.

¹⁾ Es ist die Römerstraße auf der linken Maasseite, die unterhalb von Maastricht bald nach Ueberschreitung der heutigen Grenze bei Petersheim als erstem Ort im belgischen Limburg (nahe Lanaeken) vorbeizieht.

²⁾ Auf Graf Ludwig II. von Looz (westlich von Maastricht) und Rheineck (1195—1218), der seit 1204 durch seine Ansprüche auf Holland eine größere politische Rolle spielte, folgte sein Bruder Arnold IV. (1218—1221); von den anderen Brüdern war Heinrich Propst von St. Servatius in Maastricht, wurde aber 1214 Ritter, heiratete und starb als Graf von Duras (westlich von St. Trond, ebenfalls im belgischen Limburg) 1218 fast um dieselbe Zeit wie Ludwig (vgl. u. a. Reiner und Alberich, SS. XVI, 671 f., 676 f., XXIII, 943; C. Hegel, Die Grafen von Rieneck und Looz als Burggrafen von Mainz, Forschungen zur Deutschen Geschichte XIX, 1879, S. 583 ff.; Walther Möller, Stamm-Tafeln Westdeutscher Adels-Geschlechter II, Darmstadt 1933, Tafel 48). J. Daris, Histoire de la bonne ville, de l'église et des comtes de Looz I. II, Lüttich 1864/65, konnte ich nicht einsehen.

³⁾ Vielleicht hieß er nach Ort Haiger westlich von Dillenburg (Nassau), nach dem sich ein Rittergeschlecht nannte.

⁴⁾ Es gibt mehrere Orte Limbach und danach benannte Geschlechter. So findet sich unter den Zeugen einer Urkunde des Grafen Heinrich von Zweibrücken um 1223 ein Ritter 'Fridericus de Limpach' (Mittelrheinisches Urkundenbuch III, 171 Nr. 204).

excitati usque ad quadringentos ex utraque parte confluxere. Qui omnes torneamentum idem viderunt et usque hodie testes sunt. Omnes enim, qui ibidem visi sunt, iam vita decesserant, eo quod vivorum de ordine militantium, quos noverant, nullus ibidem apparuit¹⁾. Contigit autem

visio hec horribilis anno Domini M^oCC^oXXIII^o. Quorum corpora sic ludificari visa sunt in hoc mundo a demonibus, satis timendum est eorum animas non mediocriter tormentari in torneamentis gehennalibus. Non tamen credo ibidem eorum vera fuisse corpora, iam ex parte incinerata, sed fantastica. Sed hec de peste superbie ad presens dicta sint.

Porro de peste superbie frequenter nascitur morbus avaritiae. Unde hodie tot fures, tot predones et tot usurarii, nisi ut per divitias gloriose vivant et per illas humanas laudes sibi conquirant? Multi hiis temporibus non solum honestorum militum, sed, quod turpius est, nobilium terre usuras recipiunt et subiectos sibi duris exactationibus excoriant, ut habundantius habeant, quod tam ipsi quam filii eorum in equis, vestibibus et torneamentis expendant. Similis est superbia locuste, que in oleribus nutritur et in eis salit et, postquam illa depasta fuerit, marcescit et perit. Scio quosdam milites bene natos et in militia quandoque valde nominatos, qui, quia propter laudem in torneamentis comparandam sua consumpserunt, nunc mendicant et ab omnibus despicuntur. Unde exercitium illud militare, quod fit ad ostensionem virum et laudis humane, in quo corpora debilitantur et res delapidantur, valde Deo est contrarium. Sicut et 'initium omnis peccati superbia' (*Eccli. 10, 15*), ita 'radix omnium malorum' (*1. Tim. 6, 10*) avaritia; ipsa est teste apostolo 'ydolorum servitus' (*Ephes. 5, 5*). Et ecce exemplum!

35. De Henrico, qui dyabolo hominum suum obtulit pecuniarum causa.

In Colonia civitate civem quendam novi Henricum nomine, cognomine Golstein²⁾. Hic cum esset de alto sanguine eiusdem

1) ex utroque sexu confl. 1c. — refluxere 1b. — 2 hodie quidam testantur sic esse. Omnes 2a. b. — 3 decesserant 2a. b. — viv. de ord. vivorum 1c. — 5 horifica 1a. b. — M^oCC^oXXXI^o 2a. b. — 7 in tormentis 2a. — 9 Et (hac *getilgt*) de p. (superbie *bis* 10 peste *fehlt*) 1b. — ad pr. dictum sufficiant, sed que sequuntur de peste avaricie sunt *schließt das Kapitel* 2a. b. — 11 usur. fiunt nisi 1b. — 19 qui pr. nimios sumptos et l. humanam in torneamentis mendicasse et omnibus amicis suis valde despectos. Unde 1c. — in torn. conquirendam 1b. — 21 ostentationem 1c. — 22 delapidantur 1c. — 25 Paulo *für* apost. 1b. — 26 hominum *nur* 1d; homagium 1c; omne *für* hom. 1a; diabolo optulit omnium pecun. suarum causam 1b; diab. bona sua optulit pecunia 2(a). b. — 28 Henricum 1a; Hinricum 1c. — 29 Golsten 1c. 2a. b; Goelstein 1a. b.

1) Ueber Kämpfe der Geister vgl. Dial. mirac. XII 16. 17 und A. Kaufmann, Annalen LIII (1891), 211 Anm. 2.

2) Heinrich Golstein, seine Gattin Volswindis und sein Haus ('domus', 'area') in Köln am Buttermarkt begegnen in den Schreinskarten von St. Brigida zwischen 1197 und 1215. Vgl. R. Hoeniger, Kölns Schreinsurkunden des 12. Jahrhunderts I (1884/88), S. 310 (Nr. 1. 2), 318 (Nr. 6), 323 (Nr. 7), 324 (Nr. 12); danach H. Keussen, Topographie der Stadt Köln im Mittelalter I (1910), S. 115.

civitatibus, vir dives et honoratus, et *) tam in epulis quam in vestimentis, eo quod superbus esset, plus expenderet quam eius redditus sufficerent**), mendicitatis confusionem incurrere timens, hereditatem suam vendidit et pecuniam ex illa collectam ad usuram dedit. Nec tamen misero profuit, quia, cum personis potentibus illam accommodasset, illis pecuniam ex industria illi retinentibus***), ad tantam devenit paupertatem, ut ante mortem suam publice mendicaret †).

Quam instabilis sit pecunia de usuris conquisita et quantum illam Deus detestetur, hoc, quod sequitur, exemplo demonstrabitur.

36. De duce Polonie, cuius acervi segetum ob im-
 misericordiam, quam circa populum suum ex-
 hibuit, fulminati sunt.

In Polonia dux quidam¹⁾ est, homo malus et immisericors et

*) Für et tam fügen 2a. b ein: nihil honoris Deo exhibuit, sed diabolo domino suo honorem prebuit eumque per nigromanciam vocavit et bonum quod fecerat ad honorem suum ei sacrificavit pecuniarum causa. Qui pollicitus est ei pecuniam se daturum²⁾. Omnipotens Deus potencie sue non immemor omnia, que diabolus ei augmentaverat, Deus annihilavit. Predictus vero.

***) confidenciam habens in diabolo domino (domino fehlt 2b) suo. Hic post paucos dies fügen 2a. b ein.

†) 2a. b schließen: Et quia notus erat omnibus, in hospitale sancti Martini³⁾ receptus paralyticus in lecto quinque annos (annis 2b) iacuit.

Penitentia ductus, de consilio fratrum Predicatorum⁴⁾ que male egerat confitebatur in publico, statimque ut confessus [est], horrendum visum est ibi: demones duo (duo fehlt 2b) advenerunt corpusque suum virgis laceraverunt, ut nulla sanitas a planta (planctu 2b) pedis usque ad verticem in eo reperiretur. Qui sic iacens tribus diebus expiravit.

1 epulis et in vestibus laute vixit, eo quod sup. 2a. b. — 2 plus expendere voluit quam e. r. suff. 2a. b. — 3 mendicitatis (oerbess. aus mendicitas) conf. 2b; mend. causam 1a. b. — 6 ad tantam dev. inopiam et paup. 1c. — 8 de usurariis 1a. — 13 qu. erat 2a. b. — homo miser et 1c.

1) Verschieden von dem II, 9 (S. 84) genannten Herzog Heinrich, wie Caesarius hervorhebt. Wen er hier meint, ist nicht ersichtlich.

2) In den Handschriften 2a. b ist die Erzählung im Sinne der Ueberschrift erweitert, wohl mit freier Verwendung einer der Sonntagshomilien (Band I, 118 Nr. 137). Oder sollte hier der Text 2 wider sonstige Erfahrung Ursprüngliches bewahrt haben?

3) Ueber das seit 1142 nachweisbare Hospital St. Martin am Alten Markt ('bei St. Brigiden') vgl. Keussen a. a. O. I, S. 39* f., 155* und 102, sowie die nur in kurzem Auszug gedruckte, handschriftlich auf der Bonner Universitätsbibliothek hinterlegte Bonner Dissertation von Franz Heinrich Mies, Die Kölner Hospitäler, 1921.

4) Die Dominikaner kamen etwa 1220 nach Köln. Vgl. oben Band I, 136 Nr. 183 (4 Jahre vor 1225) und dazu J. Greven, Engelbert der Heilige und die Bettelorden (Bonner Zeitschrift für Theologie und Seelsorge II, 1925, S. 36 Anm. 12); frühere Ansätze u. a. bei Knipping, Regesten III, Nr. 342 und Hans Foerster, Engelbert von Berg der Heilige, Elberfeld 1925, S. 78 Anm. 29; vgl. auch Keussen a. a. O. II, 156 f.

supra modum avarus; ex avaritia enim immisericordia nascitur. Hic cum haberet annone acervos plurimos ac vetustissimos ad instar montium exaltatos, tempore quodam famis homines potestatis eius ad dispensatorem eius venientes petiverunt sibi duos acervos accommodari, promittentes, quod de nova annona post messem eque magnos repone-
 5 rent. Et annuit dux. Provinciales, acervos inter se dividentes, statim collectis frugibus de melioribus eiusdem quantitatis acervos preparaverunt. Quod cum a dispensatore duci nuntiatum fuisset, ait ille: „Et ubi est acervus tertius?“ Respondente illo: „Domine, hoc eis non pre-
 10 cepi nec vos iussistis“, subiunxit dux: „Nisi acervus tertius appositus fuerit, exoculaberis“. Quod ille audiens et timens cum multa tristitia populum convocavit et satis se excusans, quid preceperit dux, omnibus intimavit. Ad quod verbum consternati valde de residuo annone sue, unde vivere habebant, tertium erexerunt acervum. Ut autem Dominus
 15 ostenderet, quantum sit detestanda ‘omnium malorum radix’ (1. Tim. 6,10) avaritia, eundem acervum in oculis multorum fulminavit et in favillas rededit, et ne casu actum videretur in eius conflagratione, maximum ostendit miraculum, quia, cum fruges cum stipulis consumerentur, ligna collateralia, quibus acervus sustentabatur, similiter et tectum stramineum, quo operiebatur, cum tamen frugibus esset contiguum,
 20 non sunt consumpta. Quod cum nuntiatum fuisset duci, non est de tam manifesta Dei vindicta compunctus, sed respondit induratus: „Licet hec facta sint, non tamen propter hoc necesse est, ut non comedamus“. Monachus quidam cum converso suo ordinis Cysterciensis ad
 25 nos anno preterito¹⁾ venientes, que dicta sunt, recitaverunt, ea contigisse recenter affirmantes.

Quia avaritia est ‘radix omnium malorum’ (1. Tim. 6,10), ex se gignit, ut dictum est, usuram, dolum, periuria, furta et homicidia. De

1 avarus, miser in omnibus, ex 2a. b. — en. nasc. iniuria. Hic 2b; tinea nasc. 1c. — 2 ad modum mont. 1a. — 3 fame 2a; fatui 2b. — pot. sue ad 2a. b; possessionis eius 1b. — 7 de maioribus et mel. 2a. b. — 8 disp. domino nunciat. 1b. — 9 Respondente bis dux fehlt 1b. — 10 nec ipsi promiserunt, subi. 2a. b. — dux: Vade, nisi 2a. b. — 11 deexoculaberis 1a. — cum maxima trist. 2a. b. — 12 preciperet 1c. — 13 verbum contristati v. 1c; const. et (fehlt 2b) tristes v. 2a. b. — 14 unde viv. per annum speraverant, terc. 2a. b. — 15 (radix fehlt) superbia et av. 2a. b. — 16 in oc. omnium fulmine consumpsit 2a. b. — 17 ne causa incendii actum 2a. b. — conflagratione 1b. — max. contigit mir. 1c. — 18 mirac. dominus deus, quia 2a. b. — 20 stramenti, cum quo op. 2a. b. — contig., per gratiam dei non sunt 2a. b. — 21 cum relatum f. d., quid factum fuerat 2a; cum bis manifesta fehlt 2b. — 23 nec. erit ut 1b. 2a. b. — ut omittamus 1b; non fehlt 1a. — 24 Mon. qu. de ordine nostro, cui bene credendum fuit, hec michi retulit, quia noviter acta erant ibi, quando de Polonia recessit schließen das Kapitel 2a. b. — 28 periurium 1b.

¹⁾ 1224 oder 1225; vgl. oben S. 60 Anm. 2. In den Jahren 1224—1226, vor allem 1225, herrschte in großen Teilen Europas Hungersnot; vgl. Fr. Curschmann, Hungersnöte im Mittelalter (Leipziger Studien aus dem Gebiet der Geschichte VI, 1), 1900, S. 169 ff.

dolo, qui multum versatur in mensuris falsis, unum referam exemplum, quod a quodam abbate relatam est michi.

37. De viatore, qui tabernario ostendit, quod ob iniustas mensuras depauperatus est.

Homo quidam religiosus de ordine viatorum¹⁾, cum in tabernam 5
declinans vini mensuram compararet illamque in cypho suo, quem
semper penes se habebat, reciperet, deprehendit sibi dolose fuisse men-
suratum. Qui mox accersiens dominum taberne, dixit ad illum: „Dives
es an pauper?“ Cui ille responderet: „Non multum habundo, quia,
licet in negotiatione vini multum laborem, modico tamen lucro“, sub- 10
iunxit homo Dei: „Nec mirum: veni, ostendam tibi, quali herede lucra
tua consumantur“. Iussitque fodi sub ducibulo²⁾, et fecit sic. Cumque
altitudinem pedis unius terra fuisset reiecta, apparuit bufo maximus,
qui ore hyans stillas clepsedre³⁾ recipiebat. „Ecce!“ inquit, „dyabolus,
auctor doli, per vermem hunc immundissimum labores tuos consumit 15
et, ne proficere possis, inpedit. Si volueris ditari, Deum time, avari-
tiam fuge, mensura tibi iusta sit, et benedicet tibi Dominus“. Quod
et factum est.

Avaritia facit, quod homo incurrat periurium sive falsum proferat
testimonium.

20

2 ab uno abb. 1b. — delatum 1a. — 5 ord. Predicatorum, dum 1b.
— 8 mox honestate morum dom. tabernatorem taberne acc. (accedens
2a) 2a. b. — 9 hab., multo plus habeo laboris quam lucri, a iuventute
mea labores maximos in neg. vini et aliorum (et aliarum rerum 2a)
sustinui et de die in diem maior miseria paupertatis me stringit, subi.
2a. b. — 10 laboro, non tamen multum lucr. 1b; laborem, mod. t. lucrum
habeo 1c. — 11 ost., quis lucrum tuum et laborem (tuum *fügt 2a hinzu*)
consumat 2a. b. — 12 consumuntur 1a. — sub ducillo 2a. — 13 illius
für unius 1a. b. — eiecta 1b. 2a. b. — b. magnus (horribilis supra modum
fügen 2a. b hinzu) 1a. 2a. b. — 14 inquit homo dei, dyab. auctor doli
inventor sceleris (sterilis 2b) per 2a. b. — 15 consumpsit et consumit. Si
vol. 2a. b. — 17 fuge et mens. tua i. 1c. — tibi dominus in omnibus.
Et iussit cooperire vermem et altera die fodere (effodere 2a) et apparuit
mortuus. Ille homo secundum consilium hominis dei fecit et ditatus
est et omnia prospera ei successerunt *schließt das Kapitel 2a. b.* — 19 in-
currit 1c.

¹⁾ Umherwandernde Laienbrüder, die an die 'gyrovagi' der Regula S. Benedicti c. 1 erinnern; vgl. Dial. mirac. VIII, 87 (mit dem gleichen Kapitelanfang). 96. X, 36 sowie Band I, 116 Nr. 132. Erzbischof Engelbert verbot auf einer Diözesansynode, sie gastlich aufzunehmen (Dial. mirac. VI, 20).

²⁾ = 'ducillus', Hahn am Faß (s. Du Cange).

³⁾ Du Cange gibt die mittelalterlichen Erklärungen wieder: 'clepsedra, ducillus qui obdit foramen dolii, quia per illum quis furatur liquorem, etc. Item clepsidra dicitur quoddam instrumentum quod immititur in dolium superius per foramen causa furandi vinum'. Gegen die Verwendung von falschem Weinmaß vgl. auch Band I, 144, Nr. 199.

38. De cive Aquensi, qui, dum periurare vellet, obmutuit.

- Vix annus expletus est ¹⁾, quod civis quidam Aquensis ²⁾, dum suo concivi pecuniam sibi prestitam negaret et ³⁾ compelleretur ad iuramentum, magis eligens periurare quam pecuniam reddere, dum genu flecteret et digitos sanctis supponeret, obmutuit. Qui surgens loquelam recepit. Rursumque iurare volens loqui non potuit. Et innotuit omnibus, quod reus esset, et valde confusus est. — Hec michi nuper relata sunt a quodam sacerdote civitatis eiusdem ^{**)}.
- 10 Morbus avaritiae etiam personas honestas sic corrumpit, ut ad latrocinia furtaque laxentur.

39. De sacrista, quem propter furtum gemmate crucis ferrum vomeris frigidum exussit.

- 15 Temporibus nostris in Flandria civitate quadam, cuius nomen excidit, in conventuali ecclesia clericorum lignum Dominicum auro gemmisque inclusum a custode ecclesie furto subtractum est et in terra sepultum. Cumque illam concupiscens rapuisset nec tamen consumere posset, abscondit illud. Decanus vero et fratres, cum de cruce subtracta plurimum dolerent nec tamen reum scirent, iuveni cuidam modicum ²⁰ habenti et honeste viventi, sola ducti suspicione, crimen furti eiusdem inpingebant. Cumque ille negaret nec crederent, adiudicatus est sen-

8 Accidit in civitate Aquensi, quod civis qu. suo conc. pr. pec. neg. 2a. b. — cum suo 1c. — 5 redd. Contigit, (ut *jügt 2a hinzu*) dum g. fl. et d. poneret super (supra 2b) reliquias, obm. 2a. b. — 7 Rursusque flexus iur. vol. obmutuit. Et 2a. b. — 8 reus esset, cum maxima confusione recessit, reddens illi pecuniam. Hec 2a. b. — Hoc m. n. relatatum est 1b; nuper *fehlt 2a. b.* — 10 Morbus *bis* laxentur *fehlt 2a. b.* — 14 cuius n. exc. *fehlt 2a. b.* — 15 lign. domini 1a; lign. crucis dom. 2a. b. — 17 Cumque *bis* illud *fehlt 1b.* — 18 cum plus de cr. querebant et maxime dol. 1a. — 20 susp. et a custode docti crimen abiciunt, qui subtraxit crucem furtive, omneque crimen furti eidem iuveni inpingebant 2a. b. — 21 imponebant 1b. — nec sibi (ei 2a) crederetur 2a. b.

*) Für et compell. ad iuram. haben 2a. b.: quam ei concesserat sub testimonio ymaginis beati Nicolai ³⁾ data fide, quod predictam pecuniam ei persolveret tempore et loco. Ille vero pecuniam negavit, dum reddere debuit.

***) cuius parrochianus ille fuerat *fügen 2a. b hinzu*.

¹⁾ Das Ereignis geschah also 1224 oder 1225; s. oben S. 60 Anm. 2.

²⁾ Aus Aachen.

³⁾ Gemeint ist das noch heute vorhandene byzantinische Mosaikbild im Kloster Burtscheid bei Aachen, von dem Caesarius im Dial. mirac. VIII, 76 berichtet. Vgl. dazu K. Faymonville, Die Kunstdenkmäler der Rheinprovinz X (Stadt Aachen), 2, 1922, S. 259 ff.; E. Beitz, Caesarius von Heisterbach und die bildende Kunst, Augsburg 1926, S. 44 f., 81 f., 115; K. Meisen, Nikolauskult und Nikolausbrauch im Abendlande (Forschungen zur Volkskunde, her. von G. Schreiber 9—12), Düsseldorf 1931, S. 37, 82 f., 258, 266.

tentie ferri candentis. Et cum non haberetur ferrum conveniens, vomer de aratro decani sublatus est, ignitus et benedictus iuvenique ad portandum porrectus. Ille *) de bona conscientia presumens, ferrum intrepidus levavit et supra spatium definitum illud portans iuxta sepem in ortum ¹⁾ decani iactavit **). Tempore uno cum ferrum a decano requireretur, supradictus custos, decani commensalis, respondit: „Bene recorder iuvenem vomerem in talem locum proiecis; vadam et queram“. Cumque invenisset et levasset, decano presente, mirabili Dei virtute sic exustus est, ut cum clamore valido vomerem iactaret. Et notum factum est omnibus, quod ipse crucem rapuisset. Qui cum negare non posset, omni honore simul ***) et stipendio privatus, de ecclesia illa eliminatus est. Hec dicta sufficienter de peste avaritie.

Porro accidie morbus ²⁾ satis periculosus est, animam plurimum corrumpens et penis eternis, si per penitentiam non fuerit sanatus, cruciandam adducens. De hoc veracissimum proferemus exemplum, a domino Conrado Portuensi episcopo ³⁾ abbati nostro relatum.

40. De monacho Clarevallis accidioso, qui reviviscens dixit quadraginta annis idem peccatum in purgatorio se luere debere.

Cum abbas esset in Claravalle ⁴⁾, habebat monachum in horis divinis aliisque operibus spiritualibus accidiosum valde. Hic cum infirmus ad extrema devenisset et in matta positus, dicta letania, mortuus estimaretur, propter modicum ruboris, qui ad instar filii coccinei in

*) vero celum aspexit, lacrimando Deum rogavit, ut innocenciam suam, quia potens esset et 'iustus iudex' (2. Tim. 4, 8), adjuvaret. Qui surgens fügen 2a. b ein.

**) et iustus apparuit. Quod plurimi videntes laudes Deo referebant fügen 2a. b hinzu.

***) Für simul bis eliminatus est haben 2a. b: degradatus est et stipendio (stipendiis 2b) privatus, iudici seculari presentatus, in patibulo suspensus. Iuveni vero omnia illius beneficia collata sunt.

2 allatus est 2a. b. — bened., predicto iuveni pro innocencia ad port. porr. 2a. b. — 3 de bona consc. intrep. ferr. lev. et ad locum destinatum portans 2a. b. — 5 dec. proiecit 1c. — Temp. quodam cum 1a; Post multum vero temporis cum 2a. b. — inquiretur 1b. — 9 ut vom. a se cum cl. val. iact. Et per graciam dei notum sic est omn. 2a. b. — 11 pr. ab eccl. 1a. — 12 de avaricia suff. 1c; suff. de p. av., sed duo sequencia miracula sunt de accidia schließt das Kapitel 2a. b. — 15 adicens 1b. — 16 Cûnrado 1a; Coenrado 1b. — abb. n. fehlt 1b. — 22 agonia für matta 1c.

I, 40. Aehnlich Ward, Cat. of romances II 659, 22. 666, 6.

1) D. i. 'hortum'.

2) Ueber die bei Mönchen oft getadelte Untugend der ἀκρίθεια vgl. z. B. Band I, 160 (Nr. 235), 176 (Nr. 280).

3) Ueber Kardinalbischof Konrad von Porto vgl. oben S. 21 Anm. 1.

4) Konrad von Urach war 1214—1217 Abt von Clairvaux; vgl. Roth von Schreckenstein, Forschungen zur Deutschen Geschichte VII (1867), 329 ff., 368 f.

maxilla eius apparuit, non est deportatus. Et post horam incipiens loqui circumstantibus ait: „Cum propter accidiam penis eternis deputatus essem, mater misericordie michi assistens ait ad Dominum: ‘Parce, dulcissime fili, parce, quia, licet alias acidiosus esset, tamen in horis meis decantandis aliquantulum fervebat’. Cui cum Dominus ex iustitia contradiceret et illa ex misericordia instaret, tandem sic determinatum est: ‘Mater’, inquit, ‘cum ex merito debeat dampnari neque ex iustitia possit salvari, propter te ad corpus redeat et culpam confiteatur sicque mox revertatur. Attamen scire debet, quod quadraginta annis in purgatorio reatus huius penam exsolvet’“. Qui mox ad corpus reversus, mirantibus universis, loqui cepit et accidie malum confiteri, que dicta sunt omnibus exponens. „Et ut sciatis“, inquit, „vera esse que retuli, en morior iterum“. Sicque cunctis videntibus efflavit spiritum, contra vitium accidie fratribus exemplum non inutile relinquens.

15 41. De converso, cuius animam ob idem vitium demones extorquere visi sunt.

Audivimus nuper a domino Alberone, venerabili abbate de Waltsassin¹⁾, de morbo accidie aliud exemplum terribile satis.

2 pr. vicium accidie 2b. — 4 parce quamvis hic acc. 2a. b. — 6 et ipsa ex 1b. — tandem sibi det. est sic 2a. b. — 7 Merito inquit 2a. — ex *fehlt vor merito 1c.* — 8 iust. debeat salv. 1a. b. — 11 rev. cunctis mir. 1. 1a. — acc. peccatum conf., que dixi omn. 2a. b. — 13 cunctis intuentibus emisit spir. *schließt das Kapitel 2a. b.* — 18 Audivi a d. (Alb. ven. *fehlt*) abbate 2a. b. — Alberno 1a. — 18 Waltsassen 1a; (de *fehlt*) Waltsassen 1b; Waltsasym 1c.

I, 41. Uebernommen ins Viaticum narrationum Nr. 6 (s. oben S. 8 f.).

1) Kloster Trebnitz im Norden von Breslau, das 1202 mit Benediktinerinnen aus Bamberg besetzt wurde, hat sich erst gegen 1216 dem Cistercienserorden angeschlossen; vgl. Wilh. Schulte, Kleine Schriften I (Darstellungen und Quellen zur schlesischen Geschichte 23), 1913, S. 154—159. Es war anfangs nur dem Apostel Bartholomäus geweiht, anscheinend, weil Herzog Heinrichs Mutter Adelheid am 25. August, dem Tage nach dem Fest des Apostels (24. August), gestorben war; erst bei der Aufnahme in den Cistercienserorden ist Maria als Klosterpatronin vor diesen getreten, so bereits bei der Einweihung der Klosterkirche am 25. August 1219 (s. Wilh. Schulte in dem S. 84 Anm. 2 genannten Aufsätze).

2) Gertrud, Braut des Pfalzgrafen Otto von Wittelsbach, des Königsmörders († 1209), dann Nonne und (1232?) Aebtissin von Trebnitz, gestorben frühestens 1268. Vgl. H. Grotefend, Zur Genealogie und Geschichte der Breslauer Piasten (Abhandlungen der Schlesischen Gesellschaft für vaterländische Kultur, Philos.-hist. Abteil. 1872/73, S. 69); K. Wutke, Stamm- und Uebersichtstafeln der Schlesischen Fürsten, Breslau 1911, Tafel II.

3) Es handelt sich vielleicht um die 'campana Cantabona vocata', die Bischof Azelin (1044—1054) schenkte (Chronicon Hildesheimense c. 16, SS. VII, 853) und die Neujahr 1590 sprang; vgl. A. Zeller, Die Kunstdenkmäler der Provinz Hannover II, 4, 1 (1911), S. 67 f.

propter honorem matris, in cuius honore ecclesia illa dedicata est¹⁾, tum propter zelum conservande virginitatis angelum suum misit, qui puellam sine omni lesione per aeris vacuitatem usque ad terram deposuit. Turris eadem tante altitudinis est, ut omnino sit impossibile hominem de dicta fenestra cadentem vivere posse. Huius miraculi testis est frater Sibodo monachus noster, quondam pastor in Vileke²⁾, senior, ut nostis, magne gravitatis, qui dicit illud contigisse circa tempora illa, quibus in civitate illa studuit³⁾.

Hec de beata virgine Maria dicta sint; nam plurima exempla in laude eius scripta me recolo scripsisse in libris Dyalogorum distinctione septima. Aliquando ipse Dei Filius homo Christus Ihesus, ut affectum nostrum circa ipsum probet, presentiam suam diversis modis nobis ostendere dignatur.

11. De femina Laudunensis dyocesis, que Christo viso infantem cadere sinebat in ignem.

Retulit michi anno preterito⁴⁾ quidam ex fratribus Carthusiensibus, sacerdos admodum religiosus, Nicolaus nomine, rem memoria dignam. Dicebat in dyocesi Laudunensi⁵⁾ feminam valde esse devotam ac religiosam et divinis revelationibus assuefactam. Hec cum die quadam ad prunas sederet et in sinu infantulum proprium more nutricis in gremio foveret, Salvator ex latere stans in forma

1 ded. fuerat 2a. b; edificata est 1c; est fabricata et ded. 1b. — 2 virg. servande 1b. — qui virginem sine 1b. 2a. b. — 3 per aera ad terram (terras 2b) 2a. b. — 4 Turris autem eadem 1c; T. illa 2a. b. — 5 de predicta fen. 1c. — posse viv. (supervivere 2a). Audivi enim (eciam 2a) a multis, qui tunc temporis ibi (ibidem 2a) studuerunt et qui viderunt virginem, vera esse que dixi *schließt das Kapitel in 2a. b.* — 6 Sybodo 1c; Sigbodus 1a. — Vileka 1a. — 8 civ. predicta stud. 1b. — mit studuit *schließt das Kapitel in 1c.* — 9 de eius laude me scripsisse memini 1b. — 10 in libro 1a. — 16 anno pr. *fehlt 1c. 2a. b.* — ex fr. C. *fehlt 2b, in 2a am Rande nachgetragen.* — 17 sac. bone vite (Nic. *bis dignam fehlt*) et dicebat fem. esse in dioc. Laud. devot. satis et divinis 2a. b. — Nycolaus 1c; Nicholaus 1b. — 20 propr. infant. calefaciebat. Salvator 2a. b. — 21 Salv. in lat. 1b.

II, 11. Die Erzählung findet sich bereits in den Sonntagshomilien; s. Band I, 130 Nr. 164.

¹⁾ Der Hildesheimer Dom ist in der Tat der Jungfrau Maria geweiht.

²⁾ Vgl. oben I, 30 (S. 55), wo Sibodo im Anschluß an die ausgeschriebene Homilie noch als Novize bezeichnet wird.

³⁾ Ueber die Hildesheimer Domschule und andere Stiftsschulen um 1200 vgl. Wattenbach, Deutschlands Geschichtsquellen II⁶ (1894), 344, 360; Hauck, Kirchengeschichte Deutschlands IV³, 475; Ad. Bertram, Geschichte des Bisthums Hildesheim I (1899), 233 f., 251 f.

⁴⁾ 1225. Die Homilie hat dafür: 'sicut nuper audiui a quodam sacerdote ordinis Carthusiensis nomine Nicolao'.

⁵⁾ Homilie: 'Femina valde religiosa et Deum timens habitat in villa Vervino diocesis Laudunensis, Heilwigis nomine'.

humana illi apparere dignatus est. Quem ut vidit et agnovit, ex nimia fervoris dilectione infantis oblita cum impetu surrexit et ad ipsum currere cepit. Cui Dominus mox visibilem presentiam subtrahens disparuit. Tunc illa ad infantem reversa in medio prunarum, quo eum surgens precipitaverat, iacentem reperiens expavit supra modum. Quem semiestum putans cum clamoribus extraxit. Et ecce! nullum signum ardoris in eo apparuit. Nam caritas matris filio temperaverat ardorem ignis.

Cum omnipotens Deus tanta ac talia beneficia conferat suis amatoribus, certum est quod et penam conferat contemptoribus. Non videtur hodie in aliqua re plus contemptus quam in sacramento corporis et sanguinis sui. Cum medicina huius sacramenti singulare salutis humane sit antidotum, indigne tamen conficientibus sive sumentibus fit in interitum.

12. De sacerdote de Ouwe, cuius manus apparuerunt sanguineae, cum corpus Christi portaret.

In villa dyocesis Coloniensis, cuius vocabulum est Ouwe superior¹⁾, anno preterito, sicut subprior noster per eandem villam transiens²⁾ veraciter intellexit, contigit quod dicturus sum. Sacerdote eiusdem ville, qui adhuc vivit, sedente in taberna ad potum cer-

1 dignatur. Quem 1a. — ex nimio ferv. amore inf. 1c. — 5 iac. recipiens 1b. — Quem semivivum 1c. — 7 filie 1b. — temperavit 1b. 2a. b. — vaporem ignis 1c. 2a; mit ignis schließen 2a. b das Kapitcl. — 10 inferat 1c. — 13 sum. sit in int. 1a. c. — 16 In villa quadam dyoc. 2a. b. — cui voc. est Owe 1a. 2a. b. — 17 superior bis intellexit fehlt 1c. 2a. b. — 19 qui a. vivit fehlt 1c. 2a. b.

¹⁾ Das heutige Kreuzau auf der rechten, östlichen Seite der Rur (Roer) in der nördlichen Eifel oberhalb von Düren, das noch 1384 einfach Auwe hieß, als seine Pfarrkirche dem Stift Nideggen inkorporiert wurde. Der Ort wird hier, wie in einer Urkunde von 1319 (Esser [s. unten] S. 113: 'in Awe superiori') 'superior' genannt, wohl im Vergleich mit dem etwas unterhalb am selben Flusse gelegenen Niederau, dessen von Kreuzau abhängige Kapelle erst im 16. Jahrhundert Pfarrkirche wurde. Vgl. J. Esser, Das Dorf Kreuzau (Annalen 62, 1896, S. 55—157); Fabricius, Erläuterungen V, 1, S. 224 und 228; P. Hartmann und E. Renard, Die Kunstdenkmäler der Rheinprovinz IX, 1 (Kreis Düren), 1910, S. 177 ff., 259 ff. — Meister verweist dagegen auf Aue bei der westfälischen Stadt Witten an der Ruhr; aber die Flur „in der Aue“ im Südwesten von Witten, an die heute die Auestraße erinnert (vgl. den Plan von 1823 bei F. Blome, Witten und seine Umgebung, Düsseldorf 1926, S. 8 mit dem Stadtplan am Ende des Bandes), umschloß keine 'villa' mit einem eigenen 'sacerdos'.

²⁾ Ueber Kreuzau führte schon im Mittelalter der Weg von Düren nach Nideggen, der Burg der Grafen von Jülich, die Caesarius im Dial. mirac. XII, 5 erwähnt; vgl. Maria Kranzhoff, Aachen als Mittelpunkt bedeutender Straßenzüge, Diss. Bonn 1930 (= Zeitschrift des Aachener Geschichtsvereins LI), S. 15.

visie, quedam ex eius parrochianis, cum graviter infirmaretur, nuntium ei direxit, petens, ut veniret eamque communicaret. Cui ille respondit: „Vade, non michi modo vacat tempus; postea veniam“. Abiit puer et rediit, dicens infirmam exspectare non posse. Tunc ille surgens intravit ecclesiam, manus lavit et, pixidem cum sacramento panno involvens, ad domum infirme, que trans flumen cui nomen Rura¹⁾ est posita est, tendere cepit. Cumque venisset circa medium pontis fluminis eiusdem, vir illi occurrens et salutans ait: „Domine, unde est sanguis iste, qui apparet in manibus vestris?“ Ille de verbo rustici satis ammirans, cum ad manus respiceret easque sanguinolentas videret, pixidem homini tenendam dedit, ipse vero ad aquam descendens manus lavit. Quas cum lotas respiceret, nullum in eis repperit signum incisionis sive lesionis *). Pannum etiam revolvens, cum nullum sanguinis in eo vidisset vestigium, satis admiratus est, quid sanguis in manibus suis apparens portenderet, non intelligens quod Dominus dicit per Ysaïam: ‘Manus vestre sanguine plene sunt’ (Is. 1,15). Sanguis peccatum exprimit, secundum quod scriptum est: ‘Sanguis sanguinem tetigit’ (Os. 4,2). Sanguis sanguine tangitur, cum prave voluntati opus malum iungitur. Re vera potatores, concubinarij, adulteri, incestuosi, lutores manus sanguine plenas habent, quibus dum mundissimum corpus Christi tractant et sanguinem et conficiunt, mortis eius se reos efficiunt. Sacerdos vero ad tabernam rediens, quid sibi in via acciderit, omnibus recitavit.

Si tales Christum in sacramento altaris crederent, puto quod tam misere non viverent. Quam periculosum sit, non dico immundis et peccatoribus audacter, sed et bonis negligenter hoc sacramentum tractare, subiunctum declarat exemplum.

13. De plaga in Foni.

Anno presenti, qui est MCCXXVI. ab incarnatione Domini, mona-

*) 2a. b fügen ein: Ulterius vero egrediens venit ad domum, ubi infirma eum exspectavit, et circumspectis manibus reperit sanguinolentas sicut prius. Tunc.

1 ex parroch. eius matrona bone conversacionis, cum 2a. b. — 3 Vade fehlt 1a. b; Vadam post horam, non michi vacat t. hac vice. Abiit 2a. b. — 4 ille motus intr. 2a. b. — 5 cum corpore Christi panno involvit 2a. b. — 6 tr. fl. est sita, cui 1b. — Rure 1a. — 9 Ille de manibus rustici 1b. — 10 ad m. aspiceret 1b. — 13 etiam fehlt 2a. b. — 14 videntur prope stantes et omnes admirantes, quid 2a. b. — 15 pretenderet 1b. c. — intelligentes 2a. b. — Dom. ait per 1a. — 16 Ys. prophetam: Manus 2a. b. — 17 secundum bis 20 quibus fehlt 2a. b. — 19 malum superadditur. Re vera peccatores 1b. — 21 confic., manus sanguine plenas habent (s. Z. 20) et mortis 2a. b. — 22 Sacerdos bis recitavit fehlt 2a. b. — 25 mit viverent schließt das Kapitel in 2a. b. — 26 tract. misterium subi. decl. 1b. — 29 Anno domini MCCXXVI. mon. qu. 1c. 2a. b.

¹⁾ Vgl. S. 87 Anm. 1. Der Pfarrbezirk von Kreuzau lag zum größeren Teil auf der linken Seite der Rur; vgl. Esser S. 74 ff. und Fabricius S. 224.

chus quidam senex et debilis in Foni¹⁾, domo ordinis Cisterciensis, die quadam cum missam celebraret, nescio utrum peccatis propriis sive communibus exigentibus, Christi sanguinem super corporale²⁾ fudit. Quo mox a ministris ad nutum eius sublato,
 5 pars liquore infecta vino tribus vicibus abluta est sicque precisa inter reliquias reposita. Non multo post, cum sacrista accederet pannumque casu revolveret, invenit totam illam superficiem, que sacramento perfusa fuerat, sic rubere atque madere, acsi recenti sanguine agni intincta fuisset. Postea idem sacerdos sine liquore ce-
 10 lebravit. Cumque data fuisset ei licentia rursus celebrandi, tertia accessit negligentia: iterum fudit calicem. Quam inaudita est plaga subsecuta, et merito. Cum enim abbas et seniores scirent hominem illum esse senem, tremulum ac negligentem et celebrare permetterent, dignum erat, sicut multis usque hodie videtur, ut, qui indiscreta per-
 15 missionem participaverunt culpe, etiam participes efficerentur vindictae. Nam sexto Kalendas Iunii³⁾ undecima hora diei grandio, turbo ignisque involvens tantum terrorem omnibus incussit, ut horam extremi iudicii timerent imminere. Venti tam validissimi excitati sunt, ut pene omnes arbores pomerii⁴⁾ vel frangerentur vel radicitus evellerentur.
 20 Cumque conventus timore mortis fugeret in oratorium, fenestre vi ventorum passim deiecte vix in aliquo loco tutos se esse sinebant; nam ipsa oratorii tecta sunt deiecta. Prior vero specialem habens fiduciam in beata Dei Genitrice, ordinis patrona, ante eius altare cum conventu se transtulit, clara voce antyphonam incipiens 'Salve, regina miseri-

1 Fovi 1a.2b; Suni 1b. — 5 (pars *bis* abluta est *fehlt*) sicque (sic est 2b) abscisa inter rel. frustra sunt rep. (apposita et rep. 2a) 2a.b. — 7 tandem für casu 1b. — 8 infusa 1a.c. — 9 int. esset 1b.c. — 10 (Cumque *bis* celebrandi *fehlt*) tertia (3^o 2b) vero negl. accessit (acc. *fehlt* 2b), iterum f. cal., qua iusta pl. secuta est 2a.b. — iterum für rursus 1b. — 14 sicut *bis* videtur *fehlt* 2a.b. — 16 nona hora diei 1a; XII d. h. 1b. — turbo aërem ign. 2a.b. — 17 incussere 1c. — 18 validi 2a.b. — 20 in orat. (ortarium 2b) tectum deiectum est, vix 2a.b. — 21 tutos se esse sinebat 1b; t. se e. sciebant vel sinebant 1c; se t. sciebant (secutus sciebant 2b), dann *fehlt* nam *bis* deiecta 2a.b. — 24 (misericordie *fehlt*) Cumque devotissime cantaret, Dei 2a.b.

1) Foigny bei Vervins in der Picardie (dép. Aisne, comm. de la Bouteille); vgl. Janaushek, Orig. Cisterc. S. 10 und über die von Fusniacus abgeleiteten Namensformen A. Matton, Dictionnaire topographique du département de l'Aisne (1871), S. 112, auch Dial. mirac. III, 33. XI, 30 und Band I, 81 Nr. 39.

2) Du Cange: 'Palla qua sacrificium contegitur in altari'. Vgl. J. Braun, Die liturgischen Paramente in Gegenwart und Vergangenheit², Freiburg i. Br. 1924, S. 205 ff.

3) Zum 27. Mai stimmen die Angaben Alberichs von Trois-Fontaines; s. unten S. 90 Anm. 2.

4) Für 'pomarii'. Vgl. z. B. SS. rer. Merov. VI, 668.

cordie¹⁾. Cumque tanto devotius, quanto formidolosius illam decantarent, Dei Filius, matris ut creditur precibus placatus, maximum clementie sue signum ostendit; nam ymago crucifixi, que altari conversorum superposita fuit, ad conventum se convertit²⁾. Ubi depensum est a monachis, omnes, relicto altari maiori, illuc cucurrerunt, adorantes, procidentes et cum multis lacrimis clamantes: „Salvator mundi, salva nos, perimus“ (*Math.* 8,25). Et ecce! contra naturam picture ymago Dominica cunctis intuentibus oculos clausos aperuit, conventum respexit et tempestatem in oculorum apertione compescuit, acsi diceret: „En propter matris mee suffragia culpam ignosco“. Est enim eadem tabula tanti p[on]deris, ut vix a sex vel octo viris portari queat. Preterea lapidi firmiter infixa fuerat. Cumque abbati et monachis, ut sic maneret, placuisset et altera, etiam ymaginem crucifixi habens, eidem a dorso affigeretur, conversi timentes perpetua confusione notari, ut verteretur, vix precibus obtinuerunt. Omnium horum que diximus Gisilbertus*) monachus noster testis est, qui tunc temporis presens fuit. Nos eandem plagam non mediocriter sensimus. Et cum religioso conventui de Foni eius culpa non sit inponenda, certum tamen est quod propter unam huius negligentiam aliquando provincia puniatur universa.

*) testis est abbas de Heysterbach (*Hersterbag 2b*) für Gisilb. mon. noster testis est *2a. b.*

2 clementissimum eius signum *2a. b.* — 4 supposita *1a*; alt. sup. f., ad conv. conversorum se convertit. Hoc signo viso, omnes (relicto *bis* cucurrerunt *fehlt*) clamaverunt et adoraverunt, cum lacr. dicentes *2a. b.* — depensa est *1c.* — 5 concurrerunt *1a.* — adoratores *1c.* — 9 aspexit *1b.* — 11 tab. crucis tanti *2a. b.* — vix vel a sex viris *2b.* — port. possit *1c.* — 12 inclusa fuerat. (Cumque *bis 15* obtinuerunt *fehlt*) *2a. b.* — 14 ut converteretur *1a.* — 15 Ghiselbertus *1b*; Geselbertus *1c.* — 16 pres. erat et nobis dixit *2a. b.* — 17 sens., immo totum. Et *2a. b.* — 18 Fovi *1a. b. 2b.* — eiusdem culpa *1a.* — 19 propter unum (tale *figt 2a hinzu*) erimen *2a. b.*

¹⁾ Die Drucke der Antiphon 'Salve, regina (mater) misericordiae' verzeichnet U. Chevalier, Repertorium hymnologicum II, Nr. 18147 und 18150 (vgl. V, S. 356 f.); u. a. Ph. Wackernagel, Das deutsche Kirchenlied I (1864), S. 103 und K. Simrock, Lauda Sion² (1868) S. 242.

²⁾ Auch der Cistercienser Alberich von Trois-Fontaines berichtet in seiner Chronik zu 1226 den Vorgang (SS. XXIII, 918): 'Tempore rogationum (25. bis 27. Mai) tempestas sevissima et nostris temporibus inaudita cecidit in territorio Laudunensi, specialiter tamen apud abbatiam Fusniaci, ita quod ipsius abbatie et sex grangiarum eius domos discooperuit et pomeria ex maxima parte eradicavit et confregit et secundum estimationem per sex leugas in longitudinem et unam solam in latitudinem cucurrit. In ecclesia vero eiusdem abbatie quoddam mirabile contigit, dum quedam vitrea fenestra, a loco suo violenter evulsa, magnum crucifixum in medio ecclesie miro modo concussit, ita quod idem crucifixus faciem avertit a choro conversorum et faciem habuit ad chorum monachorum'. In der Continuatio Funiacensis einer Eberbacher Handschrift zu Gottfried von Viterbo wird der Vorgang in Versen geschildert (SS. XXII, 343 f.) mit der Ueberschrift: 'Anno Domini 1226. facta est tempestas maxima circa Funiacum per decem miliaria'.

14. De fure suspensio, qui se dixit dampnatum, quia corpus Christi non credidit.

Nuper me conferente cum valde religioso sacerdote de negligentis, que frequenter fiunt circa sacramentum Dominici corporis, retulit michi rem terribilem atque notabilem dicens: Ante paucos annos in episcopatu Traiectensi¹⁾ in vicinia que Valewa²⁾ nominatur fur quidam captus est et per sententiam iudicalem patibulo adiudicatus est. Qui se videns dampnatum confessionis gratia sacerdotem petivit et obtinuit. Cui cum tantis lacrimis, oris singultibus et cordis suspiriis tam plene, tam distincte et tam accusatorie confessus est, ut sacerdos miraretur Deumque de illius contritione glorificaret. Quem cum consolaretur sacerdos et diceret: „Spero de Dei misericordia, qui latronem penitentem in cruce suscepit (*Luc. 23,43*), quia salvaberis, eo quod non puniat Deus bis in id ipsum“ (*Iob 33,14*), respondit fur: „Utinam vellent michi precidere manus et pedes oculosque eruere sicque levare in patibulum“. Et adiecit: „Si possem hoc tormentum evadere, non acquiescerem, malens in presenti pro peccatis meis puniri quam in futuro“. Volens sacerdos cognoscere vim contritionis, quam in illo viderat, adiuravit eum, ut intra triginta dies sibi appareret et *), in quali statu esset, manifestaret. Et promisit ei. Qui cum ad suspendium properaret et sacerdos rediret, occurrit ei magister Iohannes³⁾, vir prudens et discretus, sic dicens: „Si aliquid contulistis cum paupere illo extra confessionem, rogo, immo consulo, ut michi dicatis“. Respondente illo: „In hec verba illum adiuravi sicque promisit michi“, subiunxit scolasticus: „Consulo vobis, ut festinanter revertamini adiuretisque eum in nomine Domini, quatinus sic veniat, ut neque vobis neque

*) neque alicui qui ad eum pertinebat noceret *statt* et in qu. st. e. man. 2a. b. (*ogf. Z. 26*).

5 rem mirabilem 1a; rem horribilem 2a. b. — dies für annos 1c. — 6 in vicinio quod 1b. — Walena 2a. b; Velna 1b. — 8 dampnatum dampnacionis gr. 1b. — 9 cordis supplicis 2a. b. — 11 pro ill. contr. 2a. b; de ill. confessione et contr. 1c. — 12 Spera 1b. — 13 in cr. pendentem 1b. — 16 in patibulo 2a. b. — torm. suspensionis evad. 2a. b. — 17 pro meis sceleribus pun. 1b. — in fut. dampnari. Vol. 2a. b. — 18 vidit 1a. — 20 prom. ei (ei *fehlt* 1b) ille 1b. c. — ad susp. prepararetur 1b; ad susp. duceretur 2a. b. — 21 et sac. reverteretur 2a. b. — ei quidam mag. Joh. nomine, vir 2a. b. — 22 discr. in omnibus, sibi sic dic. 2a. b. — contulisti 1b. 2a. b. — 26 eum per Ihesum Christum iterum (quatinus *bis* 92, 3 dicere *fehlt*) 2a. b.

II, 14. Uebernommen ins Viaticum narrationum Nr. 35; s. oben S. 8 f.

1) Utrecht.

2) Wohl der Gau Veluwe (Gelderland) westlich der Yssel (u. a. 'Velwa'). Orte in Gelderland mit den aus Walli entstandenen Namen Wel(l), Welie, Wiel, Wehl entsprechen Valewa weit weniger; vgl. Förstemann, Altdeutsches namenbuch³ II, 1, Sp. 860. II, 2, Sp. 1181 f.; Nomina geographica Neerlandica II (Leiden 1892), 145. III (1893), 260 f., 273 f., 280 — an ein Well hat Meister gedacht.

3) Wohl der oben I, 1 (S. 18, 2) genannte Abt von St. Trond (1222—1228), der vorher Scholasticus (s. oben Z. 25) von Xanten und Aachener Dekan gewesen war.

alicui ex hiis, qui ad vos pertinent, nocere valeat“. Qui mox post illum cursitans clamare cepit: „Expecta, expecta parum: oblitus sum tibi dicere“, et adiuravit eum, sicut edoctus fuerat, sicque suspensus est homo.

Accidit post dies paucos, ut infirmus quidam amicos suos mitteret ad iam dictum sacerdotem sacre communionis gratia. Quibus ille respondit: „Utquid tam diu expectastis? Tarde est et via longa; periculosum est michi redire *) propter nemus interiaccens“. Respondentibus illis: „Modo primo petivit“, adiecit sacerdos: „Ego vobiscum ibo, ita ut vobiscum pernoctans cras ante lucem per vos huc reducar“. Et placuit eis. Qui cum ad infirmum venisset eumque communicasset, ecce! in ipso noctis crepusculo tanta exorta sunt tonitrua, flatus ventorum atque choruscationes tam crebre et tam lucide, ut nox versa videretur in diem et iudicii dies adesse timeretur. Sacerdos vero pixidem cum sacramento tollens, cum domum circumiret et contra fenestras singulas cum eo signum crucis ederet, contemplatus est in angulo eiusdem domus quasi umbram humanam. Cumque ex visione territus et spe Dominici corporis, quod manibus tenebat, confortatus interrogaret, quis vel quid esset, respondit: „Ego ille reus sum, cuius confessionem audivisti“. Ad quod ille: „Unde venis vel quomodo habes?“ „Bene“, inquit, „habeo et male.“ „In quo bene, id est minus male?“ „Quia propter confessionem minus torqueor; male autem, quia dampnatus sum.“ Ad quod verbum territus sacerdos dixit: „Nonne peccata tua confessus es cum lacrimis et gemitu cordis? Et quomodo potest esse, quod dicis?“ Respondit: „Oblitus fui confiteri peccatum, quod maximum fuit, et ideo confessio criminum meorum ad salutem michi non profuit. Numquam credidi neque credere potui Christi corpus esse, quod super altare manu sacerdotis conficitur et sub specie panis ibi videtur. Unde non immerito dampnatus sum. Me autem confessionis tempore de fide huius sacramenti interrogasse debueras¹⁾. Cui cum sacerdos valde compassus diceret: „Si potest tibi subveniri, dicito michi, quia penitentiam gravissimam pro te suscipere paratus sum“, respondit ille: „Noli te vexare, quia nichil michi prodest“. Et ait

*) ire in nocte cum corpore Christi, quia inhibitum est, für redire propter n. int. 2a. b.

1 noc. valeant 1c; noceant 1b. — post ipsum 1a. — 4 inf. qu. nuncios (nuncium 2b) mitteret ad iam d. plebanum sacre comm. gr. postulans. Quibus 2a. b. — 6 expectasti 1b. — longa est, peric. 1b. — 7 per nemus 1b. — 8 pet., dixit sac. Ego v. pergam, ita 2a. b. — 9 cras diluculo 2a. b. — 12 chor. fulgurum, ut nox 2a. b. — 13 et omnes iud. diem a. timerent 2a. b. — 14 et (contra fen. sing. cum eo *fehlt*) signo sancte crucis se signavit statimque cont. est 2a. b. — 16 hum. stantem. Cumque 2a. b. — terr. in spe 1b. — 23 conf. fuisti cum 2a. b. — 24 Resp. ille: Obl. 1b. — Obl. sum conf. 2a. b. — 25 et ideo 1b. — 26 nec cr. volui 2a. b. — 28 immer. in perpetuum (perpetuo 2b) dampn. sum 2a. b. — 30 compaciens 2a. b. — 31 penit. etiam grav. 1a. — 32 Nolite vexari 1b.

1) Vgl. Koeniger a. a. O. S. 59 f.

sacerdos: „Adiuratus a me per nomen Domini, promiseras quia sic venires, quod neminem lederes, et ecce! in adventu tuo tempestas maxima exorta est et periculosa valde“. Cui respondit ille: „Non a me, sed a demonibus actum est. Quia propter tuas adiurationes tormentis infernalibus ad modicum subtractus sum, aerem turbantes tempestatem hanc excitaverunt, et nisi tibi promissem, quod te non lederem neque aliquem de tuis, mala tibi intulissem“, et sic evanuit. Mane *) compertum est in ipsa villa quinque homines vi tempestatis extinctos fuisse, domos corruisse, arbores confractas et plures ex eis radicitus evulsas fuisse.

Terrere potuit quosdam dampnatio huius hominis, eo quod peccatorum suorum confessionem faciens predicti peccati se oblitum fuisse commemoret, cum confitendi voluntas in tali maxime articulo Deo sufficere credatur ¹⁾, psalmista attestante, qui ait: ‘Dixi: confitebor adversum me iniustitiam meam Domino, et tu remisisti impietatem peccati mei’ (Ps. 31,5). ‘Dixi’, id est ‘proposui’ vel ‘deliberavi’, id est ‘fixum habui’. Sed questio hec facile solvitur, si hominis intentio consideretur: quia sacramentum illud vivificum non credidit, de peccato incredulitatis non timuit. Unde confitendi voluntatem non habuit, propter quod hereticus iudicandus est. Sine fide nulla prodest confessio. Quodsi obicitur de ignorantia, respondetur ignorantiam illam nimis fuisse crassam. De tali ignorantia dicit apostolus: ‘Qui ignorat, ignorabitur’ (1. Cor. 14,38). Minoris etatis pueri sive insensati hic excipiuntur, quia, licet credere nesciant, non tamen contradicunt. Unde quia sacramentum corporis et sanguinis Christi rationem prorsus transcendit, a sacerdotibus fidelium plebibus diligentius est exponendum et crebrius inculcandum et in extremis maxime, si credant, sciscitandum. Si fur iste, de quo sermo est, tempore confessionis de fide eius interrogatus atque instructus fuisset, forte credidisset. Sed quid dicam de sacerdotibus, cum quidam ex eis minus credant? Si enim sub specie panis et vini personam Dei et hominis crederent, non tam indigne ac-

*) Demones autem maxima tempestate aerem iterum turbantes fuerunt (f. *fehlt* 2b), ubi predictus deducebatur, *statt* Mane *bis* evulsas fuisse 2a. b.

1 Adiur. per me 1b. — 4 adiur. inf. penis ad mod. tempus subtr. 2a. b. — 5 *bei* subtr. sum *am Rande*: et dei nutu per ipsos huc adductus, unde et ipsi aerem 1a. — 6 excitabant 2a. b. — 7 tuis, multa mala tibi intul. Hiis dictis ille evan. 2a. b; tuis, ipsi mala tibi intulissent 1a. — 9 radices eversas f. 1c. — 11 pot. quondam 1b. — 12 conf. suam fac. 1c. — predictum peccatum 1c. 2b. — 13 commemorat 2a. b. — 14 suff. videatur 1b. — testante 1c. 2a. b. — 17 Sed quomodo hec 1a. — 18 quia in sacr. 1a. — 19 Bene confit. 1b; Unde etiam conf. 1a. — 21 obicitur 2a. b. — 22 fuisse grossam 2a. b. — 25 rat. hominis pr. 1a. — 26 fidelibus (pleb. *fehlt*) 2a. b. — 27 incalcandum 1b. — cred. diligentius sciscitandum (suscitandum 2b) 2a. b. — 28 conf. sue de 2a. b. — 30 de sac. quibusdam, cum 1c.

¹⁾ Vgl. Koeniger a. a. O. S. 48.

cederent, non tam presumptuose conficerent, non tam negligentes circa ea, que tantum requirit misterium, existent.

15. De corporali, cuius ablutio versa est in sanguinem.

Retulit michi nuper dominus Albero abbas de Waltsassin¹⁾,
 que dicturus sum. In Tannenberch²⁾ sacerdos quidam est
 Lambertus nomine, sacerdotio prorsus indignus, eo quod homo sit
 vitiosus, gule luxurieque deditus totus. Hic die quadam, dicta missa,
 corporale³⁾ de altari rapiens et concubine sue in sinum proiciens,
 ut lavaret illud mandavit, ipse vero ad tabernam properavit. Illa, sacer-
 dote abeunte, bacharium⁴⁾ de quo bibere solebat tollens aque in-
 posuit et corporale immisit, utraque manu illud lavans. Et ecce! Dei
 virtute, ut ostenderetur reus esse sanguinis Christi, qui indigne
 conficit vel ea, que tantum sacramentum exigit, indigne tractare pre-
 sumit, totus liquor infusus in sanguinem conversus est. Quod illa
 videns et expavens more femineo manus super caput posuit, terroris
 vocem emittens. In ipso autem peplo signa manuum sive digitorum
 singulorum, quibus illa tetigerat, sanguinea apparuerunt, ut inpleretur,

1 neque tam negl. *1c. 2a. b.* — 2 requirunt *2a. b.* — ministerium *1c.*
 — 5 nuper *fehlt 2a. b.* — Albero: *so 1c;* Aelbertus *1b;* *fehlt 1a. 2a. b.*
 — Waltsassen *1a;* Walsassen *1b;* Waltsasen *1c.* — 6 quod d. sum *1a;* *die Worte*
fehlen 1c. — Für In *bis* nomine haben *2a. b.:* Est homo in partibus nostris.
 — Tanningberg *1a;* Tanniberch *1c;* Cammenberch *1b.* — 7 eo quod *bis* totus
fehlt 2a. b. — 10 illud precepit, ipse *2a. b.* — 11 solebat *2b.* — tollens
 mundavit, aquam *i. 2a. b.* — 13 esse corporis et sang. Chr., quod indig-
 nus conf. vel ea concubina, que *2a. b.* — 14 conf. vel qui tantum *1b.* — 16 exp-
 pavescens m. f. *1c;* m. f. expavit *2a. b.* — meroris voc. *1c.* — 18 ille
 tet. *2b;* illud tet. *1c. 2a.* — ut adimpleretur *2a. b.;* ut illud *i. 1c.*

¹⁾ Vgl. oben I, 41 (S. 69) mit Anm. 1.

²⁾ In der Nähe von Waldsassen liegt jenseits der böhmischen Grenze ein kleines Dörfchen von wenigen Häusern, Tannenberch, zwischen Liebenstein und Franzensbad nordwestlich von Eger (Bezirkshauptmannschaft Eger, Gemeinde Ober-Lohma); Waldsassen hatte auch in und um Eger Besitz, vgl. H. Muggenthaler, Koloniasatorische und wirtschaftliche Tätigkeit eines deutschen Zisterzienserklosters im XII. und XIII. Jahrhundert (Deutsche Geschichtsbücherei II), München 1924, S. 94f. Andererseits paßt der Name des Abtes Albero nicht auf Waldsassen (s. oben S. 69 Anm. 1); dagegen findet sich von 1210 bis 1228 ein Abt Albert (vgl. 1b) des Cisterzienserklosters Dobrilugk in der Niederlausitz (Prov. Brandenburg, Kreis Luckau), der dann abdankte und bis wenigstens 1231 als Mönch in Altzella lebte; s. Rudolf Lehmann, Die ältere Geschichte des Cisterzienserklosters Dobrilugk in der Lausitz, Diss. Heidelberg 1916, S. 97 und 104. Dort liegt in der Nähe nordöstlich von Finsterwalde (Kreis Luckau) ein Dorf Tannenberch, dessen Hälfte Dobrilugk später (1424) kaufte (eb. S. 35 Anm. 1). Darf man in der Übereinstimmung dieses Namens eine Bestätigung dafür sehen, daß Caesarius Waldsassen für Dobrilugk gesetzt hat?

³⁾ Vgl. oben S. 89 Anm. 2.

⁴⁾ Trinkgefäß, deutsch 'Becher'; s. Du Cange unter 'bacca'.

quod Dominus per Ysaïam dicit: 'Manus vestre sanguine plene sunt' (Is. 1,15). Reverso de taberna sacerdote, cum illa, que sibi contigerant, recitasset simulque crateram cum corporali et sanguine ostendisset, miser ille non suis peccatis, sed magis mulieris que facta fuerant in-
 5 putans, iniunxit ei pro penitentia, ut singulis diebus partem liquoris sumeret, donec totum epotaret. Prius tamen quam totaliter liquor ab ea fuisset exhaustus, innotuit tantum miraculum supradicto abbati de Waltsassin. Qui, assumptis secum quibusdam aliis religiosis, in domum sacerdotis venit, corporale cum parte sanguinis vidit et, quod
 10 totus ad testimonium fidei nostre non fuisset reservatus, satis conquerens *).

Quanta salus sit digne sumentibus hoc sacramentum, ipse Salvator testatur, cum ait: 'Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum, in me manet et ego in eo' (Joh. 6,57); et 'qui manducat me,
 15 et ipse vivet propter me' (eb. V. 58). 'Hic est panis, qui de celo descendit' (eb. V. 59). De hoc pane vivo et vero mystice Moysi dictum est a Domino: 'Advena et mercenarii non comedent ex eo' (Exod. 12,45). Advena est, qui fidem quidem habet, sed baptismo quasi circumcissione caret. Mercenarius est malus christianus vel baptizatus
 20 hereticus, quorum uterque ad 'iudicium sibi manducat' (1. Cor. 11,29). Quod vero non baptizatus de sacramento corporis et sanguinis Christi edere non debeat, subsequens exemplum demonstrat.

16. De converso, qui communicare non potuit, eo quod non fuisset baptizatus.

25 Narravit predictus abbas¹⁾ rem mirabilem satis, temporibus suis gestam fuisse asserens: Erat, inquit, in dyocesi nostra, id est Halberstadensi²⁾, conversus quidam nigri ordinis³⁾, fide et vita irreprehensibilis. Qui nullo modo sacram communionem suscipere poterat, quantumlicet contritione cordis vel confessione oris se prepa-

*) liquorem cum corporali secum deducens, qui potest ibi videri a fidelibus illic venientibus, fügen 2a. b hinzu, wo der Rest des Kapitels fehlt.

4 pecc. exigentibus, sed 2a. b. — facta sunt in p. 1a. — 7 predicto 1b. — 8 Waltsassen 1a. b; Waltsasen 1c. — personis für relig. 2a. b. — 10 totus liquor ad 2a. b. — 13 attestatur 1b. — 15 vivit 1c. — 16 et vere 1b. — Moysi bis 18 fidem fehlt 1a. — 22 debet 1b. — manifestat für demonstr. 1a. — 25 Narr. michi idem abbas 2a. b. — 27 Halberstadensi 1b. 2a. — 28 comm. corporis Christi susc. 2a. b. — 29 quantumlibet 1a.

¹⁾ Albero von Waldsassen.

²⁾ Waldsassen lag im Regensburger Sprengel. Die Erzählung kann sich aber auf einen früheren Lebensabschnitt Alberos beziehen, der nach I, 41 (S. 70) Novize in Pforta gewesen war und vorher oder nachher der Halberstädter Diözese angehört haben kann, in der z. B. das gleich Pforta von Walkenried aus gegründete Cistercienserkloster Sittichenbach lag; vgl. jedoch S. 96 Anm. 1.

³⁾ Des Benediktinerordens.

raret. Adveniente die quadam domino Brunone, eiusdem ecclesie episcopo¹⁾, eo quod vir esset prudens, discretus et litteratus, relatum est ei ab abbate et fratribus, quod predictus conversus corpus Domini cum suscipere non posset. Qui ait: „Vocate michi conversum“. Qui cum vocatus esset, timens episcopus, ne forte peccata sua inpedirent tantam gratiam, ad confessionis antidotum illum adhortari cepit. Respondente converso: „Domine, nullius peccati inconfessi michi conscius sum; etsi iam moriturus essem, quod amplius confiteri possem, non invenirem“, episcopus divinitus afflatus subiunxit: „Dic michi, frater, de qua provincia es tu et unde vel quomodo venisti ad locum istum?“ Respondit conversus: „Domine, pater meus et mater mea, sicut ab eis audivi, ducti sunt in regiones longinquas et male christianas ibique natus sum. Post quorum mortem, cum iam adultus essem, sciens me de Alemannia duxisse originem, ad natales meos regressus sum atque in hoc monasterio conversus“. Episcopus statim conciens, quod baptizatus non esset, doleum afferri iussit, aquam infusam benedixit sicque hominem in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti baptizavit. Deinde ait episcopus: „Afferte michi nunc pixidem cum sacramento corporis Domini“. Que cum allata fuisset, converso episcopus hostiam salutarem in os misit, quam ille sine omni difficultate sumpsit et masticavit ab illa hora deinceps. Videntes hoc qui aderant admirati sunt, in tanto miraculo gratiam baptismi cognoscentes.

Audivi tamen ab alio quodam abbate, quod huic contrarium videtur, de quo caritas vestra iudicet.

1 dom. Brun. *fehlt* 2a. b. — 3 ab abb. de eodem converso. Dixit episcopus: Vocate 2a. b. — 7 (Dom. *fehlt*) unius pecc. 1b; nullius *fehlt* 1c. — 9 inflatus dixit 2a. b. — 10 prov. natus es tu et unde aut qu. 2a. b. — unde et qu. 1b. — 13 natus sum. Ipsi vero defunctis, cum 2a; Post *bis* regr. sum *fehlt* 2b. — 14 egressus 1a. b. 2b. — 15 mon. ab abbate in conversum receptus 2a. b. — statim considerans 2a. b. — 16 dolium 1b. — dol. sibi auferri 2b. — 18 Auferte 2b. — 19 corp. Christi. Que 2a. b. — f., ep. h. sal. in os conversi m., qu. i. absque omni 2a. b. — 21 Vid. autem hoc qui a. glorificabant deum in tanto miraculo *schließt das Kapitel* 2a. b.

1) In jenen Jahrzehnten gab es keinen Bischof Bruno von Halberstadt. Schönbach, Mitteilungen des Instituts für Oesterreichische Geschichtsforschung 23 (1902), S. 671 vermutet eine Verwechslung mit Bruno II. von Meißen (1209—1228), der neben Bruno IV. von Köln (1205—1208) als einziger Bischof Deutschlands am Ende des 12. und im ersten Drittel des 13. Jahrhunderts den Namen Bruno trug. Hat Caesarius sich in der Diözese, nicht im Namen des Bischofs geirrt, so darf man wohl darauf hinweisen, daß im Meißener Sprengel Altzella seine Mönche aus Pforta erhalten hatte (vgl. Janauschek, Orig. Cisterc. S. 171 f.), wo Albero Novize gewesen war, daß dort auch Dobrilugk lag, für das Caesarius vielleicht irrtümlich Waldsassen genannt hat (s. oben S. 69 Anm. 1 und S. 94 Anm. 2).

17. De monacho in arena baptizato.

Ante hoc triennium¹⁾ abbatibus ordinis Cysterciensis ad capitulum generale venientibus talis casus recenter contigisse a quodam illic abbate recitatus est: Venit, inquit, quidam adolescens ad quandam
 5 domum nostram conversionis gratia. Qui ibidem susceptus *), per singulos gradus ascendens, in sacerdotem ordinatus est. Tempore quodam per licentiam abbatis suos parentes visitare venit. Cumque de eius presentia plurimum iocundarentur, inter cetera mutue colloctionis verba mater sic ait: „Eya, fili dulcissime, quam parvulus, quam infirmus
 10 et morti quam proximus eras, quando in arena te baptizavimus“. Quod verbum ille audiens et obstupescens causam requisivit. Et mater: „Quando baptizandus eras, portavimus te a loco nativitatis tue ad proximam villam, in qua erat baptisterium. Et ecce! in via tam debilis effectus es, ut in instanti te spiritum efflare putaremus. Quo
 15 viso territi, cum aqua deesset, arenam super te iactavimus in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti²⁾. Venientes tamen ad ecclesiam sacerdoti, que gesta sunt, indicavimus; sed ille in aqua te baptizari non permisit, iudicans te esse baptizatum“. Monachus hiis auditis supra modum territus est moxque ad monasterium rediens abbati suo audita
 20 revelavit. Qui nichil super hiis diffinire presumens, magistris consuluit Parysienses. A quibus sententiatum est eum non fuisse

*) post duos annos fügen 2a. b hinzu.

2 (Ante bis venientibus fehlt) Talis casus recitatus est michi a qu. abb. ordinis nostri 2a. b. — 6 ordinatur 1a; promotus est 2a. b. — Tempore eodem 1b. — 7 abb. sui (pergens fügt 1c hinzu) 1c. 2a. b. — ad eius presenciam 1c. — pres. multum ioc. 1b. — 3 cet. verba locucionis 2a. b. — 9 quam parvus 1c. — 11 Et ecce mater ait 2a. b. — 12 portabaris a loco, in quo natus eras, ad 2a. b. — 14 factus es 1a. — ut statim te put. extinctum. Quo v. omnes qui aderant terr., cum a. deesset, arena super te iactata est 2a. b. — 17 revelavimus für indic. 1b. — sed ut i. in a. bapt. denuo non acquievit 1c. — 19 ad monast. bis super fehlt 2b. — 20 consulit legis peritos. A quibus 2a. b.

I, 17. Erinnert ans Pratum spirituale (Λεγμὸν) des Johannes Moschos († um 619) c. 176 (Migne, Patr. Graeca 87, 3, 3044 f.; Patr. Lat. 74, 207 ff.): Zehn Pilger in der Wüste haben einen Juden unter sich, der vor Krankheit zusammenbricht und um Taufe bittet. Er erhält die Nottaufe mit Sand und kann sofort mit allen kräftig weiterschreiten. Großer Streit später über die Gültigkeit dieser Taufhandlung: er wird im Jordan nochmals getauft.

¹⁾ 1223 nach I, 42 (oben S. 72, 2).

²⁾ Von der Taufe im Sande handelt, wie Meister anmerkt, A. J. Binterim, Die vorzüglichsten Denkwürdigkeiten der Christ-Katholischen Kirche² II, 1, Mainz 1833, S. 4 ff., der dafür auf die oben angeführte Erzählung des Johannes Moschos verweist. Sie wird als Beispiel von 'baptistères improvisés' auch berührt von H. Leclercq, Dictionnaire d'archéologie et de liturgie chrétiennes II, 1, Sp. 385.

baptizatum, eo quod Salvator dicit: 'Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei' (*Joh. 3,5*). Adiecerunt etiam eum ordinandum denuo, eo quod sine baptismo, qui est sacramentum intrantium, ordines conferri non possint. Sicque monachus idem baptizatus est ac deinde singulos orōines consecutus. 6

Hic queri potest, quomodo monachus iste communicare potuerit, et non conversus, de quo supra dictum est¹⁾, cum uterque illorum habuerit fidem sine baptismo. Puto talem posse assignari rationem: quia conversus non habuit, per quos defectus baptismi eius manifestaretur, per sacramentum suum illum Dominus declarare dignatus est. 10
Quia vero per parentes monachi noverat declarandum, quod baptizatus non esset, communicare illum permisit. Sepe legimus infideles, ut sunt Iudei *), sacramentum Dominici corporis percepisse.

18. De hiis, qui in Livonia per aspersionem baptizati sunt. 15

Cum Livonia primum Christi fidem recepisset, tanta multitudo ad Christum conversa est, ut sacerdotes, qui pauci erant tunc temporis, illos baptizare non sufficerent. Unde quidam aspersoria tollentes in manibus circumeundo illos aspergebant²⁾, dicentes: „Baptizamus vos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti“. Postea habita questione super hiis, utrumnam essent baptizati vel non, quidam dicebant eos esse baptizatos, asserentes illos quinque milia et tria milia, qui predicante Petro crediderunt (*Act. 2,41. 4,4*), tali ordine baptizatos fuisse. Alii contrarium sentientes dicebant talem baptismum esse reiterandum, eo quod forma baptismi ibi non esset neque necessitas mortis illam 20
in baptizandis excluderet. Certum est unam aque guttulam cum invocatione sancte Trinitatis sufficere ad salutem credenti, sed hoc necessitatis tempore. Unde Livonienses predicto modo baptizati, sicut retulit michi Theodericus sacerdos et monachus ordinis Cysterciensis³⁾, in eadem provincia propter securitatem cum 25 30

*) Sarraceni *fñgt 1b hinzu*.

3 autem *fñr* etiam *2a. b.* — 5 idem *fehlt 1c.* — 8 haberet *1a*; habuerat *1b.* — 10 suum dominus hoc ei revelare *2a. b*; manifestare *fñr* decl. *1c.* — 13 suscepisse *1a. b.* — 16 primam *1a. b. 2b.* — 21 utrum iam *2a. b*; utrum *1a. b.* — 22 illa quinque *1b.* — que pred. *1c. 2a. b.* — 23 tali oracione *1b.* — 24 contr. dicentes sensiebant *1c.* — 26 guttam *1c.* — 29 ret. michi qui interfuit (*Theod. sac. et m. ord. Cist. fehlt*) in e. prov., propter sec. tamen ad trinam (ternam *2a*) immersionem *2a. b.*

¹⁾ II, 16 (S. 95 f.).

²⁾ Die Taufe 'per aspersionem' im Gegensatz zur 'immersio' finde ich in Heinrichs Chronicon Lyvoniae nicht erwähnt, auch bei den Masentaufen ist nur 'aqua sancta', 'fons', 'dolium' genannt.

³⁾ Wohl nicht der oben S. 17 Anm. 3 erwähnte Bischof Theoderich von Estland (1211—1219), den Caesarius schwerlich 7 Jahre nach dessen Tode, 15 nach seiner Bischofsweihe so bezeichnet hätte.

trina immersione secundum morem ecclesie denuo baptizati sunt. Et hec de hiis dicta sufficiant.

19. De canonico, qui credere non potuit Christum tantum habuisse doloris in passione sua sicut ceteri homines.

5
 10
 15
 20
 25
 30

Canonicus quidam Confluentie¹⁾ oppidi Treverensis dyocesis in huiusmodi temptationem incidit. Suggesterunt ei cogitationes sue Christum non tantum habuisse amaritudinis in passione, quantum ceteri homines pati solent, cum pena consimili plectuntur. Dicebat enim: „Christus Deus erat et homo, potestatem habens ponendi animam suam et iterum sumendi eam. Unde penam sibi illatam temperare potuit, quomodo voluit“. Qui cum esset vir litteratus et ecclesie illius scolasticus et nullis scripturarum testimoniis nullisque humanis persuasionibus ab hac temptatione liberari posset, ad divinum confugit auxilium. Omnia siquidem, que in Christi passione leguntur, bene et plene credidit; sed passionis ipsius amaritudinem, ut dictum est, credere non potuit. Volens pius Dominus hominem a temptatione liberare et meritum compassionis ipsius cordi artius infigere, nocte quadam in sompnis aperte satis totum ordinem passionis, sicut in ewangeliiis legitur, ei ostendere dignatus est. Nam in oculis eius captus est, ligatus et tractus, colaphizatus et expalmatus, cesus arundine spinisque coronatus et ceteris iniuriis, que in passione leguntur, affectus. Cumque in cruce levaretur et manus eius dextra clavo malleo impellente transfigeretur, ipso clerico aspiciente, caput suum Dominus super sinistras scapulas deposuit, oculos clausit, dentes compressit, cum voce doloris compassionis amaritudinem exprimens. Cumque manum transfigerent sinistram, caput scapule inposuit dextre, eodem modo quo prius dolorem suum manifestans. Simile actum est in pedum confixione *). Hoc tormento completo, mox clericus evigilans et propter se hanc visionem factam crecens exclamavit: „Gratias tibi ago, Domine

*) 2a. b. fügen hinzu: Hiis completis, accedens unus militum, qui crucifixerunt Ihesum, ad cler[ic]um dixitque illi: „Surge, crucifigeris et tu in dextra eius“. Et tollentes clericum crucifixerunt, sicut latronem fecerunt.

1 Et hec de h. d. suff. fehlt 2a. b.; En hec de illis dicta suff., sequitur aliud exemplum 1b. — 8 in pass. sua ut cet. hom. qui paciuntur consimilem penam. Dic. 2a. b. — 9 complectuntur 1c. — 10 enim intra se: Chr. 2a. b. — 17 a temptationibus eripere et 2b. — 18 infingere 1c; inprimere 2a. b. — 21 expalliatu 1a (verbessert). b. — 23 elevaretur 2a. b. — 24 vidente für aspic. 1c. — 25 posuit 2a. b. — oculos bis voce fehlt 1b. — 26 amarit. passionis 2a. b. — 28 factum est 1b. — in ped. affixione 2a. b. — 29 compl. de gravi sompno evig. 2a. b. — 30 excl. dicens 1c.

1) Koblenz.

Ihesu Christe, salvator mundi, qui conscientiam meam errantem sanare dignatus es, amaritudinem passionis tue michi revelando“.) Hec michi a quodam sacerdote religioso dicta sunt, affirmans ea sibi a canonico supradicto recitata.

Fratres, non tantum doloris, sed multo plus ceteris hominibus 5
Christus habuit in passione, quia, quanto caro eius purior, tanto pena amarior. Unde per prophetam dicit: ‘O vos omnes, qui transitis per viam, attendite et videte, si est dolor similis sicut dolor meus’ (*Thren.* 1,12). Indicium doloris sanguinis sudor fuit in terra currentis. Quis unquam timore mortis sanguinem sucavit? Quando caro putrida vel 10
tumefacta inciditur, minus infert doloris, sana vero amplius. Omnis caro nostra respectu Dominice carnis putrida est et infirma et ideo minus amaritudinis infligit, cum tormentis subiacet, quam Christi caro purissima, que verbo Dei est unita, de Spiritu sancto concepta et de carne virginea formata. Unde eandem Dei Genitricem in omnibus dili- 15
gere et venerari tenemus et debemus.

Quantum vero eius contumeliam Filius vindicet, etiamsi non malo animo fiat, subsequens capitulum demonstrat.

20. De abbate Clarevallis, cuius grangia fulminata est, eo quod ymaginem beate Marie iactasset 20
in ignem.

Dominus Wido abbas Clarevallis¹⁾, sicut multi noverunt, homo erat in ordine strenuus, ita ut vix aliquid, quod contra disciplinam et honestatem ordinis esse videretur, dissimulare posset. Die quadam, dum esset in una grangiarum suarum sederetque contra fornaculam succensam, dictum est ei, quod talis frater haberet penes se inordinate ymaginem beate Virginis Marie in tabula depictam. Interrogatus conversus, si verum esset, cum negare non auderet, ait abbas: 25

*) 2a. b fügen hinzu statt des folgenden Satzes (Hec bis recitata), der fehlt: pro me paciendo. Mane autem facto respiciens et conspiciens clericus se ipsum, vidit cicatrices, ubi passus ipse fuit in manibus et in pedibus suis, tunc absque dolore corporis. Quos ostendens cunctis tam religiosus quam secularibus personis et per ordinem omnia que vidit et que in eo gesta sunt patefecit.

5 Fr. karissimi, non 2a. b. — 6 caro est purior 1a. — 7 dicitur 2a. b. — mit per viam schließt das Kapitel 1c. — 8 dol. vester sicut 2a. b. — 9 Ind. eius dol. est, quia sanguinem misit pro sudore. Quis 2a. b. — 13 amarit. et doloris habet cum affligitur quam pur. caro Chr. 2a. b. — affligit 1a. — 15 dilig. et honorare ten., que nobis multa dona (bona 2a) contulit schließen 2a. b das Kapitel. — 22 Guido 1b; fehlt 2a. b. — 23 in ord. honoratus et str. 2a. b; in ord. valde str. 1c. — 24 videtur 1b; erat für esse vid. 1a. — dissimulare 1a. b (abwekürzt). c. — 26 hab. iuxta se 1b. — 27 sancte Marie 1a. — 28 non posset 1a.

¹⁾ Guido war 1193—1214 Abt von Clairvaux; vgl. Gallia christiana IV, 803 f.

„Ite, festinanter afferte michi ymaginem *) ipsam“. Que cum allata fuisset, commotus abbas, converso aspiciente, misit illam in ignem. Eadem nocte eiusdem curtis horreum granis refertum fulmine tactum est et in cinerem redactum. Et patuit omnibus, quod ob iniuriam sancte yconi illatam plaga illa divinitus sit subsequuta, ultrix indiscreti fervoris. Unde magis abbas desevisse debuerat in conversi personam quam in Dei Genitricis yconam; sacris enim ymaginibus propter eos, quorum nobis memoriam imprimunt, magnus honor magnaque reverentia exhibenda est. Quantum ex hoc boni procedat, in libris Dyalogorum exemplis satis declaratum est ¹⁾.

21. De dyabolo, qui incluse sub specie beate Marie apparens pedem illi deosculandum prebuit.

Retulit michi magister Wigerus, prepositus in ecclesia Traiectensi ²⁾, nunc in ordine fratrum Minorum conversus, quod dicturus sum. Reclusa quedam dominam nostram sanctam Dei Genitricem Mariam specialiter diligens et in sacris eius ymaginibus suum circa illam affectum inclinando, adorando, thurificando et deosculando frequenter ostendens, cum quadam nocte in cellula sua oraret ipsamque matrem misericordie invocaret, tanto lumine ipse locus repletus est, ut meridianum solis fulgorem claritas immissa superaret. In ipsa claritate forma apparuit muliebris sub scemate virginis, tam corpore

*) eam, quia non licet tibi habere ymaginem für ymag. ipsam 2b.

3 ei. turris horreis 2a. b. — tactum totaliter in cin. est red. 2a. b. — 4 Et paruit 1a; Et apparuit 1b. — sacre yc. 1c; sanctissime virgini 2a. b. — 5 indiscretissimi ferv. 2a. b. — 6 desivisse 2b; sevisse 2a; diffinisse sententiam deb. 1b. — 8 exprimunt 2a. b. — 9 Quantum bis declaratum est fehlt 2a. b. — 10 declarandum est 1a. — 13 R. m. quidam frater ordinis Minorum fratrum Wig. nomine quod d. sum 2a. b. — 16 ym. fixum suum aff. 1b. — 17 effectum 2b. — 18 cella 1c. — 20 solis fervorem vel fulgorem 1c. — 21 app. f. mulieris 1c.

¹⁾ Dial. mirac. VII, 24. 45. 46.

²⁾ Poncelet, Anal. Boll. XXI (1902), 52 Anm. 2 verweist auf Wigerus, der 1226/27 als Propst der St. Peterskirche in Utrecht begegnet bei H. F. V(an) H(eussen), Historia episcopatum foederati Belgii I, Antverpiae 1733, S. 80. Wigerus, Wiggerus, Wigherus oder W. findet sich in der Tat urkundlich als 'prepositus S. Petri' in Utrecht 1224 bis März 1226 (L. Ph. C. van den Bergh, Oorkondenboek van Holland en Zeeland I, 1866, Nr. 283, 294, 296; Sloet, Oorkondenboek der graafschappen Gelre en Zutfen, 1872/76, Nr. 472, 486, 488, 493), aber auch noch im April 1228 (S. Muller, Regesten van het Kapittel von St. Pieter = Bijdragen voor een oorkondenboek van het sticht Utrecht II, Haag 1891, S. 5 Nr. 22) hat W. die Propstwürde inne, in der ihm im selben Jahre 1228 spätestens im Herbst Reimar gefolgt ist (Sloet, Nr. 518), der aber schon einmal im September 1225 als Propst erscheint (eb. Nr. 482). Hängt dieses wenigstens scheinbare Ineinandergreifen der beiden Amtszeiten mit dem Eintritt Wigers in den Franziskanerorden zusammen, der nach Caesarius' Angabe spätestens 1226 erfolgt ist?

quam habitu omnem decorem et ornatum mortalium longe transcens. Cumque ex insolito lumine femina turbaretur, ait illa: „Ego sum mater Christi; propter te veni, ut videas me. Accede ergo, dilecta mea, et in signum amoris osculare pedem meum“. Hoc verbo audito, cum aliquid suspicionis sancta mulier conciperet in corde suo, eo quod elationem saperet, respondit: „Quid est hoc, quod loqueris, domina mea dulcissima? Cum sis humillima et mater humilitatis, quomodo me invitas ad deosulationem pedis tui?“ Ad quod verbum visione fantastica disparente, dyabolus qui illam finxerat, presentie sue indicia relinquens, tanto fetore cellulam replevit, ut femina vix sustineret. 5 10

Angelus Sathane, sicut testimonium habemus ex divinis libris, sepe ‘transfiguratur se in angelum lucis’ (2. Cor. 11,14), terrorem incutiens, sed nulla consolatione mentem turbatam sublevans. Econtra visio angelica sive alicuius sancti mentem pavidam continuo relevat et consolatur, sicut habemus exemplum de matre Domini, quam in sermone angeli turbatam continuo consolatus est angelus dicens: „Ne timeas, Maria“ etc. (Luc. 1,30). 15

Quam inopportune dyabolus se ingerat hominibus, ut decipiat, exemplum subsequens declarat.

22. De scolari, qui dyabolo homagium fecit propter versus componendos. 20

In ecclesia sancti Symeonis dyocesis Treverensis¹⁾ scolaris parvulus erat. Hic cum die quadam, data sibi materia a magistro suo, versus ex ea componere nequiret tristisque sederet, soli sic sedenti dyabolus in specie hominis apparuit. Cui cum diceret: „Quid habes, puer, quod sic tristis sedes?“ respondit: „Magistrum meum timeo, quia de themate, quod ab eo suscepi, versus componere non valeo“. Et ille: 25

1 mort. multum tr. 2b. — 2 lum. mulier turb. 1a. — illa: Ne paveas nec formides, ego sum 2a.b. — 4 deosculare 2a.b. — meum. De hoc v. 1a. — 5 el. speraret 1a. — 8 ad deosculandum pedem tuum. Mulier sancta hiis dictis surgit et signavit se signo sancte crucis, statimque visio fant. evanuit. Dyab. autem, omnium iniquitatum auctor, qui iam finx. 2a.b. — 10 fet. ibi cell. replet 2b. — implevit 1a.b. — 11 ex div. scripturis 1b. — 12 terr. cernenti se inc. 1b. — 13 E converso 2a.b. — 14 continue 1a.b. — 15 exempl. in matre 1b; de beata virgine Maria, quam 2b. — 16 Ne timeas, invenisti enim gratiam apud dominum *schließt das Kapitel in* 2a.b. — 18 relacio für exempl. 1a. — 19 demonstrat 1c. — 22 Simeonis 1b. — 24 ex ea componendi et componere 1b. — 25 habes, bone puer 1a. — 26 ita für sic 1a; tam 2a.b. — resp. puer: Mag. 2a.b. — 27 de materiis quas 2a.b. — comp. nequeo 2a.b.

II, 22. Ausführlicher erzählt bei Pelbart (s. Katona Nr. 39). Vgl. Gesta Romanorum (ed. Oesterley) c. 153; Thomas Cantiprat., De apibus II 49 § 22; A. Kaufmann, Annalen XLVII (1888), 75 Anm. 1 (Teufel spricht in Versen, zu Dial. mirac. VI, 5, auch XI, 43). A. Hilka, Zur Geschichte eines lat. Teufelsspruchs (Nachrichten der Göttinger Ges. der Wiss., Philol.-hist. Klasse, Fachgruppe IV, Neue Folge I, 1, 1934).

¹⁾ Die Kirche St. Simeon (Porta Nigra) in Trier mit ihrem Stift.

„Vis michi facere homagium et ego versus tibi componam?“ Puer non intelligente, quid inimicus pretenderet, respondit: „Etiam, domine, paratus sum facere, quidquid iusseris, dummodo versus habeam et non vapulem“; nesciebat enim, quis esset. Porrexit ei manum, homagium ei faciens. A quo continuo versus dictatos in tabulis excipiens, dictatorem amplius non vidit. Quos cum tempore congruo magistro suo redderet, ille versusum excellentiam miratus expavit, divinam, non hominis considerans in illis scientiam. Qui ait: „Dic michi, quis tibi dictavit versus istos?“ Dicente puero: „Ego, magister“, cum ille non crederet, immo instaret, interrogationis verbum sepius repetens, confessus est puer omnia, que circa eum gesta sunt. Tunc magister: „Malus versificator erat ille, dyabolus scilicet“, et adiecit: „Fili, penitet te seductori illi homagium fecisse?“ Respondente puero: „Etiam, magister“, ait ille: „Modo abrenuntia dominio dyaboli et omnibus pompis eius“¹⁾.
 15 Et fecit sic. Cuius superpellicii manicas precipiens magister dyabolo iactavit, dicens: „Hec tua sunt, hominum seductor, nichil alius in hac Dei creatura possidebis“*). — Hec michi recitata sunt a priore quodam ecclesie Treverensis.

Quam diligenter dyabolus vias nostras observet, ex hoc quod sequitur facile perpenditur.

23. De monacho, cui dyabolus frequenter apprensus cum ipso loquebatur.

Est in ordine nostro monachus quidam, aliquando abbas, vir tam moribus quam etate maturus, et quia adhuc vivit, nomen eius supprimo.
 25 Huic demon quidam valde est infestus, in diversis locis et horis ser-

*) Statimque rapte sunt manice coram omnibus et fulminate sunt, corpore tamen pueri incorrupto, *fügen 2a. b. hinzu.*

1 hominum 2a. b. — 2 quod inim. omnium dyabolus tenderet ad malum suum, resp. 2a. b. — intenderet 1a. — 3 par. sum, domine 2a. b. — et non vapuler 1c. — 4 Porrectisque manibus hominum 2a. b. — ei manus 1c. — 5 in tabulam exprimens et eum ampl. 2a. b. — 6 non videns 1a. — temp. quodam congruo 1c. — 7 exp. mir. nimis, div. 2a. b. — 9 hos versus 2a. b. — 10 immo puerum diligencius instaret 2a. b. — sepius *fehlt 1b. c.* — 11 omnia secundum ordinem que c. eum gesserat 2a. b.; ipsum *für eum 1c.* — Tunc ait mag.: Fili, malus 2a. b. — 12 et sibi adi. Karissime, peniteat te sed. illi hominum fec. et manus porrexisse. Resp. 2a. b. — 14 abrenuncias 1a. b. — sathane *nach* dyaboli 1a; abr. dyabolo et dominio (hominio 2b) eius et omn. pompis eius et omnibus eius operibus. Et 2a. b. — 15 man. abscondens 1c. 2a. b. — 16 Hee manice tuum sunt hominum, sed 2a. b. — 17 michi dicta sunt a qu. pr. Trev. eccl. 2a. b. — 19 Quantum 1c; Quam *bis* perpenditur *fehlt 2a. b.* — 20 facilius 1b. — 23 Erat in 2a. b. — al. abbas *fehlt 2a. b.* — 24 quia *bis* supprimo *fehlt 2a. b.* — 25 erat inf. 2a. b.

¹⁾ Es ist die Formel der Abschwörung vor der Taufe. Zur Geschichte des Begriffes vgl. H. Rahner, *Pompa diaboli* (Zeitschrift für katholische Theologie 55, 1931, S. 239–273).

monem cum eo conferens; monachus vero, presumens de Dei misericordia necnon bona conscientia, illum non timet. Quotienscumque aliquid illum interrogat, semper demonem presentem sentit et ad respondendum paratum. Die quadam dum diceret monachus demoni: „Dic michi, ob quid tam sollicitè observas vias meas?“ respondit ille: „Ut te accusare possim coram summo iudice; quidquid enim egeris, quidquid locutus fueris, totum scribo“. Et ille: „Vides omnia, in quibus delinquo?“ Respondit demon: „Etiam“. Volens monachus probare, si verum diceret, ex industria aliquid egit, quod inpudicum videbatur. Postea loquens cum demone, cum diceret: „Vidisti hoc, quod egi pridie?“ rem non exprimens, respondit ille: „Vidi, quia presens eram; nam sic et sic fecisti“. Tunc monachus: „Fuit peccatum?“ Respondente demone: „Non, eo quod non mala intentione hoc feceris“, subiunxit sacerdos: „Adiuvo te per tremendum Dei iudicium, ut dicas michi veritatem, si hoc faciendo peccaverim“. Tunc dyabolus verbum valde notabile respondit: „Vide, si hoc fecisses coram iudice tuo“, nichil aliud adiciens, quasi diceret: „Si hoc facere erubesceres in oculis tui prelati, quanto magis erubescere debueras in oculis Dei“^{*)}. Ut enim taceam de angelis malis, qui sic opera nostra observant, ut illa accusent, valde nos a peccatis die ac nocte propter angelos sanctos, qui nobis ad custodiam deputati sunt et de nostra salute solliciti sunt, continere debemus, ne eis verecundiam ingerere videamur. De hiis custodibus dicitur Ezechie: ‘Super muros tuos, Iherusalem, constitui custodes’ (Is. 62,6). Sepe iste demon offert se monacho sepe dicto ad videndum, sed ille respondit: „Nolo, dyabole, videre faciem tuam, contempno lucem tuam“. Nocte quadam cum isset cubitum, dyabolus se sensibiliter iuxta eum in lectum iactavit, et cum monachus loqui non auderet, utpote post completorium, pugno illum tutudit, sonitu vocis

*) 2a.b fügen hinzu: Et ego tibi dico: Licenter homines peccant et sine numero ad infernum deducuntur, dum moriuntur. Ergo enim (tamen 2a) gratiam invenire non possum, quia in perpetuum (perpetuo 2b) dampnatus sum. Licet hic sim, non minus pene torqueor. Si in me esset gutta sanguinis et carnis, sustinuisse me penas ab initio mundi usque in diem iudicii optassem, millesies (que fügt 2b hinzu) verberari et ligari ad igneam statuum et consumi atque iterum recreari (et ligari bis recreari fehlt 2a) quam sic in perpetuum dampnari. Frater bone, hec pena esset michi tam brevis, quam esset agilis ictus oculi, quia finem sperarem, nunc vero nullum.

2 non timuit 2a.b. — 3 interrogare voluit (voluerit 2b) pres. s. et ad exponendum 2a.b. — s. persequentem dem. 1a. — 5 ut für ob 1c; quare tam 1b. 2b. — 6 possem 1c. 2b. — 9 al. elegit 1b. — 13 feceras 1a; fecisti 1b.c. — 20 a pecc. nostris die 1b; a peccato nos continere debemus die noctueque 2a.b. — pr. ang. bonos 1b. — 21 ad custodiendum 1a. 2a. — soll. ut nobis fiat (fiat fehlt 2b). Ergo licitum est nos bona opera exercere, ne per mala nostra eis verec. 2a.b. — 22 verec. inferre 1a. — De hiis bis 105,2 feriret fehlt 2a.b. — 23 dicit eccl. 1a.c; dicitur Eze 1b; dicitur Isaias Meister. — 24 supradicto 1a. — 25 Nolo, demon, vid. 1b. — 26 cum iret 1b; cum isset dormitum vel cub. 1c. — 27 in l. iacuit 1b. — 28 pugno eum percudit 1b.

eum depellens. Qui cum non recederet, pugno eum percussit, et visum est ei, quod utrem feriret.

Dyabolus cum sit iniquus et humane salutis contrarius, fit tamen nonnunquam nutu divino, ut non solum contra propriam voluntatem
5 humanam salutem non inpediat, immo mirabiliter satis promoveat.

24. De magistro Theobaldo, qui dyabolum compulit crucem predicare.

Cum ante paucos annos magister Theobaldus, cantor sancti Stephani in Maguncia¹⁾, in loco qui dicitur Mons sancti Remigii²⁾ crucem predicaret, tantus erat super eum in aere ventus a dyabolo concitatus, ut non posset audiri et nonnisi solum hominem signaret. Die sequenti predicante eo in Luthere³⁾, cepit dyabolus in fine stationis per os cuiusdam mulieris mugire sicut bos. Que cum adducta fuisset ad magistrum et ille interrogasset demonem de nomine,
15 cur vel unde veniret, sic de singulis respondit: „Abrianus vocor; ego sum, qui te heri inpedivi, ne posses aliquem signare. Missus sum deponere dubietatem“; quedam enim predicaverat et in predicatione promiserat, unde plures dubitabant. Tunc Theobaldus: „Quia per te heri, ut asseris, inpeditus sum, precipio tibi per virtutem crucis, quam predico, ut ipsam
20 predices mecum“, et iniecit partem stole collo eius. Qui cum valde invitus, coactus tamen crucem inciperet predicare et scultetus quidam eiusdem ville accedens pro anima patris sui crucem suscepisset, ille in eum irruit, frendens et clamans: „Nichil ei prodest“. Adiuratus tamen terribiliter, quatinus eiusdem anime statum proderet, respondit: „Heu! hodie
25 liberata est“. Ad quod verbum homines passim accedentes, demone predicante verbis valde compunctivis, signati sunt de manu Theobaldi

1 pugno iterum illum perc. *1b.* — 3 humano consilio contr., scilicet querentibus salutem, fit tamen aliquando nutu *2b.* — 4 nutu dei *1b.* — 8 dies für annos *1c.* — Tibaldus *1a.* — 12 in Lüchtere *1a.*; in alio loco *2a. b.* — 15 de sing. omnibus resp. *2a. b.* — 16 ne possis *1a. b.* — aliquid predicare *1b.* — sum ad te hanc dep. dub. Qui dum predicaveras et predicatione bona multa promiseras *2a. b.* — 18 dubitaverunt *1c.* — pro te *1a.* — 19 virt. sancte crucis *1c. 2b.* — 20 predices mecum et porrigas de manu tua hominibus, et iniecit p. st. in collo *2a. b.* — 22 pro se et anima p. sui et hic cr. a demoniaca susciperet *2a. b.* — illa *1a. 2a. b.* — clamans dicens: Nil *2a. b.* — 23 tamen a magistro demon tam terribile, ut ei. sculteti an. st. post suscepcionem crucis prod. *2a. b.*; ut ei für quat. eiusdem auch *1a.* — 26 compuncti *1b.* — sign. sunt ab eis, scilicet a magistro et a demone, usque ad homines oct. *2a. b.* — Tybaldi *1a.*

II, 24. Quelle sind die Sonntagshomilien, Band I, 145 f. Nr. 202, mit der Zeitangabe: 'ante paucos menses'.

¹⁾ Theobald begegnet als Cantor des Mainzer Stiftes St. Stephan 1223/24; s. Band I, 145 Anm. 1.

²⁾ Remigiberg südöstlich von Kusel in der Pfalz.

³⁾ Kaiserslautern in der Pfalz.

usque ad octingentos. Inter cetera occasione nacta et hoc verbum dicebat: „Quia vos, homines, misericordem habetis Dominum, idcirco licenter peccatis; si nos per penitentiam redire possemus sicut et vos, quanta haberemus sustinere“. Novissime et hoc adiecit: „Ammodo inter meos tam despectus ero sicut cloacarius inter vos“. Hec michi ab ore ipsius Theobaldi, qui est vir litteratus et religiosus, relata sunt.

Quam promptus sit ad nocendum dyabolus, cum data fuerit ei potestas a Deo, sequenti satis declaratur exemplo. Habet enim triplicem potestatem: nocendi, malignandi, subvertendi. Potestatem habet nocendi a Deo, exercitium malignandi a se ipso, facultatem subvertendi ab hominibus, quos facile subvertit, nonnunquam crudeliter punit.

25. De advocato, quem dyabolus tulit, dum iret facere exactionem.

Retulit michi quidam abbas ordinis Cisterciensis ante annos paucos in dyocesi Bremensi militem quendam fuisse diversarum villarum advocatum. Hic erat homo immisericors et avarus, frequentes et graves faciens in sibi subiectis exactiones. Die quadam propter exactionem faciendam cum ad villam quandam properaret, dyabolus in specie hominis se illi in itinere sociavit. Quem cum tam ex horrore quam ex mutua colloctione dyabolus intellexisset, ire cum illo satis pertimuit, nullo tamen modo, neque orando neque signando, ab eo separari potuit*). Cumque simul pergerent, occurrit eis homo quidam pauper, porcum in laqueo ducens. Cumque idem animal huc illucque diverteret, iratus homo clamavit: „Dyabolus te habeat“. Quo verbo audito advocatus sperans tali occasione ab illo liberari, ait illi: „Audi,

*) quia dampnatus et ei traditus a summo iudice fuit, peccatis suis exigentibus *fügt 2b hinzu.*

3 quantum hab. *1b*; qu. sustineremus *1c*. — 5 Tybaldi *1a*. — 6 relig. satis relata *1c*; dicta *für* relata *1a*. — 7 data sit *1c*. — 10 facilitatem *1a. b.* — 11 crudelitatis inicium *für* crud. punit *1b*. — 15 in diothesi Remensi *2a. b.* — 16 homo sine ulla misericordia neque timens deum neque dyabolus, avarus enim erat supra modum, frequ. *2a. b.* — frequenter gr. *1b*. — 17 subditos *1a*. — 20 ex nimia coll. *1a. c* (*nicht 1b*); ex m. oblocutione *2a. b.* — vehementer timuit *2a. b.* — 21 neque se sign. *2b.* — 23 ill. se div. *2a. b.* — 25 lib. posse, ait *1b*.

II, 25. Erschöpfende Literatur in Boltes Anmerkungen zu Pauli, Schimpf und Ernst Nr. 81. Besonders bekannt durch Chaucer's Friar's Tale; vgl. Skeat, Chaucer's Works III (1894), S. 450. Herolt, Promptuarium exemplorum M. 3. Herbert, Cat. of romances III, 592, 108 (= Margaret D. Howie, Studies in the use of exempla, Diss. London 1923, S. 124) und 639, 5 (= Chaucer Society, Originals and Analogues, 1888, S. 105). Tylor, Publications of the Modern Language Association of America XXXVI (1921), 35. Ulrich Jahn, Volkssagen aus Pommern und Rügen, 2. Aufl., Berlin 1889, S. 318 (kann nur literarische Reminiscenz von Strickers Fassung sein mit etlichen Ausschmückungen).

amice, porcus iste tibi datus est: vade, tolle eum“. Responc̄it dyabolus: „Nequaquam michi illum ex corde donavit, et ideo eum tollere non possum“. Deinde transeuntes per aliquam villam, cum infans fleret, mater in foribus domus stans turbida voce dicebat: „Dyabolus
 5 te habeat. Quid me fletibus tuis inquietas?“ Tunc miles *): „Ecce! hic lucratus es animam; tolle infantem hunc, quia tuus est. Ecce! mater eius tradidit tibi illum“. Cui dyabolus respondit ut prius: „Non enim michi illum dedit ex corde, sed talis est consuetudo hominibus loqui, cum irascuntur“. Incipientes autem appropinquare loco, ad quem
 10 properabant, homines ville advocatum a longe videntes et causam adventus eius non ignorantes, simul una voce clamabant: „Dyabolus te habeat, dyabolo bene venias“. Quo audito dyabolus caput movens et cachinnans ait militi: „Ecce! isti dec̄erunt te michi ex intimo corde, et idcirco meus es“. Et rapuit eum dyabolus in ipsa hora. Et quid de
 15 illo gestum sit vel quo eum deposuerit, usque in hodiernum diem ignoratur. Verba mutue confabulationis cum milite et dyabolo per famulum eiusdem militis manifestata sunt.

Audiant hoc exemplum pauperum exactores, quorum hodie innumerabiles sunt. Quid horribilius quam hominem inpenitentem in ipso
 20 actu sceleris vivum ducere ad infernum eternis penis cruciandum? Quam acriter hoc malum depredationis Deus vindicet, aliud exemplum declarat.

26. De milite, qui tonitruo percussus est, cum vidue raperet avenam.

25 Miles quidam, alicuius vidue domum intrans, inportunius institit avenam equo suo dari. Dicente illa: „Paupercula sum; quod postulas, non habeo“, miser ille solarium vidue ascendens, modicum avene, quam illic repperit, pallio suo inponens descendit. Qui cum exiret de domo, post tergum eius clamavit: „Tonitruum *) te hodie occīat“. Audivit

*) iterum sperans a suo socio liberari, ait *fügen 2a. b hinzu.*

**) „Tonitruo te percuciat Deus, iustus iudex viduarum et orphanorum“. Sic flendo pavida corde Deum deprecabatur *für Tonitr. te hodie occ. 2a. b.*

2 ex intimo corde (cordis 2b) 2a. b; de corde 1b. — 3 per aliam villam 2a. b. — 4 turb. atque irata voce 2a. b. — clamavit *für* dic. 1a. — 5 Quare me 1a. — 8 donavit *für* dedit 2b. — 9 quando *für* cum 1b. — propinquare 1a. b. — 13 Ecce illi 1a; Ecce michi datus es ab istis ex inicio et ex int. corde et idcirco michi iudicatus. Et r. 2a. b. — 14 meus eris 1c. — Sed quid 1b. — de eo 1a. 2a. b. — 15 direxerit 2a. b. — 18 hodie infinitus est numerus 2a. b. — mit 19 sunt *schließt 1c das Kapitel.* — 19 hom. inpen. rapere vivum et in ipso actu scelerum ducere (deducere 2b) ad inf. et. penis sine fine cruc. Quam acr. deus iudicet h. m. depr., al. exemplum declarabit 2a. b. — 25 cuiusdam v. d. intr. inportunus 2a. b. — 26 illa paupercula: Modicum possideo, quod postulas 2a. b. — postulatis 1c. — 27 miles ille 1b. — ascendit 1a. c (*nicht 1b*). — 28 repp. sinui suo 1a. — 29 post t. suum paupercula vidua clam. 2a. b. — Audivit hec verba miles iniquus et parvipendit 2a. b.

miles hoc verbum, sed parvipendit *). Et ecce! in ipsa hora vespertina audiri ceperunt tonitrua, fulgura choruscare. Tunc primum miles reversus ad cor, recordatus est verbi vidue cepitque timere et fugiens post hostium domus tonitruo ibidem percussus est. — Hec michi recitata sunt a sacerdote de Briske¹⁾, qui personas et locum, ubi ista contigerunt, optime novit. 5

Non solum predam, sed et usuram odit Dominus, utriusque vitii ultor. Pestes iste miserrime nascuntur de avaritia, que 'radix est omnium malorum' (1. Tim. 6,10). Usure malum quam sit periculosum et saluti quam contrarium, veracibus pandam exemplis. 10

27. De usurario, cui sanctus Iacobus pecuniam restituit, cum moreretur.

Usurarius quidam in civitate Treverensi manebat. Qui tempore quodam compunctus limina Sancti Iacobi apostoli in Compostella²⁾ visitavit, quinque libras expendens in itinere **). Reversus in domum suam usuris intendebat ut prius. Post aliquot annos graviter infirmatus, cum mori timeret, beatum apostolum frequenter invocavit, peregrinationis labores simul et expensas illi quasi ad memoriam reducens. „Sancte“, inquit, „Iacobe, recordare quod quinque libras expenderim in servitio tuo“. Cumque huiusmodi verbis apostolum inquietaret, beatus apostolos illi apparens et coram ipso stans ait: „Ego sum apostolus Iacobus, cuius limina visitasti“. Quo audito 20

*) oblitus preceptorum Dei: 'Iudicate pupillo, defendite viduam' (Is. 1,17) fügen 2a. b hinzu.

**) delicate in itinere vixit et, cum domi esset, nichil pauperibus erogavit fügen 2a. b hinzu.

1 Et ecce iussu dei circa horam vespertinam 2a. b. — 2 audire 1c. — 3 cepit timere et pavere et fug. in stabulum equorum, amens mentis sue, ib. ton. est perc., divina annuente potencia. Hec michi dicta sunt a sac., in cuius parrochia hec acta sunt, qui et personas novit schließen 2a. b das Kapitel. — 5 Briche 1b. — 6 contigerant optime novit. Nota de vindicta et plaga usure in sequenti exemplo schließt 1c das Kapitel. — 13 Us. aliquis 1a. c (nicht 1b). — 14 beati Iac. 2a. b. — 15 libr. argenti in it. expendit 2a. b; statt exp. am Rande consumpsit 1c. — 16 aliquos 1c. — 18 peregrinationes 1b. 2b. — 19 Iac., apostole dei, rec. quinque l. argenti, quas expendi in tuo sancto serv. 2a. b. — 20 Cumque hiis v. instaret, coram ipso apostolus stans ait 1b. — 22 lim. per tuas expensas vis. 2a. b.

II, 27. Daraus bei Herbert, Cat. of romances III, 615, 133.

1) (Ober-)Breisig am Frankenbach zwischen Burg Rheineck und Sinzig (Kreis Ahrweiler), 'Briseke' im Dial. mirac. III, 9. V, 26 und 33. VII, 7. XII, 57. Der 'sacerdos' weist auf Ober-Breisig; Nieder-Breisig wurde erst 1786 zur Pfarrei erhoben; s. Fabricius, Erläuterungen V, 1, S. 133 f.

2) Der bekannte Wallfahrtsort Santiago de Compostela in Spanien.

ille gavisus clamare cepit: „Sancte Iacobe, adiuva me“, crebrius illud repetens. Cui apostolus responc̄it: „Peccata tua te inpediunt; laboravi pro te, quantum potui, sed *) non profeci. Ecce! quinque libras, quas in meo servitio expendisti, in manu teneo, quas tibi restituo“. Usurario clamante: „Domine, domine, non illas recipere volo“, apostolus pecuniam panniculo involutam ad caput usurarii posuit et disparuit. — Ex quo probatur elemosinam de malo conquisitam Deo placere non posse. Hec michi a quodam presbitero religioso recitata sunt, qui se veraciter intellexisse dicebat.

10 28. De quodam, qui per quandam visionem, quam in horreo vidit, conversus est.

Henricus cellerarius superior de Hemmenrode¹⁾, sicut ab eius ore audiui, fratrem habebat ex parte patris, non tamen de thoro legitimo. Hic pecuniam modicam, quam habebat, ad usuram dedit. 15 Quod frater eius Henricus cognoscens durius arguit, usure periculum illi exponens et conversionis viam, per quam Deo pro peccatis satisfacere et penurie necessitatem evadere posset, instanter suadens; sed non acquievit ille. Contigit die quadam, ut per villam quandam transiens vestimenta sua linea, id est camisiam et femoralia, extraheret, 20 cuidam femine sibi note ad lavandum illa tribuens. Et cum ad manum non haberet alia, tunicam cum bracili²⁾ reinçuens ad villam remotiorem properavit. Cumque tarde venisset ad locum, hominibus dormientibus, ipse solus nemine sciente horreum cuiusdam curtis patris sui intravit. Et cum deessent ibi lectisternia, in quodam angulo eiusdem 25 horrei vestitus et calciatus supra stramina se cubitum deposuit.

*) et nil optinui. Demones habent eorum summo iudice multas accusationes pessimas, quas (que 2b) operatus es. Exigente iusticia, iudicatus es eternis penis puniendus für sed non profeci 2a. b.

1 cepit cum lacrimis dicens: S. Iac. apostole, adi. me, cr. expensas rep. 2a. b. — 3 in quantum 1c. — Ecce pecuniam quam 2a. b. — 4 consumpsisti für exp. 1b. — quam tibi 2a. b. — 5 domine, illas rec. nolo 1c. — 7 elem. male acquisitam 1a; elem. de m. lucro conqu. deo nec sanctis eius plac. 2a. b. — 8 Hec audita sunt a quodam, qui michi revelavit hec 2a. b. — dicta sunt 1a. — 12 Henricus 1a; fehlt 2a. b. — cell. noster sup. 1b; sup. fehlt 2b. — Heymenrode 1b. — 13 non bis legitimo fehlt 2a. b. — 16 pecc. suis satisf. 1c. — 17 inst. illi suad. Ille vero penitus consiliis eius non consensiens (senciens 2b), cont. ut die qu. de villa ad aliam villam properaret. Cumque tarde ven. (Z. 22) 2a. b. — 20 ad lav. sibi trib. 1a. — 21 hab. alias 1a. — 23 nem. sciencie 1b; nem. suadente 2a. b. — 25 calceatus 1b. — super str. 1c. — posuit 1a.

¹⁾ Er ist 1224 bis 1241/42 urkundlich bezeugt und vielleicht auch der Himmeroder 'maior cellerarius' Heinrich von Andernach, der 1219 begegnet; doch ist dieser vielleicht dem Abte Heinrich I. (1220—1226/29) gleichzusetzen und dann von dem Cellerar der späteren Jahre zu unterscheiden. Vgl. Wilkes, Himmerode S. 60.

²⁾ 'Brachile: lineum quo femoralia succinguntur'. Du Cange.

Nondum plene obdormierat, et ecce! strepitus magnus auditus est in horreo, quibusdam cum clamore precedentibus: „Cedite, cedite, date locum, quia domina nostra talis adveniet“. Mox accenderunt luminaria, loca accubitus preparantur *), officiales cum baculis, ut fieri solet, ingrediuntur. Deinde cum maxima pompa subsequitur ipsa regina, militibus cum pedissequis mire pulcritudinis comitantibus illam. Cum predictus homo ista videret et obstupesceret, unus ex cubiculariis virgam manu gestans horreum circumvit, omnes eius angulos considerans **). Qui cum venisset ad locum, ubi ille iacebat, stetit intuitusque eum terribiliter ait: „Quis es tu, qui hic cubare presumis in presentia domine nostre ***)?“ Cumque ille ad hanc vocem tremeret et taceret, mox subiunxit: „Depone cito pallium et revolutum in loco isto iacta“, locum ipsum baculo designans. Quod cum fecisset, precepto eius contradicere non audens, statim adiecit: „Exue festinanter tunicam et super pallium illam ponas“. Quo completo iussus est caligas cum calciamentis sibi extrahere et in eodem loco illa reponere, et fecit sic. Tunc †) ille: „Exue bracię et pone super calciamenta“. Qui cum illud more solito per femora detrahere vellet, prohibuit ille dicens: „Nequaquam fiet hoc, sed per partes superiores te illud extrahere oportet“. Quid plura? Cum maximo labore cinctorium idem brachiis obsistentibus per superiora extraxit, sicut ipse postea confessus est, ceteris vestimentis illud inponens. Hiis ita compositis ††), cubicularius terribili voce clamabat: „Surge velociter et egredere de horreo isto“. Cuius auctoritate ille miser pressus, nudus surrexit, ad hostium tendens. Cum illud tangeret, in se reversus manus in celum erexit, huiusmodi verbis Deo votum faciens: „Domine Deus“, inquit, „si me liberaveris de instanti periculo †††), fratris mei consilii acquiescam“. Ad quod verbum mox tota visio illa fantastica disparuit. Et ecce! nudum

*) coci (so Schönbach; toti 2a. b) et eorum servi cum eorum instrumentis supervenientes fügen 2a. b ein.

**) si aliquid ibi lateret, quod oculos domine regine sue offenderet, fügen 2a. b hinzu.

***) regine potentissime fügen 2a. b hinzu.

†) Extremum vero iussus est camisiam exuere et, vocatis (vocatus 2b) duobus tortoribus, duriter cum flagellis cesus est usque ad effusionem sanguinis für Tunc ille bis Z. 22 inponens 2a. b.

††) completis, terribili voce clamabat unus tortorum, dicens illi: „Fuge velociter et transi multitudinem hanc magnam, quia ab omnibus vapularis“. Ille autem reversus ad cor für compositis bis Z. 25 reversus 2a. b.

†††) ne (ut 2a) transeam multitudinem hanc terribilem de ipsis puniendus, fügen 2a. b hinzu.

1 Nondum pene 2a. b. — aud. est ab eo in h., qu. in clam. 2a. b. — 3 advenit cum maximo comitatu. Mox ibidem ignis accenditur, loca componuntur (ponuntur 2a), accub. preparatur 2a. b. — 5 sequitur 2a. b; ingreditur 1b. — 8 circuibat 1b. — ang. discrete consid. 2a. b. — 11 mox alter subi: Dep. c. p. tuum et revol. in locum istum 2a. b. — 13 ipso bac. 1a; illi bac. 2a. b. — 14 Exue cito tun. 2a. b. — 17 brachile 1b. — cum istud 1a. — 21 subsistentibus 1b. — 23 clamavit 1a. — 27 acqu. in omnibus. Ad 2a. b. — 28 fant. omnino disp. 2a. b.

se reperiens, valde miratus cepit considerare nuditatem suam et ea, que circa se gesta sunt. Reversus vero ad locum dormitionis, omnia vestimenta sua simul posita reperiens induit se et abiit*). Non multo post usura, in quantum potuit, restituta, per fratris auxilium in H e m -
 5 m e n r o d e receptus est in conversum. Cumque iniungerentur ei officia laboriosa, temptari cepit et a dyabolo victus ad seculum rediit ibique magis quam in religione manibus suis victus causa laborans post breve tempus vitam finivit.

Quos sibi dyabolus per usuram inviscerat, invite a se separari sinit.
 10 Quanta sit pena usurariorum, subsequens exemplum declarat.

29. De usuraria defuncta, cui serpens nummos in os misit.

Due sorores, defuncta matre, dimissam inter se dividebant substantiam. Ex quibus una satis modeste vixit, altera vero portionem suam
 15 mox ad usuram dedit. Cumque ex ea collegisset non modicum pondus pecunie, fieri sibi iussit archam firmissimam, usuras suas in illa reponens. Sorori vero, que pauperem et castam ducebat vitam, in nullo compatiens, alienavit se ab illa. Tempore quodam gravissimam incurrens infirmitatem, cum mori timeret, pro sorore misit, illa sperante,
 20 quod aliquid acceptura esset ab ea. Cumque venisset, ait illa usuraria: „Soror, graviter infirmor; peto, ut non deseras me, sed germanitatis causa michi in necessitatibus meis assistas“. Assensit illa, propositum sororis ignorans. Sentiens miserima mortem se evadere non posse,

*) Predictus iuvenis mane facto fratrem suum celerarium quesivit et omnia que viderat illi per ordinem recitavit. Ad quod frater respondit: „Redde usuram et recipe habitum nostrum, quia servire Deo regnare est“¹⁾, fügen 2a. b hinzu.

1 (valde bis nudit. suam fehlt) et omnia que acta sunt cepit considerare. Surgens vero ad locum 2a. b. — 2 se ipsum gesta 1a. — dorm. sue omnia 1b. — dorm. est reversus, vest. sua sim. pos. que exuerat cogente diabolo rep. ind. se et abiit 2a. b. — 4 consilium für auxil. 1a. — Heymenrode 1b. — Cumque bis 7 laborans fehlt 2a. b. — 8 fin. vitam schließt das Kapitel in 1c; vitam fin. Hec michi dicta sunt a fratre eius predicto celerario schließen 2a. b. — 10 declarabit exemplum 1b. — 14 alt. vero mox p. s. ad 2a. b. — 15 Cumque usuraria coll. 2a. b. — 16 fortissimam 1c. — in qua usuras reclusit 2a. b. — 17 vitam duxit 2a. b; vitam degebat 1b. — 20 illa us. sorori: Grav. 1c; (illa fehlt) us.: S. dilecta, grav. 2a. b. — 21 deseras nec derelinquas me 2a. b. — 22 Assentit 2b.

II, 29. Daraus ins Viaticum narrationum Nr. 76 übernommen (s. oben S. 8 f.). Ferner Herolt, Prompt. exemplorum V. 47; Bär, a. a. O., S. 20.

¹⁾ So ein Zusatz mehrerer Handschriften vor Vers 1 von Wipos Proverbia (ed. Bresslau, Die Werke Wipos³, SS. rer. Germ., 1915, S. 73): 'Deo servire est regnare'. Vgl. dazu Bresslau, eb. S. XLVII Anm. 1 über die Herkunft aus dem Meßgebet 'pro pace' in Alevis Anhang zum Sacramentarium Gregorianum (ed. H. A. Wilson, Henry Bradshaw Society Vol. 49, 1915, S. 200: 'Deus auctor pacis et amator, quem nosse vivere, cui servire regnare est') und über die Verwendung in Urkunden.

nacta occasione sorore emissa, ad cistam accessit et, duas ex ea tollens crumenas pecunia plenas, sub omni veste ad nudum corpus se illis cinxit, sic ad lectum rediens. Cumque reversa fuisset soror, ait illi: „Unam petitionem a te postulo, sorore karissima, quam michi negare non debes“. Promittente illa subiecit: „Hoc desidero, hoc peto, ut corpus meum, cum mortua fuero, a nullo permittas nudari, sed in eisdem vestibus, in quibus nunc iaceo, me in sepulchro ponas et sepelias“. Quid plura? Moritur misera et, sicut postulaverat, a sorore sepelitur. Dictum est viro potenti, ad quem villa pertinebat eadem, quod usuraria talis defuncta esset. Qui mox advocatum suum misit, ut pecunias dimissas tolleret. Veniensque in domum eius et a sorore pecunias requirens, simul et clavem de cista, cum illa utrumque se habere negaret, archam securi confringens aperuit, sed nil in ea invenit. Cumque pecunias a sorore innocente sublatas crederet et illa negaret, tormentis per totam noctem illam affecit. Tunc illa divinitus inspirata suspicionem habere cepit de supradicta petitione sororis necnon et de pondere corporis *). Quod cum recitasset advocato, mulieri parcens accessit ad sacerdotem, petens sibi licere effodere corpus usurarie. Quod cum ille abnueret, promissione **) corruptus concessit. Mira res: nudato corpore viderunt ambo, videlicet sacerdos et advocatus, corpus maximo cinctum serpente, qui caput frequenter et festinanter in crumenas mittens in os mulieris proiecit cenarios extractos ***). Quo viso territi valde clamaverunt: „Reicite terram velociter; dyabolus enim est, qui suum vasculum punit eique illudit“. Revertensque ad dominum advocatus, que viderat illi recitavit. — Hec magister [Iohannes] abbas Sancti Trudonis¹⁾ in stationibus suis aperte predicavit, ante paucos annos factum asserens. Si corpus huius mulieris

*) dicendo eam circa corpus suum pecuniam ligatam forte crumenis secum habere in sepulchro *fügen 2a. b. hinzu.*

**) quasi coactus, timens offensam advocati, *für prom. corr. 2a. b.*

***) ardentis igneo colore *für extractos 2a. b.*

1 em. cistam (sistam 2b) adiit et 2a. b. — 2 plenas, vestibus exutis, ad n. c. illas cingit sicque 2a. b. — 3 rev. esset soror, ait illi usuraria: Unam petition. peto a te, soror 2a. b. — 5 illa subiunxit illa: Hoc des., hoc diligenter peto 2a. b. — 6 nud. nec tangi, sed 2a. b. — 7 vestimentis 1b. — 8 miserima 2a. b. — 9 quem illa cum corpore pert. quod 2a. b. — 10 mortua *für* def. 2a. b. — 11 qui pecuniam dimissam totaliter toll. 1c. — 12 pecuniam 1c. 2a. b. — 14 pecuniam 1c. — 15 afflixit 1c. — 20 sac. et adv. usurarie cinctum duobus serpentibus maximis, qui 2a. b. — 22 mittentes in os mul. proiecerunt den. 2a. b. — 23 clam. omnes qui aderant: Reic. 2a. b. — 24 vassiculum 1c; vasculum 1b; vas 2a. b. — Revertentes de sepulchro venit ad dom. 2a. b. — 25 Ioh. *nur in 1a, fehlt 1b. c. 2a. b.* — 27 *mit* asserens *schließt das Kapitel in 1c.* — huius usurarie datum fuit serpentibus 2a. b.

¹⁾ Vgl. I 1. II 14. 35 (oben S. 18, 2. 91, 21; unten S. 119, 27).

peccatricis datum fuit serpenti, immo dyabolo per serpentem ad illudendum, quantam fuisse putamus penam anime? Revera intollerabilem.

Quam diligenter observet demon calcaneum (vgl. Ps. 55,7), id est finem nostrum, aliquibus ostendam exemplis.

5 30. De cive Susaciense, qui moriens auxilium filie
sue imploravit.

In Susacia¹⁾ oppido dyocesis Coloniensis civis quidam in extremis laboravit. Cumque circa medium noctis ante illius lectum uxor eius seceret, maximus illam horror invasit; nam in ipsa hora
10 lumen, quod ante ipsum infirmum ardebat, extinctum est. Que cum surgeret et in camera exteriori lumine reaccenso ad maritum rediret, exspirasse illum repperit. Habebat enim filiam sanctimoniam in cenobio sancte Walburgis, quod est extra murum eiusdem civitatis²⁾. In ipsa autem hora, qua spiritum reddidit, spiritus, ut putatur, morientis
15 spondam inpellens filie dormientis valide clamavit: „Filia, adiuva me“. Ad quam vocem mox illa evigilans in medio dormitorio lectulum suum positum repperit, non tamen intelligere potuit, quid res portenderet, cum tamen vocem patris plene cognosceret. Nam ex ipsa sponde stridentis motione et vocis clamore nonnullae ex sororibus expergefacte
20 sunt. Quibus cum mane innotesceret mors predicti civis, edicebant, sicut satis credibile est, quod anima egressa, inopportunitatem malignorum spirituum sustinere non valens, contra illorum incursum et occursus filie, que sacra virgo fuit, imploravit auxilium. Erat enim homo secularis, seculariter vivens et ideo in hora illa terribili orationibus filie
25 spiritualis plurimum indigens. — Vir venerabilis Lupertus, prior de

1 per serp. fehlt 2a. b. — 2 dicam für fuisse put. 2a. b. — intoll. fuisse schließen 2a. b. das Kapitel. — 7 civitate für oppido 2a. b. — 8 laborabat 2a. b. — 10 ipsam stetit et ard. ext. est. Que surgens, ut lumen accenderet, ad mar. rediens, horribili morte ill. exp. 2a. b. — 11 exteriori 1a. — 12 feminam sanct. 1b. — 13 Walpurgis 1a. — murum predictae civ. 1a. b. — 14 spir. emisit 2a; spir. emissa 2b. — ut putant 1c. — 15 spondas 2a; sponsam 2b. — clam.: F., adi. me, dilecta filia, adiuva me, quia pereor (perio 2b). Ad 2a. b. — 16 lectum 1a. 2b. — suum repp. motum a loco, in quo stare consuevit, non 2a. b. — 17 pertenderet 2b; pretenderet 1b. 2a. — 18 ex ipso clamore et sponde str. m. (moticione 2b) omnes sorores 2a. b. — 19 modicione 1c. — 20 mane facto inn. 2a. b. — dicebant 1b. c. — 21 malorum spir. 1a. b. — 23 quia für que 1c. — inploraverit aux. 1c; aux. petebat 1b. — 24 viv. in peccatis et in h. mortis sue or. f. multum indigebat 2a. b. — 25 Hubbertus 1b; Lup. fehlt 2a. b.

¹⁾ Soest in Westfalen.

²⁾ Das Augustinerinnenstift St. Walburgis, eine Gründung des Erzbischofs Reinald von Dassel, lag im Norden vor Soest, bis es im 15. Jahrhundert in die Stadt verlegt wurde.

Fusenich ¹⁾), a quo ista que relata sunt didici, tam patrem quam filiam optime novit.

Quam inportune maligni spiritus morientibus instent, ut eos apud summum iudicem accusent, ex subsequenti exemplo conici potest.

31. De mortuo, qui vivos sibi detrahentes arguit. 5

Retulit michi quidam prior de ordine nostro, quod dicturus sum. Quidam, inquit, homo secularis mortuus est et in feretro positus. Circa crepusculum tres ex amicis eius circa feretrum sedentibus non pro eo orare, sed detrudere ceperunt. Ex quibus unus dicebat: „Vere homo iste valde dolosus erat“. Cui alter respondit: „Verum dicis *); quidquid enim loquebatur, mendacium fuit totum“. Quibus tertius consentiens et ipse male de eo locutus est. Cumque mortuo vivi detraherent atque iudicarent, ille de feretro se erigens hiis verbis respondit: „Deus vobis ignoscat, o amici mei, quia valde male locuti estis verbum apud summum iudicem Deum“ (**). Statimque se reclinans iterum obdormivit. 15

Satis credibile est malignos spiritus cum angelis sanctis eadem hora pro anima hominis defuncti disceptasse et testimonium illorum trium contra eum invocasse. Non ergo bene faciunt, qui mortuis detrahunt (***), eo quod iustum iudicem habeant Deum et nimis immiseri- cordes accusatores demones. Quam parati et infatigabiles sunt eos, 20 quos ad penas ducunt, tormentare, subsequens lectio declarat.

*) et traditor erat, in lingua mel gerebat et in corde fel fügen 2a. b hinzu.

**) iudicantes, quod vobis incognitum est, qualiter vixerim et quomodo me Deus iudicaverit. Hiis dictis statim für Deum. Statimque 2a. b.

***) et male de eis loquuntur, ipsos iudicantes fügen 2a. b hinzu.

1 Fûsenich 2a. b; Vosenich 1a; Susenich 1c. — de F. hoc michi dixit qui patr. et fil. opt. novit schliessen 2a. b das Kapitel. — que dicta sunt 1c. — mit novit schließt auch 1c das Kapitel. — 3 Quod 1b. — et für ut 1a. — 4 haberi für conici 1b. — 7 feretrum 1a. — 8 eum für feretrum 1a. — 9 dixit 2a. b. — ille homo 2b. — 11 loqu. totum menciabatur 2a. b. — tercius addidit: Fur et adulter fuit (erat 2a). Cumque 2a. b. — 12 mortuo viri 1c. 2b. — atque ipsum, ut intellexistis, iudic., ipse de fer. se erigebat 2a. b. — 14 ign., non am. mei estis, sed inimici, quia v. m. estis loc. de me coram summo iudice 2a. b. — 15 obdorm. schließt das Kapitel 1c. — 17 disputasse 1b. — testimonia 2a. b. — 18 enim für ergo 1b. — 19 deum et impios (pios 2b) accus. demones schließen 2a. b das Kapitel. — 20 Quod (parati et fehlt) 1 b. — 21 sequens 1b.

II, 31. In die Sammlung des Viaticum narrationum Nr. 20 übernommen; s. oben S. 8 f.

¹⁾ Vgl. oben II, 2 (S. 77, 3).

32. De converso de Dûs, qui a mortuis suscitatus, que in penis viderat, declaravit.

Est domus in episcopatu Cameracensi nomine Dûs¹⁾ ordinis Cysterciensis. In hoc conversus quidam fuit et adhuc est, Waltherus nomine, de quo mira visa sunt et audita. Veniens ad ordinem, nimis inordinate vixit, de signis otiosis verbisque superfluis modicum curans et, cum levis in moribus esset frequenterque regulas silentii frangeret, culpam occultam medicina confessionis curare non curavit. Volens pius Dominus tam ei quam ceteris per eum ostendere, quantum ei displiceat, si studium religionis professor negligat levitatibusque intendat, conversum eundem gravissima infirmitate flagellavit. Qui ad extrema deductus et in matta positus, in oculis totius conventus expiravit. Cumque nudatus esset ad lavandum, cepit corpus totum eius ad instar picis nigrescere, deinde post paululum verti in igneum ruborem et postea candescere ut nix, novissime autem ad similitudinem fecis turbidum effectum est. Videntes hec qui aderant, mirati sunt valde, quid defuncti corporis tam multiplex mutatio portenderet, prorsus ignorantibus. Cumque stupidi starent et rei exitum expectarent, post horas aliquot, qui mortuus fuerat, revixit, oculos aperiens et ingemiscens. Interrogatus de statu suo respondit: „Audite, fratres, et advertite! Mores pueriles, levitates verborum sive signorum culpam putans esse modicam, quid de hiis sentiendum sit, in tormentis ego miser didici. Quando anima mea egressa est de corpore meo, missa est in picem, et eadem hora, sicut vidistis, ipsum corpus piceum induit colorem. De qua extracta iactata est in ignem ferventissimum, ex quo etiam ipsum corpus rubei coloris effectum est. Cum vero illud vidistis albescere, in aquas gelidas missa est anima mea. Deinde in cacabum aque ferventis projecta est, quam penam color luteus corporis mei declaravit. In hiis penis obiecta michi sunt a demonibus peccata mea, levitates et negligentie, quas in ordine committens parvipendebam. A quibus per fla-

3 in diocesi Cam. 1b. — Camerensi 1c. 2b. — Dus 2a; Dos 2b. — 4 et adhuc est fehlt 1c. 2a. b. — Waltherus 1a. — 6 minus ordinate 1b. — 7 et cum bis frangeret fehlt 2a. b. — regulare silentium 1c. — 8 medicinam conf. (curare fehlt) 1c. — 10 prof. ordinis negl. 2a. b. — 12 impositus 1b. — 13 nudus 2b. — totum fehlt 1a. b. — 14 converti 1b. — 15 ad modum fecis lividum 1b. — 17 protenderet 2b; pertenderet 1c; pretenderet 1b. 2a. — 18 stupide 1c. — post h. aliquas 1c; post horam (al. fehlt) 2a. b. — mort. fuit 1c. — 19 et graviter ingem. 2a. b. — 21 spirituales für pueriles 1a. — et ordinis transgressionem für sive sign. 2a. b. — 22 mod. maxime quid (quid fehlt 2b) 2a. b. — sciendum 1c. — 26 rubeum factum est 2a. b. — 27 missus sum, dann anima mea nach proi. est 2a. b. — 28 lucens für luteus 1b. 2b. — 29 levitates bis parvipend. fehlt 2a. b.

¹⁾ Das Kloster Ter-Doest bei Lisseweghe (nördlich von Brügge) in Westflandern lag nicht in der Diözese Cambrai, sondern im Nachbarsprengel Tournai, wie schon Meister angemerkt hat. Vgl. Janauschek, Orig. Cisterc. S. 173.

gella ferrea tam gravem et tam intollerabilem accepi disciplinam, ut nullum vas eneam illarum penarum pondus sustinere sufficeret, immo contracta et quasi in pulverem comminuta nequaquam subsisteret. Cumque omnipotens Deus ex iustitia sua me salvare non posset neque ex nimia sua misericordia dampnare vellet, ad corpus me redire iussit, ut, quanta pena debeatur peccantibus, tam verbo quam exemplo nuntium viventibus“. Confessus est postea idem conversus se quosdam tam ex monachis quam ex conversis in locis iam dictis penarum vidisse eadem peccata actitare, que vel in seculo vel in monasterio fecerant nec fuerant confessi. Quos secrete et singillatim ad abbatem ducens eisque que viderat obiciens ad veram adduxit penitentiam. Vivit enim adhuc ille Walterus, vir bonus et religiosus, et ab eo tempore quo revixit corpus suum cruciare et conscientiam suam accusare non cessans. De quo que dicta sunt audiens Walewanus conversus in Hemmenrode¹⁾, homo, cui propter sanctitatem vite merito credendum est, locum adiit et fratrem Walterum requisivit et invenit. Ex cuius ore universa que dicta sunt audiens, — non enim ei suffecit testimonium aliorum — michi omnia per ordinem recitavit.

Ut enim taceam de peccatoribus et adulteris, etiam innocentes, qui nil peccaverunt, peccata minima post mortem inpediunt.

33. De puella, que zonas psalterii furata vultum sancte Marie videre non potuit.

Puella quedam parvula, circa sex annos etatem habens, psalterium didicit. Die quadam in psalterio alterius puelle zonas pulcras, quibus folia discernantur²⁾, videns et concupiscens. latenter illas tulit suoque psalterio illas inseruit. Non multo post eadem puella defuncta est. Nocte quadam matri in sompnis apparens ait: „Mater mea, dominam meam sanctam Mariam nondum videre potui propter zonas tales, que

2 immo bis subsisteret *fehlt 1b.* — 5 permisit *für* iussit *2a. b.* — 6 tam verbis *1a. b.* — 7 conv. se vidisse et audivisse demones monachos quosdam accusantes de peccatis, que gesserant. Quibus peccata recitavit et ut conc(e)ilio abbatis uterentur consuluit *schließt das Kapitel 2a. b.* — 10 sigillatim *1a.* — 12 idem *für* ille *1b.* — 14 sunt hec aud. Walebanus *1a.* — Heymenrode *1b.* — 17 test. illorum *1b.* — 23 Puellula parv. *1a. b.* — 24 pulcherrimas *2a.* — 25 discernuntur *1b;* disternantur *2a. b.* — 26 multo tempore post *1c.* — 27 Mi mater, domina mea virgo Maria faciem suam a me (*fehlt 2b*) abscondit (abstulit et abscondit) *2a. b.*

¹⁾ Ueber ihn, einen früheren Ritter, und seinen rittermäßigen Eintritt ins Kloster s. Dial. mirac. I, 37 (vgl. dazu Hans Naumann, Wandlung und Erfüllung, Stuttgart 1933, S. 121 ff.).

²⁾ Ueber mittelalterliche Lesezeichen vgl. W. Wattenbach, Das Schriftwesen im Mittelalter³ (1896) S. 396 f., der aus einem Wörterbuch anführt: 'Registrum, register vel buch schnur, in proposito est zona vel multitudo zonarum interposita foliis quaternorum, ut scriptura quae quaeritur citius inveniatur et facilius inveniri possit'.

in psalterio meo sunt, eo quod furtive tulerim eas; semper enim ante oculos meos moventur, aspectum pulcritudinis eius et radios contemplationis mee impediētes“. Mater vero de sompnis expergefata et de filie verbis satis mirata mox surrexit, psalterium tulit et zonas consideravit. Consideransque ita esse, ut audierat, ablata restituit et, sicut

5 satis credibile est, per hoc filiam a supradicto impedimento liberavit. Purgatorium eiusdem puelle fuit dilatio divine fruitionis. Nec mireremini, si dixerim infantes aliquos transire per purgatorium, cum beatus Gregorius infantem quinquennem esse asserat magnum

10 gehenne filium¹⁾. Puella supradicta concupivit, quod non suum esse scivit. Propter quod infantes, postquam venerunt ad tale tempus, in quo aliquid possunt inter bonum et malum discernere, in confessione de peccatis, que illa etas committere solet, ut interrogentur a sacerdote sub typo confessionis, tutum est. Nam confessio oris cum contri-

15 tione cordis in hora mortis in hiis qui peccaverunt summe necessaria est; ait enim Dominus: ‘Qualem te invenero, talem te iudicabo’ (vgl. *Ezech. 7,3*). Sed sicut propheta David dicit: ‘Incerta et occulta’ sunt iudicia Dei (vgl. *Ps. 50,8*). Quidam, sicut subsequētia declarabunt exempla, per mortem ad divinum iudicium properantes per contemptum

20 penitentie et actum malitie efficiuntur multo deteriores quam ante, ut eis adaptari possit illud prophete: ‘Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, et non intrant in iustitiam tuam. Deleantur cę libro viventium et cum iustis non scribantur’ (*Ps. 68,28—29*). Et cum ipsi exeant condemnati, etiam heredes suos condemnant. Tales sunt predones,

25 usurarii et avari, qui, ut heredes ditare valeant, penas gehennales intrare non curant. Audite crudele factum.

34. De matrona, que abbati de Alta Silva mendacium impingens, in lingua punita est.

Matrona quedam dives satis iuxta Altam Silvam²⁾, que est

30 domus ordinis Cysterciēsis, graviter infirmata est. Cumque

1 tuleram 1b. — 3 de sompno 1c; ex sompnis 2a. b. — 4 admirata 1b. — 5 aud. a filia, ablata 2a. b. — 7 div. visionis 1b. — 9 sanctus Greg. 2a. b. — quem non für quinqu. 2b; inf. quemdam non quidem magnum ass. 2a. — 11 venerint 1b; pervenerunt 1a. — 12 possit 2b. — 14 tutum est et utile. Nam 2a. b. — 16 invenio 2a. b. — iudico 1c. — 18 mit iudicia dei schließt das Kapitel in 2a. b. — sequētia 1b. — declarant 1a. — 21 super iniqu. usque in viscera tua et deleantur 1c.

¹⁾ Gregor d. Gr., Dialog. IV, 19 (ed. U. Moricca, *Fonti per la storia d'Italia*, 1924, S. 257): ‘nam quidam vir — filium habuit annorum, sicut arbitror, quinq̄ue — qui, parvuli animam neglegens, non parvulum peccatorem gehennae ignibus nutrissit’.

²⁾ Haute-Seille bei Cirey nahe der früheren deutschen Grenze in Lothringen (dép. Meurthe [bis 1918 Meurthe-et-Moselle], arr. Sarburg, cant. Lörchingen); vgl. Janaschek, *Orig. Cisterc.* S. 60. Dort lebte der Mönch Johannes, der Verfasser des Dolopathos, einer Fassung der *Historia septem sapientum* (ed. A. Hilka, *Sammlung mittellateinischer Texte* 5, 1911).

spes modica esset de eius vita, vocavit filium suum, virum honestum, dicens ei: „Fili, dominus abbas de Alta Silva tenetur nobis in tali summa pecunie“, satis gravem exprimens, „quam ego illi secreta diversis temporibus, secundum quod ipse petivit, accommodavi“. Cui ille respondit: „Bene fecisti, mater, michi ista dicendo“. Qui statim ad abbatem pergens, que a matre auclerat, exposuit. Cui abbas de conscientia sua securus respondit: „Numquam aliquid debui matri tue neque illa aliquid pecunie umquam accommodavit michi“. Dicente illo: „Domine, rogo ut adeatis matrem meam, priusquam moriatur, audiatisque ex ore eius“, respondit abbas: „Valde libenter“ venitque ad eam. Cui cum diceret misera: „Rogo vos, domine abbas, ut pecuniam, quam vobis accommodavi, filio meo assignetis“, negante abbate et dicente: „Numquam michi a vobis prestitum est“, mox illa subiunxit: „Si non concessi vobis pecuniam istam, nunc decem, nunc viginti, nunc triginta vel quadraginta libras, secundum quod postulastistribuendo, ‘hoc michi Deus faciat et addat’ (1. Reg. 14,44), ut linguam, per quam protestor hoc, mox de ore meo evomam“. Et ecce! iusto iudicio Dei actum est, ut in instanti linguam falsiloquam cum maximo tormento eiceret, ita ut palato adherens usque ad medium pectoris protenderetur. Videns ista filius eius supra modum expavit dixitque abbati: „Domine, pergite ad domum vestram, quia satis apparet in hoc crudeli facto vos esse innocentem et matrem meam errasse“. Revera hec mulier apposuit ‘iniquitatem super iniquitatem’ suam (vgl. Ps. 68,28), ut demones invenirent, quod amplius in illa punirent.

Quantum vero Deus parcat, immo quantum glorie conferat hiis, qui mala proximis non ingerunt, sed, quod salubrius est, ingerentibus ignoscunt, ex subsequenti capitulo declaratur.

35. De occiso in Hollandia, qui inimicis ignoscens in paradysum receptus est.

Sicut retulisse me memini in Omeliis dominicalibus, vix anni

1 hon. et discretum, dic. ei: Fili mi, dom. abbas et conventus de A. S. tenentur 2a. b. — 3 grav. summam expr. 2a. b. — 4 indigebat für pet. 1b. — 5 fecistis 1c. — statim sicut discretus homo ad 2a. b. — 7 resp.: Notum est deo, quod numquam 2a. b. — 8 Domine, ego rogo, ut audiatis 1c. — 10 lib. surgensque abbas valde (v. fehlt 2a) festinanter venit 2a. b. — 12 assign., si morior. Negavit abbas et ait: Deum attestor, numquam michi aliquid accommodastis, quod vobis non persolverim. Mox 2a. b. — 14 nunc decem nunc fehlt 2a. b. — 18 ut statim ling. 1c. — cum magno torm. 1c; cum max. cruciatu 2a. b. — 19 protenderet 1a. b. 2b. — 20 eius multum exp. 2a. b. — 21 pergatis 1a. — ad claustrum vestrum 2a. b. — 22 creduli facto 1a. c (nicht 1b). — meam male err. 2a. b. — mit errasse schließt das Kapitel in 1c. — 25 Quantum bis declaratur fehlt 2a. b. — 30 Sicut legisse me 2a. b; Sicut bis 119,1 contigit fehlt 1c.

II, 35. Quelle sind die Sonntagshomilien, Band I, 163 Nr. 243. Auch bei Herbert, Cat. of romances III, 587, 72. Eine ältere Fassung mit dem Zuge, daß 'das Christusbild in der Grabeskirche zu Jerusalem sich vor dem neigt, der den Vatermord verzieh, s. in Band I, 143 Nr. 197 (mit Literatur) und unten im Anhang S. 132 Nr. 4 (II, 35 bei Meister).

tres¹⁾ elapsi sunt, quod casus iste contigit in Hollan dia. Tres germani, viri admodum honesti, ex improvise inimicis suis occurrerunt. Ex *) quibus duo mox occisi sunt, tertius vero usque ad mortem deductus est. Qui cum illis abeuntibus adhuc spiraret, venit sacerdos, locutus est ille
 5 et confessus. Cui cum diceret sacerdos: „Dimitte occisoribus tuis, ut Deus, qui dicit: ‘Dimittite, et dimittimini’ (*Luc. 6,37*), dimittat tibi peccata tua”, respondit ille: “Quomodo potero hoc facere? En, ut vides, duos fratres meos iuxta me occisos intueor, me autem usque ad mortem vulneraverunt”. Illo cum instantia suadente, iterum respondit: “Si mortuus fuero, Deus illis dimittat; si vero convaluero, ego vindicabo”. Cui-
 10 sacerdos: “Deus precepit, ut de corde dimittatur”, et adiecit: “Ego tibi dico in veritate que Deus est: si non dimiseris eis, mox ut exspiraveris, ibis in gehennam; si vero dimiseris illis propter Deum, faciens de necessitate virtutem, Deus tibi dimittet omnia peccata tua et heres eris
 15 vite eterne”. Ad quod verbum homo compunctus ait: “Ego de corde illis dimitto, et si Dominus concesserit michi vitam, ego omnes consanguineos et amicos, ne vindicent, quantum potuero, sine simulatione inducam”. Sicque post paululum defunctus est. In ipsa hora mortis de castro vicino magna claritas super corpus eius visa est. Et ecce! post horam
 20 anima ad corpus revertente, cepit loqui homo ad circumstantes et testificari, quam salubre sit ignoscere inimicis. “Deputatus”, inquit, “eram penis infernalibus; sed quia meis occisoribus dimisi ex corde culpam, cum tamen me vindicare non possem, Christus citius me recipiet in eternam quietem; idcirco enim redire permissus sum, ut ista vobis intimarem. Et ut sciatis vera esse, que dixi, ecce! mox morior et paradisi portas ingredior”. Quod et factum est. — Hec michi relata sunt a magistro Iohanne, abbate Sancti Trudonis²⁾, qui eodem tempore crucem in partibus illis predicavit.

*) et extractis gladiis ex utraque parte certamen inierunt. Et videlicet fratres für Ex quibus 2a. b.

2 adm. fortes et hon. 2a. b. — 3 deductus: so 1b; fehlt 1c; vulneratus deductus 1a; vulneratus 2a. b. — 5 ut et deus 2a. b.; ut dominus dicit 1b. — 6 qui precipit 2b; qui precepit 2a. — ut dimitt. 1c. — tibi omnia pecc. 2a. b. — 7 videtis 1c. — 10 vind. fratres meos, si potero. Sac. 2a. b. — 11 precipit 1a. — de puro corde 2a. b. — 12 spirav., dampnaberis in perpetuum et ad infernum duceris; si vero dim. eis per Ihesum Christum, fac. 2a. b. — 14 eris heres regni celorum. Ad 2a. b. — 16 illis pure dim. 2a. b. — 18 post paul. exspiravit. In i. h. m. sue de 2a. b. — 19 super eum visa 1a. — 20 ad circumst. bis inimicis fehlt 2a. b. — 21 eram ignibus iehennalibus 1c. — 23 potius für citius 2b; ocius Homilie. — recipiet: so 1b; recepit 1a. c. 2a. b. — 24 in vitam etern. et qu. 1c; in etern. requiem 2a. b. — 24 red. me permissum est 1c. — 25 moriar 1c. — et regni portas 2a. b. — 26 michi dicta sunt 2a. b. — 28 in istis p. 1a.

¹⁾ ‘Nondum annus dimidius elapsus est’ die Homilien.

²⁾ S. oben S. 13 Anm. 1.

Quia iam satis probatum est tam sententiis quam exemplis, quam sit periculosum iniurias vindicare sive in corde servare rancorem, et quam utile sit etiam propter Christum utrimque dimittere, studeat unusquisque Vestrum non solum fratri, sed omni homini in se peccanti dimittere, ut coram superno iudice de peccatis suis rationem positurus dicere possit: "Ecce, Domine, implevi, quod iussisti; redde nunc, quod promisisti: dimisi, dimitte". Ecce! fratres, in homine isto Deus ostendit misericordiam suam, in femina supradicta ¹⁾ iustitiam. Quibus vult, miseretur et, quos vult, iudicat (*vgl. Rom. 9,18*). Referam et aliud divine bonitatis indicium.

36. De nobili viro de Hengebach, cuius vite quindecim anni superadditi sunt.

In *) Hengebach ²⁾ vir quidam nobilis erat, cuius adhuc quidam in corpore superstitis meminisse dicuntur. Hic quodam tempore graviter infirmatus usque ad extrema deductus est. Cumque desperatus iaceret et agonizaret, germana eius, femina religiosa, pro salute anime eius sollicita capellam que in castro erat intravit, cum lacrimis et contritione cordis Deo pro illo supplicans. Et ecce! illa orante, reverenda quedam persona in spiritu agonizanti apparens ait: „Propter orationem sororis tue distulit te Dominus, et ecce! quindecim anni vite tue adiciuntur ³⁾. Et ecce, ut scias verum esse, quod dico, capillos tuos manu mea precido“ (**). Solebant tum temporis milites capillos mittere. Revertente sorore, cum sciscitaretur a fratre, quomodo haberet, respondit ille: „Melius quam habuerim; nam propter orationes tuas et

*) In diocesi Coloniensi est castrum situm nomine Hengebach (Hengebac 2b). Ibi (ubi 2a) quidam nobilis et dives morabatur für In bis dicuntur 2a. b.

***) tibi et in fenestram hanc pono fügen 2a. b hinzu.

1 Quia bis 10 indicium fehlt 1c; Quia bis 3 utr. dimittere fehlt 2a. b. — 3 studeat bis 4 pecc. dimittere fehlt 1b. — 4 non s. fr. sed fehlt 2a. b. — ut in extremis domino dic. possit (posset 2b) 2a. b. — 7 dimitte michi peccata mea, que me gravant schließt 2a. b das Kapitel. — 9 vult indurat (mit der Vulgata) 1a. — 13 Hengebach 1b. — 15 ad extremum 1a. b. — 16 agonizatus 1c. — salute corporis et anime 2a. b. — 17 ingreditur cum lacr. et intencione cordis 2a. b. — 19 oraciones 2a. b. — 20 te deus 1c. 2a. b. — 21 vera esse que dixi 2a. b. — 22 precido 1b. c; precidam 1a. — temp. cesareas mil. mittere 1b. — 24 Mel. habeo. Nam 2a. b.

II, 36. Aufgenommen in das Viaticum narrationum Nr. 57; s. oben S. 8 f.

¹⁾ Oben II, 34 (S. 117 f.).

²⁾ Heimbach (Kreis Schleiden) südlich von Nideggen an der Rur (Roer). Ueber die Burg s. E. Wackenroder, Die Kunstdenkmäler der Rheinprovinz XI, 2 (Kreis Schleiden), 1932, S. 169 ff. (über die Burgkapelle S. 161 und 180).

³⁾ Vorbild ist offenbar die ebenfalls von einem Zeichen begleitete Verlängerung des Lebens von König Ezechias um 15 Jahre (4. Reg. 20, 1 ff.; Is. 38, 1 ff.), auf die von Caesarius zum Schlusse auch hingewiesen wird.

lacrimas additi sunt michi quindecim anni⁴. Et retulit ei visionem per ordinem et adiecit: „Ut autem verbis meis credas, capillos meos in fenestra quere et invenies“. Quod cum factum fuisset, illa mirata expavit, sciens infirmum tempore orationis sue fuisse solum et fenestram
 5 satis ab eo remotam. Qui ab eadem hora sensim tamen convalescens, cum iam expleti fuissent quatuordecim anni, ait sorori sue: „Soror, adhuc superest annus unus de indulto michi tempore: dignum est, ut eundem saltem in divino servitio expendam“. Qui mox pro Christi nomine crucem suscipiens, mare transivit et, sicut ei dictum fuerat,
 10 eodem anno peregre finivit. — Quod de rege Ezechia legimus, in homine isto completum est. Hec michi relata sunt a quodam priore *) ordinis nostri, viro religioso, qui rem sic gestam, ut dictum est, veraciter asseruit.

37. De Henrico, cui mors advocati de Reyde revelata est.
 15

Henricus de Wilristorp¹⁾, monachus noster, sicut nostis, ante conversionem miles erat, vir nobilis et, sicut testes sunt, qui eum foris noverant, constans satis in verbis. Hic michi retulit, cum novicius esset, rem mirabilem. Tempore quodam in festivitate penthecostes
 20 stens in castro, cui nomen erat Tris²⁾, quod situm est in episcopatu Treverensi, post prandium cum quodam milite cognato suo in aleis ludebat. Qui cum ludendo tedio afficerentur, miles idem super tabulam, in qua ludebant, dormitum se reclinavit. Henricus vero ad fenestram ascendens in Mosellam prospexit. Qui cum sic staret et
 25 meditaretur, nescio quid, audivit campanas bene sibi notas quasi pro mortuo compulsari. Qui cum diceret intra se: „Deus! ubi vel quid pulsatur modo?“ audivit vocem bene sibi cognitam, id est campanarii in Reyde³⁾, ubi ipse morabatur, respondentem: „Conradus ad-

*) fratre ordinis Predicatorum für priore ord. nostri, v. rel. 2a. b.

1 lacr. tuas (cordis tui 2a. b) add. 1c. 2a. b. — 3 f. esset 1a. — 4 esse solum 1b. 2a. b. — 5 hora sanitatem recepit. Cumque iam 2a. b. — 9 accipiens 1a. — 10 legitur 2a. b. — 11 compl. est schließt 1c das Kapitel. — michi dicta sunt 2a. b. — 12 rem sibi notam v. ass. 2a. b; agnovit für ass. 1b. — 16 Heynricus 1a; H. miles de W. erat vir nob. et const. in verbis 2a. b. — Welristorp 1c; Welrisdorp 1b. — 18 foras 1b. — cum nov. e. fehlt 2a. b. — 20 Trys 1a. — situatum 2a; constitutum 2b. — 21 in alea 1a. — 23 tab. ubi sedebat et in qua lud. 1c. — Heinricus 1a. — 24 Mosellam 1a. — 28 in Reide 1a; in Raide 1c; de Reyde 2b. — Cünradus 1a; Coenradus 1b; fehlt 2a. b.

¹⁾ Vielleicht Wilgersdorf bei Haiger im Dillkreis (Nassau).

²⁾ Vgl. oben I, 26 (S. 50, 4).

³⁾ Zu den 10 Meilen Entfernung von Treis an der Mosel (S. 122, 7) paßt weder Rheydt bei München-Gladbach noch Rheidt am Rhein unterhalb der Siegmündung, sondern nur Rieden westlich vom Laacher See im Kreise Mayen, das als Reide oder Reida z. B. in Urkunden für Kloster Laach erscheint (s. die Stellen im Mittelrheinischen Urkundenbuch I, S. 806). Vgl. Fabricius, Erläuterungen V, 2, S. 173 f.; J. Wegeler, Das Kloster Laach, Bonn 1854, S. 170; Ph. de Lorenzi, Beiträge zur Geschichte sämtlicher Pfarreien der Diocese Trier II (1887), 320.

vocatus in Re y d e modo mortuus est, idcirco ei compulsatur“ *). Qui statim, carbonem tollens, diem et horam notavit. Quo scribente, cum quedam matrona eiusdem castris superveniret et, quid scriberet, interrogaret, ille fantasticum esse timens, quod audierat, ei indicare noluit. Tertia vero die Reyde veniens, eadem die et hora, qua illius obitum audierat in Tris, advocatum defunctum reperit. Distat enim dictum castrum a iam dicta villa plus quam decem miliaris.

Aliquando Deus quorundam mortem aliis, aliquando ipsis morientibus revelare dignatur, sicut subsequens declarat exemplum.

38. De inclusa de Polege.

In Polega villa¹⁾ dyocesis Treverensis reclusa quedam nuper defuncta est, femina sancta ac Deo devota. Hec cum esset virtutibus plena, sic corpus suum affligere studuit, acsi multa commisisset flagitia; nam circulo ferreo ventrem suum cinxerat, similiter et brachium. In quo carne supercrescente ferrum, tumore in saniem verso, vermibus ex eo scaturientibus, tantus ex eo fetor exalabat, ut coram fenestra cum illa loquentes fetoris ipsius magnitudinem sustinere non possent. Habebat enim sororem carnalem, que ei frequenter ministrabat. Hec fetorem sentiens et unde esset prorsus ignorans, cum cottidie instaret, ut sibi causam diceret, illa tandem eius inopportunitate victa, accepta tamen prius cautione, ne cui diceret, quoad viveret, brachium ostendit. Quo viso illa flens et eiulans exclamavit: „Heu, heu! soror mea, quid est, quod fecisti? Interfecisti enim temet ipsam“. Tollens tamen tunicam eius putredine et fetore plenam, abiit mundare illam. Eadem nocte beatus confessor Nicolaus²⁾ visibiliter illi apparuit. Que cum sciscitaretur ab illo, quisnam esset, respon-

*) Et post paululum audivit in aere vocem clamantem et dicentem: „Heu, heu me! Henrice amice, a demonibus deducor in eternam damnationem“, fügen 2a. b. hinzu.

1 Hiis auditis für Qui statim 2a. b. — 5 Rede 1a. — 6 in Trys 1a; in castro Tris 2a. b. — illud für dictum 1a, idem 1c. — 7 villa Reyde plus 2a. b. — 8 aliis, ut militi mortem advocati, rev. dignatus est, aliquando i. morient., ut sequens declarabit exemplum, mortem revelat 2a. b. — 9 sequens 1a. — 11 Pollega 1c; Pologa 1b; Ploga 2b. — nuper fehlt 2a. b. — 13 acsi in se multa 2a. b. — 14 corpus suum circ. ferreo 1c. — brachia 1c. 2a. b. — 15 c. crescente 2a. b. — 16 exalabatur 2b. — 17 cum ipsa 1a. b.

1) Polch südöstlich von Mayen oder das südlich davon über dem Tal des Eltzbaches gelegene Pillig, beide im Kreise Mayen, entsprechen der von Caesarius gegebenen Namensform; vgl. Fabricius, Erläuterungen VII, 1 (1923/30), S. 153 ff. und 183 ff. Auch der Dial. mirac. VII, 29 hat 'Polege villa diocesis Treverensis' zum Schauplatz; der dortige Pfarrer will 'quandam visitare inclusam, iuxta ecclesiam solitariam habitantem'. Vielleicht spricht die Erwähnung der Klausnerin für Pillig, wo es 1589 eine Flur 'uf der Clausen' gab (Fabricius a. a. O. S. 155).

2) Der im Abendland namentlich seit dem späteren 11. Jahrhundert gefeierte Bischof von Myra.

dit: „Ego sum amicus tuus Nicolaus episcopus“ *) et adiecit: „Cave, filia, ne aliquid tale amplius committas, quia opera indiscreta Deo minus placent“. Qui mox manu brachium eius tangens benedixit. Ad cuius tactum eadem hora circulus ferreus crepuit et brachium sanatum est. Mane sorore revertente, cum intellexisset, quod factum fuerat, supra modum expavit, dicens: „Benedictus Deus, qui facit mirabilia solus“ (Ps. 71,18). Hec diem mortis sue Henrico tunc sacerdote, modo monacho in Loco sancte Marie¹⁾, a quo ista didici, predicans in ecclesia sepulta est. De cuius corpore mortuo tam miri odoris fragrantia egressa est, ut universa aromata superaret.

Occurrit hic quoddam memorie de duabus inclusis, quod silentio preterire non debeo.

39. De quadam inclusa, que mirabiliter liberata est a pediculis.

Narravit michi quidam monachus Sibodo nomine, sanctimoniam quandam fuisse in ecclesia sanctarum Virginum Undecim Miliu²⁾, feminam nobilem sibique bene notam. Hec Deo pro peccatis suis satisfacere volens, iuxta monasterium Sancti Gereonis³⁾ sibi reclusorium fecit³⁾, in quo die noctuque Deo serviens ieiuniis, vigiliis et orationibus corpus afflixit. Que cum cilicio uteretur ad carnem, ita vermibus qui pediculi dicuntur gravari cepit, ut pre illorum multitudine non orare, non dormire neque quiescere posset. Nocte quadam, cum illud diutius tollerare non posset, ait in oratione³⁾: „Domine Deus, tu scis infirmitatem meam. Quodsi ab hiis vermibus, qui me comedunt, non me liberaveris in hac nocte, ego cras

*) Dominus meus Ihesus Christus (*fehlt 2b*) misit me ad te, ut liberem te de hiis vinculis *fügen 2a. b hinzu.*

**) in Colonia *fügen 2a. b hinzu.*

**) elevatis oculis ad Dominum *fügen 2a. b hinzu.*

3 deo nunquam pl. 2a. b. — 4 et brachia sanata sunt 2a. b; et br. sanum est 1c. — 6 mit expavit *schließt 1c das Kapitel.* — 7 Hec dicit et horam m. sue prescivit et fratre H. confessore suo predicens, a quo hec didici, et in e. sep. est 2a. b. — Henrico 1a. — 8 mon. existente in 1a. — 9 tam mira fragrantia 1b. — 11 Occurrit bis debeo *fehlt 2a. b.* — 15 Sybodo 1c; Sigboto 1a; Sib. nom. *fehlt 2a. b.* — 18 pecc. suis facere servicium studuit iuxta mon. 2a. b. — 19 recl. elegit 1a. — 21 verm. que pulices vocantur 2a. b. — propter ill. multitudinem 1c. — 23 cum istud diucius tollere 1a. b. — 25 me corrodunt 2a. b.

1) S. oben S. 37 Anm. 3.

2) In Köln.

3) Ueber die Klausen in Köln s. Joh. Asen, Annalen 110 (1927), S. 180—201 (S. 184 f. über die Klausen des 14. Jahrhunderts bei St. Gereon). Im allgemeinen vgl. auch L. Gougaud, Ermites et reclus (Band 5 der Sammlung „Moines et monastères“), Ligugé 1928; O. Doerr, Das Institut der Inklusen in Süddeutschland (= Herwegen, Beiträge zur Geschichte des alten Mönchtums 18), Münster 1934.

cilicium proiciam“. Mira pietas Dei: ab illa hora deinceps, sicut ipsa confessa est predicto Sibodoni, in eodem cilicio *) non unum vermiculum vidit nec sensit.

40. De inclusa, quam dyabolus mirabiliter per bu-
fonem terruit. 5

Alia quedam inclusa mirabiliter satis temptata est. Pene per annum sic fuit in cellula sua, ut, quotiens prostrata oraret, ei videretur, quod bufo casurus esset de tecto ante faciem suam. Mira res: quod timuit, tandem evenit ei. Die quodam, cum in oratione iaceret, cum magno strepitu de tabulatu superiori bufo ante os eius cadens in fugam illam 10 convertit. Puto timorem illum, simul et vermem ex opere dyabolico, qui sanctam feminam de cellula eadem fugare conatus est. Quod tamen eidem in bonum cessit. Nam in domo quadam ordinis Cystercien-
sis sanctimonialis effecta vitam elegit communem, sciens scriptum: 'Ve soli, quia, cum ceciderit, non habet sublevantem se' (*Eccles. 4,10*). 15

Occurrit nunc memorie alterius cuiusdam mulieris temptatio satis mirabilis, a qua gratia Dei cooperante mirabiliter liberata est.

41. De muliere, que se ipsam suspendere voluit et ab
eadem temptatione liberata est, cum idem suspen-
dium pro peccatis iniungeretur. 20

Humani generis inimicus dyabolus, cuius omne studium est, quali-
ter homines factos ad ymaginem et similitudinem Dei decipiat et de-
ceptos non solum in anima, sed et in corpore perdat, Dei permissione,
qui nil horum que fecit odit, feminam quandam honestam periculosis-
sima temptatione pulsare cepit. Cumque in partu esset et prolem edi- 25
disset, immisit cordi eius, ut se suspenderet. Que cum iam de salute
desperata anxia cogitaret, qualiter adimpleret, quod mente conceperat,
nutu Dei factum est, ut monachus quidam, ante conversionem ei fa-
miliaris, in eius hospitium diverteret. In cuius adventu mulier gavisas
nimis, sola soli post verba salutationis sic locuta est: „Domine, validas 30
et periculosas patior temptationes, et non videtur michi, quod diem
purificationis mee exspectare debeam, quin me ipsam interficiam“. Quod

*) in quo usque ad mortem Deo servire studuit fügen 2a. b hinzu.

1 abiciam 1c. 2a. b. — dei et immensa bonitas, ab 2a. b. — 2 monacho für Sib. 2a. b. — nec für non 1b. c. — 3 vermem vel vermic. sensit 1c. — 6 incl. ibidem existens mirab. 2a. b. — tempt. erat 1a. — 7 cella 1a. — 10 tabul. superioris tecti b. maximus ante 2a. b. — faciem für os 1b. — 15 qui für quia 2b, que 1c, quoniam 2a. — 16 Occurrit bis liberata est fehlt 1c. 2a. b. — 22 hom. ad ym. dei creatos 1a. — 24 periculosa 1c. — 25 Cumque predicta matrona esset in partu 2a. b. — 26 ut se suspendio occideret. Que cum iam de sal. vite desp. 2a. b. — 27 qual. cicius adimpl. 2a. b. — 32 me ipsam suspendio interf. 2a. b.

monachus audiens et expavescens respondit illi: „Quid est, quod loqueris? Signa te *): inmissiones dyabolice sunt. Si parricida in te ipsa fueris, et presenti vita et futura privaberis penisque eternis subiacebis; in nulla enim re Deus plus ab homine offenditur quam si ex desperatione se ipsum interficiat. Hoc peccatum est, sicut didici, in Spiritu sancto, quod neque in presenti neque in futuro seculo remittetur“. Cui cum illa obstinantius responderet: „Aliter esse non potest“, ait monachus: „Peto unum saltem, ut duarum ebdomadarum indutias michi des, ita ut michi certissime promittas, quod malum tibi non inferas“.

10 Quod cum promisisset, monachus abiens pro illa oravit, in quantum potuit. Cumque penultima dies datarum indutiarum adesset, vir Dei sollicitus, quid ageret, persona tacita, que a femina audierat, recitavit abbati suo. Cuius miserie ille compassus ait monacho: „Vade celerius, ne absentia tua illi fiat in ruinam“. Et quia idem monachus laycus

15 erat, petivit ab abbate licentiam, ut ei liceret in tanta necessitate mulieris audire confessionem, eo quod sacerdoti sive alicui hominum eandem confiteri renueret temptationem ¹⁾). Et annuit abbas; sciebat enim monachus opus dyaboli medicina confessionis maxime posse dissolvi.

Preterea, sicut ipse michi recitavit, venerat in mentem eius quoddam, quod audierat, per quod speravit illam a temptatione maligna posse revocari. Dictum ei fuerat de quodam heremita, qui, quotienscumque ex debito psallere vel orare debebat, mox dormire cepit. Quod cum sepius confessus fuisset cuidam viro sancto atque discreto et neque monitis neque minis sive per aliquam penitentiam ab hoc vitio corrigi

25 posset, considerans confessor huiusmodi dormitionem opus esse dyaboli et hominis mentem naturaliter niti in vetitum ²⁾), iniunxit ei, ut tempore psalmodiarum et orationis pro penitentia et pro peccatis suis dormiret. Mira res: ab illa hora, qua huiusmodi preceptum accepit, nec dormire neque dormire in oratione potuit et temptatio dyaboli

30 quievit ³⁾).

Cumque monachus, accepta licentia, ad feminam iturus esset, eius equus de stabulo eductus sic claudicare cepit, ut uno pede terram tan-

*) clipeo sancte crucis fügen 2a. b hinzu.

2 dyab. hec sunt 2a. b. — 8 saltem et rogo te ut 2a. b. — 9 quod tibi mortem non 2a. b. — 10 Que cum 1b. — oravit intime, quantum 2a. b. — 14 Et quia non licebat monacho confessionem audire nisi de licentia abbatis, petivit ut 2a. b. — 16 eo quod bis temptationem fehlt 2a. b. — 17 renunciaret 1c. — 19 sicut idem monachus michi 2a. b. — venit 1b. — 20 eam a diabolica tempt. liberari 2a. b. — 22 ex deb. fehlt 1a. b; exhibito deb. ps. vel or. 1c. — debuerat 1a. — dormire 2a. b. — 24 penit. iniunctam ab 2a. b. — 26 natura niti 1a. — ini. homini illi, ut 1c. — 27 ps. et orationum 1b. — 28 nec dor dormire fehlt 1a. b. c.

¹⁾ Zur Laienbeichte vgl. Koeniger, Die Beicht nach Cäsarius von Heisterbach S. 71 ff.

²⁾ Ovid, Amores III, 4, 17: 'Nitimur in vetitum semper cupimusque negata'.

³⁾ Eine ähnliche Erzählung bei Herbert, Cat. of romances III, 657, 148.

gere nequiret. Erat autem officio cellerarius. Cui cum abbas diceret: „Ascende alium equum et festina“, respondit ille: „Scio pro certo hoc impedimentum esse a dyabolo, et quantum in me est, in alio equo non ibo. Si voluntas Dei est, ut mulier hec per meum ministerium liberetur a temptatione sua, credo quod Deus restituet michi equum ab inimico lesum“. Quo dicto equus mox sanatus est. Quem ipse letus ascendens, ad domum venit mulieris. Et ut Deus ostenderet hoc casu non fuisse gestum, mox ux monachus domum intravit, equus ut prius claudicare cepit.

Cumque a femina requisisset, quomodo haberet, respondit: „Male, nichil aliud superest, nisi ut interficiam me“. Tunc ille: „Ex quo fixum est in animo tuo, ut te interficias, consulo tibi, ut prius confessionem tuam facias“. Quam cum fecisset pure satis ac plene*), — erat enim mulier bona et casta — ait illi monachus: „Quanam morte vis interire?“ Respondit: „Suspendio“. Et ille: „Nunc mortem eandem iniungo tibi in remissionem omnium peccatorum tuorum atque parentum tuorum, ut per penam presentem penam evadas eternam“. Respondente illa: „Et ego libens illam excipio“, subiunxit monachus: „Sed ego te suspendam**); tollerabilius est enim, ut manibus meis quam tuis interficiaris“. Mox extracto fune capistri sui, quem sub veste absconderat, collo eius alligavit alteramque partem trabi iniectam trahere cepit***). Cernens dyabolus mulieris obedientiam et quod pro peccatis suis eandem susciperet penam, recessit ab ea. Et ecce! mox illa clamare cepit: „Parce, parce, mori nolo“. Simulante illo furore et clamante: „Non sic erit, sed, sicut petisti, fiet tibi“, illa vociferare cepit et dicere: „Domine, sine me vivere; voluntas enim mea mutata est. Numquam aliquid tale de cetero in cor meum ascendet“ (vgl. 1. Cor. 2,9). Et data fide deposuit eam. Sicque, gratia Dei cooperante, per

*) femina predicta flevit intime, quia propositum malum in se tardare non potuit *fügen 2a. b hinzu.*

**) ne te ipsam parricidam facias (ne in te i. parricida fias 2b) *fügen 2a. b hinzu.*

***) sic dicens: „Deus propicius fiat anime tue fiatque placabilis super omnes iniquitates tuas, filia“ *fügen 2a. b hinzu.*

1 Erat enim off. 1c. — 5 equum a diabolo elisum 1b. — 10 quomodo se hab. 1b. — 11 sup. michi nisi 1c. — int. me suspendio. Tunc 2a. b. — 12 ut intereas, cons. 1b. — 13 puram satis ac plenam 1a. — 14 casta a puericia, ait 2a. b. — vis perire (introire 2b) 2a. b. — 15 eandem (illam 2b) turpissimam ini. tibi pro peccatis tuis et parentum tuorum 2a. b. — 17 istam *für* pres. penam 1b. — 18 libencius ill. suscipio 1c; lib. ill. accipio 1b. — 21 partem fortiter manibus trahere cepit 2a. b. — 22 Cernens vero dyab. 2a. b. — mul. obitum 1c. — 23 suscepit (suscepisset 2a) p., confusus rec. 2a. b. — 24 Parce, domine, nolo mori 2a. b. — illo clamorem et clamitantem audire noluit: Non sic, sed sicut pet. 2b. — 26 Dom., domine 1a. — 27 N. enim tale quid deo volente in cor m. 2a. b. — 28 depos. eam, et postea nunquam fuit in tali proposito *schließt 1c das Kapitel.*

industriam hominis illiterati mulier a periculo temptationis liberata est *). Postea liberos genuit et ab illa hora usque ad hodiernum diem fatetur se nil tale passam.

Quosdam Deus misericors tempore temptationis conservat et ab illa liberat, alios iusto suo iudicio cadere sinit et flagellat. Ecce! exemplum.

4 2. De Iohanne monacho, qui cecus effectus est, cum temptatus crucifixum cederet.

In Lilich¹⁾, que est domus ordinis Cysterciensis, sicut retulit michi abbas eiusdem monasterii, monachus quidam fuit Iohannes nomine, nominis sui sacramentum minime custodiens in re; Iohannes enim interpretatur 'gratia Dei' sive 'in quo est gratia'²⁾. Igitur stultus ille, interpretationis huius immemor, non solum gratiam ad humilitatis custodiam sibi datam neglexit, sed in ipsius gratie auctorem graviter excessit. Adeo enim claudus erat, ut ad sacros ordines abbas illum promovere timeret **). Tempore quodam, cum plures ex fratribus ad ordines mitterentur, ipse gravissime temptatus per triduum

*) ita quod diabolus postea nunquam inpedivit eam fügen 2a. b hinzu.

**) nisi de consilio virorum pitorum fügen 2a. b hinzu.

1 ind. monachi mul. 2a. b. — mul. a temptatione 1b. — 2 usque ad finem vite sue fatabatur 2a. b. — 3 Quosdam bis exemplum fehlt 2a. b. — deus misericordie 1b. — 8 Lilich: so alle Handschriften. — 9 quidam für abbas 1b. — 15 ex confratribus 2a. b. — 16 post trid. 1b.

¹⁾ Meister S. 114 las und deutete den Ortsnamen irrtümlich als 'Vilich' bei Beuel gegenüber Bonn. Aber dort gab es wohl das bekannte Nonnenkloster, dann Kanonissenstift (vgl. u. a. G. H. Chr. Maassen bei K. Th. Dumont, Geschichte der Pfarreien der Erzdiözese Köln 28 [Dekanat Königswinter], 1890, S. 122 ff.; Levison, Westdeutsche Zeitschrift 27, 1908, S. 506 f.; H. Riefenstahl, Zur Geschichte der drei Damenstifte Vilich, Schwarz-Rheindorf und Dietkirchen, Diss. Bonn 1917), aber Vilich hatte nie ein Kloster von Cisterciensermönchen, wie es hier vorausgesetzt wird; auch lautet der Name bei Caesarius (oben S. 55, 10. 86, 6) wie damals auch sonst Vileke. Aber Lilich weiß ich nicht zu deuten. Vielleicht ist die Namensform in der Ueberlieferung verderbt. Ich möchte dabei weniger an das 1206 bezogene Kloster Lilienfeld in Niederösterreich denken (u. a. 'Liligenveld') als an das 1136 gegründete Sittich bei Weichselburg in Krain im Sprengel von Aquileja (vgl. Janauscek, Orig. Cisterc. S. 42), dessen Name ('Sittich' z. B. bei Johann von Victring ed. F. Schneider I, S. 82, 2. 207, 8) mir von allen Cistercienserklöstern den überlieferten Formen auch nach dem Schriftbild am nächsten zu kommen scheint. Abt von Sittich war 1181—1226 Pernold oder Pero nach A. Dimitz, Geschichte Krains I, Laibach 1874, S. 165.

²⁾ Hieronymus, Liber interpret. Hebraic. nominum ed. de Lagarde, Onomastica sacra I, S. 69, 16: 'Iohannes in quo est gratia vel Domini gratia'; S. 76, 19: 'Iohannes Domini gratia sive cui donatum est'.

comedere noluit Deoque iratus, aliis comedentibus, ipse de refectorio exiens et oratorium solus ingrediens, ymaginem crucifixi de altari tulit et virga cecidit. Cuius stultitie atque vesanie pius Dominus parcens, non se percutientem occidit, sed cecitate corporis flagellavit, quatinus per cecitatem exteriorem hominem stultum revocaret ad penitentiam. Multo postea tempore vixit et, male se egisse recognoscens, commissam culpam deflevit.

4 se percucientem repercussit *schließt 1a.* — 6 cognoscens *1b.* — 7 deflevit. Et sic est finis *1b;* deflevit et veniam peccatorum optinuit. Expliciuunt miracula optima *1c.*

Anhang.

I.

Die Zusätze der zweiten Fassung.

Die in den Handschriften von Xanten (2a) und Bonn (2b) vorliegende erweiterte zweite Fassung (vgl. oben S. 6 ff.) enthält zahlreiche Wundergeschichten, die nicht von Caesarius herrühren und ihm nur irrtümlich von A. Meister zugeschrieben worden sind. Ich gebe sie hier als Anhang mit eigener Kapitelzählung; die Zählung von Meister ist aus den Uebersichtstafeln oben S. 11 f. zu ersehen und mit Ausnahme seiner beiden Anhänge sind seine Kapitelzahlen auch hier den meinen in Klammern beigejügt. Wo sichere unmittelbare Entlehnung aus einer angegebenen gedruckten Quelle vorliegt, wo es sich nicht um einen Parallelbericht oder um eine durch unbekannte Zwischenglieder vermittelte Abhängigkeit handelt, sind die Entlehnungen wieder durch Kleindruck gekennzeichnet.

Nach II, 3. 1. 2. 11. 19 und vor II, 12 meiner Zählung sind in 2a. b die Geschichten 1 und 2 eingeschoben.

1 (II, 5). De monacho, cui Dominus panem durum et insapidum bene sapere fecit.

Quidam monachus graviter temptatus, volens religionem exire, eo quod panis durus sibi et insapidus videbatur. Cui apprensus Ihesus Christus sedenti ad mensam et cibi insapiditatem abhorrenti apparuit sibi in dextero latere vulneratus. Et apponens manum suam proprio vulnere, unde sanguis effluebat, ait ad eum: „Quociens inveneris panem durum, intinge eum in isto vulnere, et sapidus fiet tibi“. Et hoc dicto disparuit.

1. Abhängig von Odo von Cheriton, Hervieux IV 313 Nr. 126 (vgl. auch 269 Nr. 11). Herbert, Cat. of romances III 56, 110; 60, 10; 72, 144; 313; 668, 284; Etienne de Bourbon = Herbert III 85, 32; J. Th. Welter, Speculum laicorum Nr. 6 (= Herbert, eb. 373, 6). Klapper, Erzählungen des Mittelalters Nr. 116. E. Levi, Il libro dei 50 miracoli, Bologna 1917, Nr. 44. Reinholdt, Diss. Greifswald 1913 (s. Band I, S. 93), Nr. 30. Abweichend die Fassung bei Caesarius, Dial. mirac. IV 80 (= Herbert, Cat. III 356, 65). Technisch gut durchgeführt bei Thomas Cantiprat., De apibus II cap. 57 § 26; vgl. hierzu van der Vet, Het Biënboc, Diss. Leiden 1902, S. 115.

2 (II, 6). De monacho, quem Dominus noster ad religiosam vitam redire fecit.

Temporibus beati Bernardi, cum divina pietas primo ordinis sui iaceret fundamenta, quidam monachus de fratribus suis redire ad seculum temptabatur. Tandem accedens ad beatum Bernardum, rogans ut a vinculo religionis solveretur, eo quod nulla ratione posset in ordine permanere. Cui cum sanctus pater Bernardus nec posse nec velle ipsum licenciare se responderet, ad dominum Hostiensem summum pontificem¹⁾ accessit et ab eo simile responsum accepit. Videns autem ille quod super hoc nullam posset habere dispensacionem, spiritu magis temptationis impulsus dedit in commocionem pedes suos. Cumque paululum discessisset, quidam sibi iuvenis obiavit et ab eo, quo tenderet, inquisivit. Cui cum falsa voce et furiosa responderet: „Quid ad te de facto meo?“ ille statim latus et manus ostendit, in quibus vulnera quasi recentis cruoris non modicum sanguinem effundebant, et adiecit: „Tu vulnera mea renovas, tu me iterum crucifigis“. Quo viso perterritus ille ad pedes eius cum lacrimis se proiecit sibi ut ignosceret oravit. Statimque, qui visus fuerat, ab oculis eius est elapsus. Tunc ille ad beatum Bernardum rediens visa per ordinem sibi retulit et usque in finem vite sue devotus in religione permansit. Unde beatus Paulus: ‘Rursum crucifigentes sibimet ipsis Filium Dei et odio habentes’ (*Hebr. 6,6*); quocienscumque enim quis peccatum iterat, quantum in se est, Dominum crucifigit.

Es folgen II,12—18 und 22—28. Zwischen II,28 und II,29 ist Nr. 3 eingeschoben.

3 (II, 21). De usurario, qui per penitenciam abbatis conversus est ad religiosam vitam.

In Nivella civitate²⁾ erat quidam usurarius, cuius bona que possidebat immundissima usura ab antecessoribus suis per multos

2. Ich kann die Erzählung sonst nicht belegen; ähnlich ist Herbert, *Cat. of romances* III 482, 37.

3. Abart der bekannten Fassung vom räuberischen Ritter, der als Buße eine Nachtwache in einer Kapelle auferlegt bekommt und hier mehrfache Angriffe des Teufels durchzumachen hat. *Exordium magnum Cisterciense* V 12 (Migne, *Patr. Lat.* 185, 1147). *Etienne de Bourbon* Nr. 37 ('Item audiui a quodam magistro, qui ostendit hoc luculenter metricè compositum'). *Jubinal, Nouv. rec. de contes* I 352. *Herbert, Cat. of romances* III 131, 100 ('Narrat Gregorius in registro suo'); 468, 28; 474, 35; 659, 178. *Herolt, Prompt. exemplorum* P. 116. *Viaticum narrationum* Nr. 68 (s. oben S. 8 f.). *R. Köhler, Jahrb. f. rom. u. engl. Lit.* VI 326, VII 1. 121. 279; dazu *Kleinere Schriften* I 322. II 213. 219. *Klapper, Erzählungen des Mittelalters* Nr. 43. *Keller, Erzählungen aus altdeutschen Hss.* S. 70. *Fr. Bär, Diss. Straßburg* 1913 (s. oben S. 80), S. 35, Nr. 22. *Gröbers Grundr. d. rom. Phil.* II, 1, S. 929. Vgl. ferner Nr. 106 (S. 220) dieses Anhangs.

¹⁾ Kardinal Lambert von Ostia, als Papst Honorius II. (1124—1130).

²⁾ Oben S. 24 Anm. 2.

annos fuerunt conquisita. Hunc Deus volens visitare quendam abbatem ordinis Premonstratensis ad illius domum destinavit. Abbas vero petens hospiciam ab illo, illius statum nesciens: magnas et multas divicias possidebat et honorabilior de illa civitate existebat. Vespere
 5 facta abbas et hospes inter se confabulantes, hospitem de statu suo interrogabat. Qui omne factum ei exposuit, qualiter pater et mater obiissent et ei infinitam pecuniam usura conquisitam reliquissent. Respondit abbas: „Heu, mortui sunt, in perpetuum eos infernus absorbuit! Vis sequi eos?“ Respondit: „Et quomodo potero evadere illas penas?“
 10 Dixit abbas: „Primo reddes omnia que possides illis, quibus erant, et quod superfluum fuerit, pauperibus erogabis“. Qui ait: „Nequaquam erit ita. Quid iubes, faciam? Pecuniam nequaquam reddam“. Et subiunxit abbas: „Potes ieiunare?“ Respondit: „Non, nunquam ieiunavi nec ieiunare consuevi“. Ait abbas: „Sic a te non recedo; promittes enim
 15 michi, quidquid tibi iniunxero, cras perficiendum, ut facias pro peccatis tuis“. Respondit: „Quidquid michi iniunxeris absque labore et absque dampno puerorum meorum, cras faciam“. Et promisit ei. Abbas nocte illa prostratus in orationem audivit vocem dicentem sibi: „Surge, exaudita est oratio tua: quidquid illi iniunxeris, faciet“. Mane autem
 20 facta hospitem aggreditur, interrogans, si consiliis eius acquiesceret. Respondit ut prius. Et ait abbas: „Iniungam tibi, quod bene poteris facere: hac nocte solus eris in ecclesia beate Marie virginis, et quid videris et audieris, nil loquaris. Hec tibi iniungo pro omnibus peccatis tuis“. Et promisit ei, quidquid pateretur, quod nil loqueretur. Comple-
 25 torio dicto abbas suum hospitem beate virginis Marie commendavit, sub stola penitentiam illam ei iniunxit, aqua benedicta aspersit, clauso ostio ecclesie abiit. Circa crepusculum audivit ventum validum oriri, tonitrua sonare, choruscare fulgura et cepit pavere. Post hec audivit clamorem in civitate, ubi domus sua erat constituta: „Persequimini,
 30 persequimini, quia in ecclesiam fugit ipse! Curiam eius cicus igne consumamus, postea eum queramus“. Sicque visum est ei esse: venit itaque mater puerorum eius cum omnibus pueris ad ostium ecclesie, pulsans, flens et eiulans atque dicens: „Domine dilecte, aperi nobis ostium, quia persequuntur nos inimici tui, qui volunt nos occidere“. Ille vero nil
 35 respondit nec os aperuit. Hora modica transacta, venit maxima multitudo, persequentes eos, qui fugerant, ostium ecclesie confregerunt, omnes coram eo diversis penis interfecerunt, ipsum cogere volentes, ut loqueretur. Qui confidens erat in Dominum et instructus ab abbate nichil loquebatur. Demones videntes constanciam illius, quod non
 40 posset per talia decipi, videbatur ei quod eundem abbatem afferrent, qui eum ligaverat, ut eum absolveret, quod loqueretur. Cuius absolutionem non credit. Circa galli cantum vero omnis hec visio diaboli evanuit. Mane autem facta venit abbas cum suo cappellano, predictum suum hospitem aqua benedicta aspersit et eum loqui licenciavit. Qui

33 et evigilans 2b. — ostium fehlt 2a. — 36 persequens eos qui confugerant 2b. — 44 bened. fehlt 2a.

veniam abbatis petens et omnia, que ei acciderant, per ordinem recitavit, mortem uxoris et dilectorum puerorum suorum lacrimabiliter Deo et abbati conquerebatur. Cui ait abbas: „Vis uti consilio meo? Omnia, que tibi hac nocte combusta sunt, uxorem et filios sanos restitutam“. Ille ait: „Domine, hoc si possibile esset, mori pro ipsis vellem, si michi preciperetis“. Abbas ut hoc audivit, hospiti que predicta sunt restituit et Deo gracias egit. Ille vero valde gavisus est. Hec videns omnia, que usura lucrata sunt, de consilio abbatis restituit, reliqua pecunia accepta pauperibus erogavit et in cenobio predicti abbatis usque ad obitum suum Deo servivit. Hec michi dicta sunt a quodam monacho illius cenobii, cui bene nota erant, que premisi.

Nach II,29—32 und 34—42 folgen in 2a. b die Erzählungen 4—26.

4 (II,35). De milite, qui patricide suo propter passionem Christi crimen donavit, cui crux Christi capud inclinando cunctis videntibus est regravata.

Miles quidam alterius militis patrem occiderat. Casu accidit, ut occisi filius occisorem caperet. Quem cum occidere vellet in vindictam, ille procidens ante pedes eius dixit: „Rogo te per honorem sanctissime crucis, in qua Dominus pendens misertus est mundo, ut mei miseraris“. Ad que verba ille compunctus remisit ei mortem patris ac eum vivere permisit et osculans eum factus est amicus eius. Transit ergo mare, et cum intraret cum aliis peregrinis basilicam Dominici sepulchri, viderunt socii sui quod ymago crucifixi corporis Dominici ei inclinavit, tanquam gracias agens de eo quod propter passionem suam illi mortem patris indulserat.

5 (II,36). De muliere tantummodo ab uno dominico die ad alium de corpore Christi vivente.

Femina quedam erat solita sepe communicare et de permissione sacerdotis singulis diebus dominicis et sustentabatur de dominica in

2 et electorum 2a. b. — 17 Tandem für casu 2b. — 21 comp. donavit ei et osculatus eum et f. 2b. — 25 suam illi (mort. patr. *f. hu*) donaverat 2b. — 29 sollicita 2a.

4. Quelle ist Caesarius, Dial. mirac. VIII 21; vgl. die 2. Fassung in den Homilien, Band I, 143 Nr. 197 mit weiteren Belegen (vgl. auch eb. S. 163 Nr. 243).

5. Verkürzt aus Dial. mirac. IX 47. Vgl. ferner Jacques de Vitry, Hist. occid. (Duaci 1597), S. 407 (Maria de Nivella); ähnlich eb. S. 275 (Tauben bringt einer Einsiedlerin jeden Sonntag die h. Hostie). — Ungeweihte Hostie vom Kranken zurückgewiesen: vgl. Dial. mirac. IX 43. Jacques de Vitry (ed. Greven) Nr. 7. Exemplos Nr. 83.

dominicam de communione, ne esuriret. Quod sacerdos dixit episcopo, et episcopus sicut vir discretus volens probare, ne aliquid fallacie inesset, ait: „Da ei hostiam non benedictam pro communione“. Quod et fecit sacerdos. Et statim illa cepit mirabiliter esurire et currens ad sacerdotem dixit ei, quod perdidisset **graciam**, quam habebat. Quo intellecto sacerdos dedit ei verum corpus Christi.

6 (II, 37). De monacho, qui vidit, quomodo anime peccatoris et iusti in hora mortis de corporibus egrediuntur.

10 Quidam frater desideravit videre, quomodo anima peccatoris et iusti abstrahatur a corpore. Et Deus nolens eum contristare in desiderio suo, dum sederet in cella sua, ingressus est lupus ad eum et, ore suo fratris tenens vestimenta, trahebat eum foras et duxit eum ad aliam civitatem et dimittens fratrem illum recessit ab eo. Cum vero sederet foras
15 civitatem, in quodam monasterio erat quidam habitans, qui habebat nomen quasi magni solitarii; ipse vero solitarius infirmus erat et expectans horam mortis sue. Frater igitur ille, qui ibidem venerat, videbat multam preparacionem simul cereorum et lampadarum propter solitarium illum, tanquam per illum Deus panem et aquam inhabitantibus
20 illam civitatem prestaret atque salvaret eos. Et dicebant quia: „Et si hic finierit, omnes simul moriemur“. Facta autem hora exitus illius, vidit frater ille tartareum quendam inferni descendentem super solitarium illum, habentem tridentem igneum, et audivit vocem dicentem: „Sicut anima ista non fecit me quiescere neque una hora fuit in se, sic neque
25 tu miserearis eius, evellens eam“. Deponens igitur tartareus ille, quem tenebat, igneum tridentem in corde solitarii illius, per multas horas torquens eum, abstraxit animam eiusdem. Post hec autem ingressus frater illam civitatem, invenit hominem peregrinum iacentem in platea egrotum, non habentem qui ei curam adhiberet, et mansit cum eo uno
30 die. Et cum venisset hora dormicionis eius, conspicit frater ille angelos Michaellem et Gabrielem descendentes propter animam eius. Et sedentes unus a dextris, alter a sinistris eius rogabant animam eius, ut egrederetur, et non exibat, nolens relinquere corpus suum. Dixit autem Gabriel ad Michaellem: „Assume iam istam animam, ut eamus“. Cui
36 Michael respondit: „Iussi sumus a Domino, ut sine dolore eiciamus eam, ideoque non possumus cum violencia evellere eam.“ Exclamavit autem magna voce Michael dicens: „Domine, quid vis de hac anima, quia non

18 lampadum 2a. — 22 ascendentem 2a. — 25 quem habebat 2a. — 30 dormitacionis 2a. — 36 ideoque bis eam fehlt 2a.

6. Aus Vitae patrum VI 3, 13 (Migne 73, 1011). Ward, Cat. of romances II 665, 30. Herbert, Cat. of romances III 11, 62 (= Jacques de Vitry, ed. Crane Nr. 132); 544, 44. Odo von Cheriton (Hervieux IV 286 Nr. 54) = Herbert, eb. 65, 53. Teil I auch kurz in den Homilien, Band I, 79 Nr. 32. Enxemplos Nr. 224. Reinholdt, Diss. Greifswald 1913, Nr. 10.

acquiescit nobis, ut egrediatur?" Venit autem ei vox dicens: "Ecce! mitto David cum cithara et omnes psallentes Iherusalem, ut audiens psalmum ad vocem ipsorum egrediatur". Cumque descendissent omnes in circuitu anime illius canentes ymnos, sic exiens anima illa et sedit in manibus Michaelis et assumpta est cum gaudio in celum.

5

7 (II, 38). De adolescente contra voluntatem patris ordinem religionis intrante et de patre penitente.

Cum quidam unicus adolescens, heres patris sui, factus esset monachus Cisterciensis ordinis, pater armata manu venit, ut destrueret monasterium, nisi filius suus redderetur. Hoc audiens filius eius occurrit ei in equo. Cui pater ait: „Fili mi, veni mecum“. At ille: „Si unam consuetudinem terre tue poteris mutare, ibo tecum“. Ac ille: „Faciám libenter“. Ait adolescens: „Si in terra tua auferre poteris consuetudinem, quod non ita cito moriantur ibi iuvenes sicut senes, tecum redibo, aliter non. Tu enim dixisti quod deberem tibi succedere in heredem: forte prius moriar quam tu“. Quo audito pater compunctus est et intravit claustrum, conferens ei omnia bona sua.

8 (II, 39). De Iudeo, qui percussit ymaginem Christi cum gladio suo in gutture suo.

Apud Constantinopolim Iudeus quidam ecclesiam sancte Sophie ingressus quandam ymaginem Christi inspexit. Qui se ibi solum considerans gladium arripuit et appropinquans Christum in gutture percussit. Statimque sanguis inde exivit et Iudei faciem aspersit. Qui territus ymaginem eripuit et in puteum proiecit et statim effugit. Quidam autem Christianus venit ei obviam eique dixit: „Unde venis? 25

2 psalmodiam 2b. — 12 volueris für poteris 2b. — 21 conspexit 2b.

7. Jacques de Vitry (ed. Crane) Nr. 116 = Herbert, Cat. of romances III 10, 45. Étienne de Bourbon Nr. 50. Zusatz zu Odo von Cheriton (Hervey IV 387 Nr. 1). Bozon (ed. P. Meyer) S. 291. Herolt (Discipulus), Prompt. exemplorum M. 53. [Vinc. Bellov.], Spec. morale Sp. 693. Magnum Speculum exemplorum (ed. Major) unter 'Mors' S. 730 (aus Et. de Bourbon). Klapper, Erzählungen des Mittelalters Nr. 185. Bär, Diss. Straßburg 1913, S. 15 Nr. 45.

8. Eine Abart der Erzählung des von Juden 765 mißhandelten Christusbildes von Beyrut bei Oliver, ed. Hoogeweg, S. 297. Vinc. Bellov. Spec. hist. XXIII, 160. Ward, Cat. of romances II 702, 21. Herbert, Cat. of romances III 342, 19 (Vie des anciens pères); 537, 1; 605, 17; 664, 226; 707, 10. Die wenig voneinander abweichenden Versionen bieten den Zug, daß das blutende Christusbild in einen Brunnen geworfen wird. — Gregor von Tours, In gloria martyrum c. 21 (SS. rer. Merov. I, 501). M. Huber, Joh. monachus, S. 119: Appendix I. Das Wunder am Brunnenbild in Konstantinopel. Ward, Cat. of romances II 705, 53 (Joh. de Garlandia metrice). Exemplos Nr. 19. Klapper, Erzählungen des Mittelalters Nr. 115. Französ. Fassung s. Mussafia, Marienlegenden V 12 Nr. 75.

Aliquem hominem occidisti?“ Ac ille: „Falsum est“. Cui rursus homo: „Vere homicidium perpetrasti, et ideo es sanguine perfusus“. Et Iudeus: „Vere deus Christianorum magnus est et fides eius firma probatur. Nequaquam percussi hominem, sed Christi ymaginem, et tunc sanguis de gutture eius exivit“. Duxit autem Iudeus ille hominem illum ad puteum et exinde sanctam ymaginem extraxit. Plaga autem in gutture Christi, ut scitur, adhuc hodie cernitur, et Iudeus continuo fidelis efficitur.

9 (II, 40). De vita hominis quam fragilis et labilis
10 finiatur.

Contigit quod unicornis fugaret hominem. Homo fugiens incidit in foveam magnam, in qua erat arbor, quam apprehendit, ita ut non caderet. In profunditate fovee erant serpentes et buffones infiniti et ardor intolerabilis, iuxta arborem draco magnus, qui patulo ore expectabat illum, ut caderet. Ad radicem arboris due bestie erant, una alba, alia nigra. In summitate arboris erat parum mellis, cuius dulcedine homo captus oblitus est, quam periculosus esset eius status, et hoc parum mellis devoratus est. — Sic et de nobis: Unicornis mors est; arbor illa, quam amplexati sumus, est vita huius mundi; profunditas huius fovee est infernus; draco est diabolus, qui calcaneo nostro semper insidiatur; per nigram bestiam designatur nox, per albam dies, que corrodunt radices huius arboris; per dies enim et noctes finietur vita ista. Mel, quod apprehendimus, est dulcedo temporalium, quam plurimi amplectentes descendunt ad infernum.

10 (II, 41). De rege, qui singulis annis convivio magno convocato tristis apparuit, qui fratri causam huius ab eo petenti per similitudinem declaravit.

Rex Grecie convivium magnum singulis annis faciebat et multos

2 sang. aspersus 2b. — 7 scietur 2b; sciretur 2a. — 13 prof. cavee 2a. — 21 distinguitur 2b. — 25 Titel: Exemplum est que homo timere debeat in hoc mundo 2b. — 29 Grecorum 2a.

9. Die bekannte Parabel vom Menschen und Einhorn aus Barlaam und Josaphat, s. V. Chauvin, Bibliogr. des ouvrages arabes II, S. 85. III, S. 100. Basset, 1001 contes III (1926), 535. Chavannes, Tripitaka III 257. Ward, Cat. of romances II 123, 5. Jacques de Vitry (ed. Crane) Nr. 134 = Herbert, Cat. of romances III 12, 64; 28, 9. Odo von Cheriton (Hervieux IV 217 Nr. 45) = Herbert, eb. III 73, 158. Scala celi des Joh. Gobii iunior f. 76r. J. Th. Welter, Speculum laicorum Nr. 388. Gesta Romanorum (ed. Oesterley) c. 168. Legenda aurea c. 180 (ed. Graesse S. 816), usw.

10. Parabel von der Todestrompete ebenfalls aus Barlaam und Josaphat, s. V. Chauvin, a. a. O. III, S. 98. Ward, Cat. of romances II 122, 2. Jacques de Vitry (ed. Crane) Nr. 42. Odo von Cheriton (Hervieux IV, 294 Nr. 75). Scala celi des Joh. Gobii iunior f. 108r. Welter, Spec. laicorum Nr. 198. Bozon (ed. P. Meyer) S. 59; 246. Gesta Romanorum (ed. Oesterley) c. 143. Klapper, Erzählungen des Mittelalters Nr. 172 (hier entsprechen 4 'haste' unseren 4 'spicula'). Bolte's Anm. zu Pauli Nr. 735a, usw.

vocabat. Illa vero die nunquam hilaris fuit, sed tristis, et mirabantur omnes, sed non audebant ei dicere. Accessit autem ad eum frater et dixit ei. Alia vero die vocavit rex tibicines suos et iussit eos cantare ante domum fratris sui. Erat autem consuetudo in patria illa quod dampnabatur ille, ante cuius hostium canebatur tibiis. Et adductus est in conspectu regis frater suus et fecit eum detrudi in carcerem. Cumque autem dies opportunus affuisset, fecit rex convivium, secundum quod facere consueverat, et fecit fratrem suum de carcere exire et spoliari coram se nudum. Postea circa eum fecit poni quatuor spicula, ab anteriori parte unum, a posteriori parte unum, a duobus lateribus duo, et fecit in conspectu eius coreas fieri et ludos et mimos canere et monuit eum, ut rideret. Ac ille dixit quod non posset, cum videret sibi mortem imminere. Postea rex fecit eum indui et dixit ei, quod eadem ratione tristis erat in conviviis suis, cum idem periculum ei immineret. — Tibicines ante hostium sunt predicatores, qui dampnationes minantur. Primum spiculum timor mortis est. O quam timenda est mors, quia nescimus, quando moriemur vel quomodo! Item timenda, quia tunc diabolus insidiatur nobis sicut beato Martino¹⁾ et Ihesu Christo²⁾. Item timenda est, quia 'mors peccatorum pessima' (Ps. 33,22). Secundum est recordatio peccatorum: parum recordantur illi, de quibus Iob ait: 'Bibent iniquitatem sicut aquam' (Job 15,16). O quam metuenda sunt peccata! Si enim unum haberet angelus, demon efficeretur. Tercium spiculum est timor iudicii, quod tam districtum erit, quod nulli parcetur. Quartum spiculum est eternitas pene. Hoc spiculum valde timuit burgensis de Marsilia, qui conversus fuit per nec³⁾ et postea fuit abbas et episcopus.

11 (II, 42). De homine, qui non facit bona, dum tempus habet, qualiter propter hoc dampnatur.

Cum quadam vice Dominus intraret Iherusalem iuxta pascha, esurivit et exivit de via et invenit ficum, ubi erant in ea tantum folia.

2 Accessit *bis* dixit ei *fehlt 2b*. — 3 tubicines *2a*. — 4 in provincia *2b*. — 11 et ymnos canere *2b*. — 15 Tubicines *2a*. — 18 insidiabatur *2b*. — 22 Si enim *bis* efficeretur *fehlt 2a*. — 23 parceret *2a*. — 24 trinitas eterne pene *2b*. — 25 Marsilio *2a.b*. — 29 Dum *2a*.

11. Nach Matth. 21, 19 ff. und Marc. 11, 12 ff.

¹⁾ Vgl. Sulpicius Severus, Vita Martini c. 22 (ed. Halm, CSEL. I, 131).

²⁾ Vgl. Matth. c. 4.

³⁾ Die Stelle ist offenbar verderbt (lies 'per hoc?'). Meister S. 119 las in *2b* 'per net' und verbesserte 'per me'. — Es handelt sich um die Bekehrung des Trobadors Fulco von Marseille, der in den Cistercienserorden eintrat, Abt von Toronet in der Provence wurde (nach 1201) und als Bischof von Toulouse (1205—1231) starb. Vgl. u. a. Gallia christiana I, 450. XIII, 21 ff. und im besondern Etienne de Bourbon Nr. 15 (ed. Lecoy de la Marche S. 23: 'Cogitando de eternitate pene dicitur in Summa de virtutibus [vgl. Guillelmus Peraldus, Summa virtutum IV, De donis pars 3, c. 4] conversus fuisse Fulco episcopus Tholosanus') = [Vincenz von Beauvais], Speculum morale II, 3, 3; Herolt, Promptuarium exemplorum P. 72. Scala celi f. 74r. Johannes de Garlandia, De triumphis ecclesiae bei St. Stronski, Le troubadour Folquet de Marseille, Krakau 1910, S. 107*.

Et maledixit ei, et desiccata est. Unde multum mirabantur apostoli, eo quod non esset habenda fructum. — Hoc factum est in signum quibusdam, qui bene operari defecerunt vel propter iuventutem vel propter aliud. Fructus signat operationes, verba autem sunt folia.

5 12 (II, 43). De illo, qui tantum in terra laborat,
quod in celo ipse multa bona possideat.

Quilibet se preparare debet ad mortem sicut extraneus quidam, qui in patriam venit quandam, ubi erat consuetudo, quod nemo regnabat ibi nisi per annum et post annum illum in insulam quandam mittebatur
10 in exilium; et ibi exulabant multi et non poterant reverti. Accidit, ut indigene extraneum illum regem constituerent; volebat enim uno anno regnare, ut in perpetuum exularet. Accessit autem ad predictum extraneum regnantem quidam familiaris eius et intimavit ei quod secundum consuetudinem illius patrie post annum oporteret eum exulare. Erat
15 etiam consuetudo ibidem quod regi suo illo anno tantum obedirent in omnibus, in quantum vellet. Et rex providere sibi volens in futurum, congregavit sibi thesauros infinitos et, missis operariis suis multis in insulam, fecit ibi plurimas construi mansiones et fecit insulam excoli, ita quod et cum post annum suum de regno suo exivisset, inveniret
20 illam fertiliorem et meliorem terra illa, in qua prius regnaverat. — Et simili modo facere debemus. Reges enim sumus per annum, discurrentes per peccata secundum velle nostrum. Unde, cum sciamus nos in exilium mittendos, nobis locum preparemus. Precedere possunt nos divicie nostre, non autem subsequi, sicut beata Lucia dicebat matri
25 sue¹⁾; singule elemosine lapides sunt in edificium in futuro.

13 (II, 44). Item Dominus providebit homini in necessariis.

Dixit Dominus Helie stanti in deserto: „Eas ad vallem illam et invenies ibi vetulam, que amministrabit tibi necessaria“. Cum vero

1 eo autem ipso quod non habebat 2a. — 2 signum quorundam, qui (bene *fehlt*) 2a. — 8 in provinciam 2a. — 14 ill. provincie 2b. — 16 rex bis futurum *fehlt* 2b. — 25 in edificio 2a.

12. Parabel vom einjährigen König aus Barlaam und Josaphat, s. V. Chauvin, a. a. O. III S. 101. L. Dukes, Zur Kenntnis der neuhebr. relig. Poesie (1842), S. 97. Bin Gorion, Born Judas IV 36. Lidzbarski, Aus altaram. Hss. S. 140. Cardonne, Mélanges de litt. or. (1770) I 69. R. Köhler, Kl. Schriften I 580. II 383. Ward, Cat. of romances II 123, 7. Jacques de Vitry (ed. Crane) Nr. 9 = Herbert, Cat. of romances III, 29, 24. Welter, Spec. laicorum Nr. 252. Scala celi f. 21v. Klapper, Exempla Nr. 100/1. Legenda aurea c. 180 (ed. Graesse S. 817). Magnum Speculum exemplorum unter 'Mundus' S. 736 usw.

13. Nach 3. Reg. 17, 8—16.

¹⁾ In der verbreitetsten Form der Passio Luciae (BHL. II, Nr. 4992; Surius, De probatis sanctorum Vitis⁴, Köln 1618, December S. 247 f.) finden sich weder die vorhergehenden noch die nachfolgenden hier angegebenen Worte, oder doch nur dem Sinne nach.

ivisset, prius quesivit ab ea aquam, de qua satis dedit. Postea vero quesivit panem, tunc dixit vetula: „Non habeo nisi parum farine et guttam olei, quod volo comedere cum filiis meis et postea volo mori“. Tunc dixit Helias: „Primo da michi, et de residuo comedes tu, et noli timere, quia semper multiplicabitur tibi“. Quod cum audisset, dedit ei: tunc multiplicabatur, ita quod non defuit ei panis in vita sua. — Aque sunt lacrimae et significant contricionem. Contra quosdam, licet boni sint, dicimus alio modo: Timentes, ne deficiat eis, nunquam elemosinam pauperibus volunt erogare, allegantes, ne forsitan eis postea deficiat. Sed non est sic faciendum, sed ponat quisque spem suam firmiter in Domino, et ipse eum enutriet.

14 (II, 45). De illo: qui se non dat Deo, nichil dabitur ei ab eo.

Accidit, quod vir et mulier habuerunt filium, quem diligebant multum. Tempore transacto factus est dives, et pater et mater nichil habuerunt, quod comederent vel biberent. Cum ergo quadam die deficeret eis potus, scientes quod filius habebat dolium vini optimi, opinati sunt ire ad filium et querere potum. Quod cum fecissent, ait eis filius: „In despectum vestrum fundam vinum in stercore“. Quod cum fecisset, iterum rogaverunt feces. Quas etiam in lutum proiecit. — Sic et nos facimus, qui bonum vinum, id est iuventutem nostram, Deo patri non damus, sed potius in stercore mittimus, id est consumimus. Si enim nec iuventutem nec senectutem ei dederimus, multum timendum est de malediccione.

15 (II, 46). De muliere precellenti forcia queque.

Rex Assuerus¹⁾ convocavit amicos tres peritissimos, inquirens, quid in terra forcius sit. Illis perscrutantibus in sapiencia, primus dixit: „Vinum omni re forcius“. Secundus dixit: „Rex, qui cuncta regit pro libitu suo“. Tercius, Mardocheus²⁾ nomine, dixit: „Hec omnia, que forcia esse dicitis, mulier fortitudine precellit“.

7 contr. Istud est contra 2a. — 9 allegantes bis deficiat fehlt 2b. — 15 presenti für transacto 2b. — non habebant quod comed. et bib. 2b. — 20 et nos scimus 2a. — 21 vinum habemus, id 2a. — 23 ei demus 2b. — 26 inquirentes 2b. — 30 mulieres fort. precellunt 2b.

14. Jacques de Vitry (ed. Crane) Nr. 291 = Herbert, Cat. of romances III 25, 213. Gesta Romanorum (ed. Oesterley) c. 72 und deren anglo-lateinische Gruppe, s. Herbert a. a. O. III 196, 33.

15. Vgl. Petrus Comestor, Hist. scholastica, Judith c. 3 (Migne, Patr. Lat. 198, 1481). Bromyard, Summa predicantium u. Veritas (aus 3. Esdras c. 3). Gesta Romanorum (ed. Oesterley) c. 258. Revue des trad. populaires VII 394.

¹⁾ Der König des Buches Esther.

²⁾ Ebendaher bekannt.

16 (II,47). De Christiano, qui prece sua apud Deum [montem transtulit] et multos a morte liberavit.

Quidam Iudeus, intendens nocere Christianis, retulit principi Babilonie in ewangelio Christianorum scriptum esse, quod, qui haberet tantam fidem sicut granum sinapis, montem posset transferre de loco suo (*vgl. Matth. 17,19*). Tunc ille iussit congregare omnes Christianos, qui morabantur in terra sua, et comminatus est eis mortem, nisi hoc, quod in ewangelio scriptum esset, implerent. Patriarcha vero ieiunium indixit Christianis, exhortans Domino flebiliter supplicare, ut dignaretur populum suum custodire. Deinde cum quereret, quis esset maioris meriti inter omnes, significatum est ei de quodam sutore, qui oculum sibi eruit, quia videndo ipsum scandalizavit (*vgl. eb. 18,9*). Et intelligens per ipsum posse impleri mandatum, vocavit eum et iniunxit illi, ut in virtute nominis Christi hoc impleret. Qui cum se peccatorem et ad hoc indignum clamaret, tandem ad comminationem precepto patriarche acquievit et die statuto coram omnibus, qui ad hoc spectaculum convenerant, precepit monti, ut in virtute nominis Ihesu Christi se transferret. Ac ille mons subito cepit moveri versus civitatem Sarracenorum de loco suo. Tunc Sarraceni nimium pertinentes rogaverunt Deum pro civitate, ne oppressa per montem deperiret. Et ad preces illius mons ille adiunctus est alteri monti, sicut ibi hodie manifeste multis cernentibus demonstratur.

17 (II,48). De filio, qui fecit patri suo, sicut pater fecerat filio.

Quidam paterfamilias senex totam hereditatem dimisit filio suo. Filius vero ille prius benigne se habuit per breve tempus erga patrem suum, sed post expulit eum a thalamo suo, volens thalamum habere pro se et uxore sua, et ad ultimum fecit sibi lectum fieri post hostium. Sed cum hyemps esset et pater senex frigore gravaretur, eo quod filius abstulerat patri omnia sua coopertoria, rogavit filium filii, ut diceret

1 Titel so 2a, doch montem transt. von mir erqänzt; De cristiano, qui apud deum pre amore, quem exhibuit semel, lib. multos 2b. — 9 scr. erat 2b. — Patr. ergo 2a. — 10 Dominum fl. ut 2a. — 12 inter eos 2b. — 26 f. suo. Post per breve tempus b. se h. 2a. — 30 fil. sibi abst. bona opertoria 2b.

16. Etienne de Bourbon Nr. 332. Odo von Cheriton (fehlt bei Her vieux) = Herbert, Cat. of romances III 59, 4; 462, 103. Speculum laicorum, eb. 390, 290; 479, 13. Compilatio singularis exemplorum (inediert). Herolt, Prompt. exemplorum F. 6 = Discipulus redivivus, Augsburg 1723, II 616. Marco Polo, Il Milione c. 26—29 (ed. L. F. Benedetto, Florenz 1928, S. 20 ff.). Hauréau, Not. et extr. IV 48. XXXII 2, 298. Bolte's Anm. zu Pauli, Schimpf und Ernst Nr. 683. A. Wesselski, Märchen des Mittelalters S. 255 bietet die ausführlichste Gesamtdarstellung dieses Motivs.

17. Jacques de Vitry (ed. Crane) Nr. 283. Odo von Cheriton (Her vieux II 656 Nr. 85 b). Etienne de Bourbon Nr. 161. Scala celi unter 'Fili' f. 99r. Little, Liber exemplorum Nr. 143. R. Köhler, Kl. Schriften I 473; II 580. Bär, Diss. Straßburg 1913, S. 33 Nr. 5. Bédier, Les fabliaux, S. 201. 463. Bolte's Anm. zu Pauli, Schimpf und Ernst Nr. 436, usw.

patri, quod daret ei aliquid ad tegendum se. Puer autem obtinuit vix duas ulnas panni bursilli¹⁾ a patre suo ad opus avi sui. Et cum alie due ulne remanerent patri, puer flendo rogavit eum, ut sibi eas daret. Qui fletibus pueri victus dedit eidem, querens, quid inde facere vellet. Qui respondit: „Servabo eas, quousque es talis, qualis nunc est pater tuus, nec dabo tibi amplius quam tu das modo patri tuo“.

18 (II, 49). De eo, qui pro mortuis oravit, ideo a morte per eos liberatus est.

Quidam homo fuit, qui talem habuit consuetudinem, quod, quando transibat cimiterium, semper moram faciens aliquantulum oravit pro animabus defunctorum, quorum corpora ibidem sepulta iacebant. Tandem accidit ipsum agitari ab inimicis suis per idem cimiterium manu armata. Et ecce! aperta sunt omnia monumenta, que in eodem cimiterio fuerunt, et visa sunt exire omnia corpora mortuorum cum gladiis et fustibus in auxilium viri. Quorum timore hostes perterriti terga vertentes virum persequi cessaverunt.

19 (II, 50). De puero, cui hereditas de iure datur.

Vir quidam uxorem habens, et ex ea tres filios secundum opinionem suam genuit. Cui uxor eius, cum quadam die litigaret cum eo, obiecit, quod credebat se habere tres filios, cum tantum unus eorum suus filius esset. Maritus ergo requisivit ab uxore, quis eorum suus esset filius, sed illa noluit indicare. Accidit autem, dum pater infirmaretur ad mortem et uxor ante eum defuncta esset, faciens testamentum suum, omnia, que habuit, legavit illi, qui suus esset filius. Mortuo vero patre, sed nondum sepulto facta est contencio inter fratres tres, cuius deberet

² grossissimi für burs. 2a. — 10 aliquantum 2b. — 25 inter filios tres 2b.

18. Exordium magnum Cisterciense VI 6 (= Migne, Patr. Lat. 185, 1191). Scala celi des Joh. Gobii iunior f. 133v. Thomas Cantiprat., De apibus II 53 § 30. Herolt, Prompt. exemplorum P. 107. Legenda aurea c. 163 (ed. Graesse S. 733). Bernardinus, Rosarium (1503) II f. 10rb. Hugo von Trimberg, Solsequium (ed. Seemann) Nr. 23. Magnum Speculum exemplorum S. 268. Herbert, Cat. of romances III 167, 11; 383, 160; 542, 3. Klapper, Exempla Nr. 43 (Quelle: Annulus c. 122). Reinholdt, Diss. Greifswald 1913, Nr. 29. Bär, Diss. Straßburg 1913, S. 29 Nr. 146. Grimm, Deutsche Sagen Nr. 328. J. Wolf, Deutsche Märcen und Sagen S. 509; Niederländ. Sagen Nr. 318. Hist. litt. de la France XXXVI 228.

19. Odo von Cheriton (nicht bei Hervieux) = Herbert, Cat. of romances III 66, 76. Etienne de Bourbon Nr. 160. Scala celi des Joh. Gobii iunior unter 'Fili'. Herolt, Promptuarium exemplorum B. 9. Hugo von Trimberg, Solsequium (ed. Seemann) Nr. 36. Gesta Romanorum (ed. Oesterley) c. 44. W. A. Clouston, Popular Tales (1837) I 14. Herbert, Cat. of romances III 176, 113; 206, 50; 444, 3; 529, 11; 563, 50 usw. Exemplos Nr. 103. R. Köhler, Kl. Schriften II 562. Klapper, Erzählungen des Mittelalters Nr. 188; Exempla Nr. 96. Bolte's Anm. zu Pauli, Schimpf und Ernst Nr. 835. Th. Zachariae, Kl. Schriften S. 315 u. a.

¹⁾ 'Burellus, panni spissioris ac vilioris species' (französ. 'bure', grober Wollstoff). Vgl. Du Cange.

esse hereditas patris: quilibet dicebat, quod ipse erat filius et quod sua debebat esse hereditas. Unde cum relatum esset ad iudicem, precepit iudex, ut pater mortuus ad arborem ligaretur et ille, qui directus in eum sagittas mitteret, hereditatem haberet. Unde ligato patre ad arborem, duo ex illis sagittaverunt in illum, tercius vero videns patrem suum crudeliter sagittari offensus est et doluit supra modum, dicens se nullo modo velle nec posse patrem suum sagittare. Ex quo cognitum est quod ipse erat filius. Unde iubente iudice data est ei hereditas patris tota. — Simile iudicium de pueris duorum mulierum fecit Salomo (*vgl.* 10 3. Reg. 3,16 ff.).

20 (II, 51). De subtilitate iuvenis, quomodo non peccaret cum mulieribus.

Iuvenis quidam pulcher valde, Deum timens, vidit mulieres vultum et animum defigere in se, ait: „Non sic erit, sed scindam rethe“. Et fecit plagas septem, id est vulnera, in facie sua, ut sic deformaretur nec esset occasio peccati. — Legitur etiam de quodam, quod, cum esset in magna tempestate, videns sibi periculum mortis imminere, coram omnibus qui ibi aderant quoddam abhominabile peccatum confessus est. Cessante autem tempestate, nullus potuit ad memoriam eius peccatum 20 reducere. — Item de alio legitur, quod, cum demoniacus ei peccatum suum sepius exprobraret, ipse verecundia ductus confessus est sacerdoti peccatum suum, et cum ad demoniacum rediret, nichil penitus potuit ei exprobrare.

21 (II, 52). De heremita resistente temptacionibus 25 carnis.

Legitur in Vitaspatrum, quod erat quidam frater in heremo, promptus et alacer in opere Domini et in spirituali conversacione. Huic dia-

3 qui directe 2a. — 9 de filiis 2a. — 14 et animam 2b.

20. a) Thomas Cantiprat., De apibus II 30 § 35 ('Testatur Ambrosius in libro de virginitate'). Exemplos Nr. 314.

b) Jacques de Vitry (ed. Crane) Nr. 302 = Herbert, Cat. of romances III 14, 89. Scala celi f. 47r. Herolt (Discipulus), Prompt. exemplorum T. 2. Caesarius, Dial. mirac. III 21.

c) Vgl. Jacques de Vitry (ed. Crane) Nr. 261 = Herbert, a. a. O. III 21, 181. Etienne de Bourbon Nr. 176. Scala celi f. 43r. Ward, Cat. of rom. II 664, 22; 730, 8. Herbert, eb. III 599, 5; 621, 190; 639, 9; 659, 171. Exemplos Nr. 293. Passavanti, Specchio della vera penitenza I 188. Klapper, Erzählungen des Mittelalters Nr. 123 u. a.

21. Quelle: Vitae patrum III 11 (Migne, Patr. Lat. 73, 744). Vgl. Jacques de Vitry (ed. Crane) Nr. 245 = Herbert, Cat. of romances III 20, 164. Scala celi des Joh. Gobii iunior f. 112r (aus Vitae patrum). Magnum Speculum exemplorum unter 'Luxuria' S. 615 (ebenso). Auf den Beginnenprieister Guido übertragen bei Thomas Cantiprat., De apibus II 30 § 31. Vgl. dazu van der Vet, Het Biënboec, S. 173.

bolus immisit temptationes, ut recordaretur cuiusdam mulieris pulchritudinem, et turbabatur cogitationibus vehementer. Contigit autem ex dispensacione domini Ihesu, ut alius quidam de Egipto veniret ad visitandum eum. Et dum inter se loquerentur, evenit sermo ut diceret ille frater de Egipto, quod mortua esset mulier, de qua frater supradictus impugnabatur. Hoc autem cum audisset frater ille, post dies paucos abiit ad locum, ubi positum fuerat corpus mulieris defuncte, et nocte aperuit sepulchrum eius et de pallio suo tersit saniem putredinis sue et reversus est ad cellam suam et ponebat illum fetorem in conspectu suo et dicebat cogitationibus suis: "Ecce! habes desiderium tuum, quod querebas: sacia te ex eo." Et ita fetore illius saciabat se, quousque cessaret sordidissima impugnacio. — Super hoc dicit Augustinus¹⁾: 'Qui creavit te, non iustificat te sine te'.

22 (II, 53). De illo, qui peccavit, si confitetur, quantum lucrum inde habebit. 15

Legitur etiam de quodam, qui, cum peccasset, venit ad presbiterum sapientem et confessus est. Suscepta penitencia abiit, postea venit dicens: „O pater, iterum cecidi“. Cui ille: „Surge“, inquit. Paulo post venit iterum dicens: „O pater, iterum cecidi“. Quod cum sepius actum esset, ille penitens tedio affectus ait: „Quid hoc est? Quociens istud agam? Quid prodest tociens surgere, cum iterum cadam?“ Cui ille: „Surge“, inquit, „si mors invenerit te iacentem aut cadentem, peribis; si invenerit te stantem aut saltem surgentem, salvus eris“.

23 (II, 54). Quod nichil fetet plus coram Deo et angelis quam peccatores. 25

Quidam erat heremita tante sanctitatis, ut angelorum affatu pariter et aspectu frueretur. Accidit autem tempore quodam, ut de cella sua egressus inveniret in via cadaver hominis defuncti; iacuerat autem

1 temptacionem 2a. — 2 ex disposicione 2a. — 11 saciavit 2a. — 12 sord. temptacio 2a. — 20 Quid istud est 2a. — 21 toc. cadere et it. surgere 2a. — 26 affatu simul et 2b.

22. Quelle, aber im Wortlaut teilweise abweichend: Vitae patrum III 103 = VII 11, 5 (Migne, Patr. Lat. 73, 780. 1034).

23. Vgl. Vitae patrum VI 3, 18 (Migne, Patr. Lat. 73, 1014). Doch im einzelnen ähnlicher Jacques de Vitry (ed. Crane) Nr. 104 = Herbert, Cat. of romances III 8, 32. Odo von Cheriton (Hervieux IV 275 Nr. 26) = Herbert, eb. 62, 27. Welter, Spec. laicorum Nr. 360. Scala celi des Joh. Gobii iunior f. 149r (aus Vitae patrum). Bromyard, Summa predic. M. XIII 15. Magnum Speculum exemplorum unter 'Angelus' S. 47 (aus J. de Vitry). Enxemplos Nr. 291.

¹⁾ Sermo 169, c. 11, 13 (Migne, Patr. Lat. 33, 923): 'Qui ergo fecit te sine te, non te iustificat sine te'.

idem homo quatuor dies mortuus et fetebat. Accepit ergo heremita lignem, id est fossorium, et paravit sepulchrum et sepelivit defunctum, assistente angelo, cuius alloquio et familiaritate frequenter fruebatur. Cum autem heremita defunctum sepeliret illum, heremita obturabat
 5 nares suas propter fetorem cadaveris, angelus autem non. Interim supervenit adolescens pulcher et decorus. Angelus eum videns obturabat nares suas ab aspectu iuvenis. Quod cum heremita videret, mirabatur vehementer et dixit ad angelum: „Tu iam pridem non abhorruisti fetorem cadaveris defuncti, quem sepelivi, et nunc propter presenciam
 10 huius iuvenis obstruis nares tuas, quasi fetorem ab eo trahas et sentias? Que est causa?“ Respondit angelus: „Iuvenis iste fornicator est et Deo et nobis angelis Dei fetet magis quam mille cadavera. Nichil enim fetet coram Deo et angelis nisi immundicia et turpitudines, et eos, qui talia agunt, abominatur Deus et angeli eius“.

15 24 (II, 55). De sancto sene, qui vidit demones animam divitis de corpore abstrahere.

Legitur in Vitaspatrum, quod quidam sanctus senex, dum sederet ante ianuam cuiusdam divitis, qui iam moriebatur, demones vidit in equis nigris terribiles, qui habebant igneos baculos in manibus suis.
 20 Cumque pervenissent ante ianuam illius divitis, statuerunt equos suos foris et intravit unusquisque eorum cum festinatione. Infirmus autem vidit eos, clamavit magna voce dicens: „Domine, adiuva me“. Cui illi dixerunt: „Nunc memor factus es Dei, quando tibi sol obscuratus est. Quare usque in hodiernum diem non requisisti eum, dum adhuc tibi
 25 erat splendor diei? Nunc autem hac hora non est tibi porcio spei neque consolacionis“. Et sic animam eius rapuerunt et discesserunt.

25 (II, 56). De monachorum vita, quam cara et placita sit Deo.

Legitur in Vitaspatrum, quod quidam filius sacerdotis ydolorum intravit occulte templum post patrem suum euntem ad sacrificandum
 30 et vidit ibi principem demonum sedentem in solio et omnem suam miliciam vidit coram eo. Et ecce! quidam demones venientes adoraverunt eum. Et inquisiti de factis nequicie sue, unus eorum respondit, quod per triginta dies in provincia quadam sediciones et bella commovit. Secundus
 35 dixit, quod per viginti dies plurimas naves in mari submersit. Tercius

5 non, insuper et interim 2a. — 6 et dec. fehlt 2b. — 10 et senc. fehlt 2a. — 19 venientes fügt nach terrib. 2a ein.

24. Quelle: Vitae patrum VI 3, 14 (Migne, Patr. Lat. 73, 1012). Vgl. Ward, Cat. of romances II 665, 30. Herbert, eb. III 459, 24; 517, 118; 544, 45.

25. Quelle: Vitae patrum V 5, 39 (Migne, Patr. Lat. 73, 885). Weitere Literatur s. in Band I, 118 zu Nr. 137.

ait, quod per decem dies in quibusdam nuptiis lites commovit, in quibus multi vulnerati fuerunt et sponsus interfectus. Quibus auditis, iussit eos omnes flagellari, eo quod tantum temporis in hiis expendissent. Tandem adoravit eum unus et dixit, quod per quadraginta annos in heremo quendam monachum impugnavit et vix illa nocte compulit eum fornicari. Et tunc ille surgens osculatus est eum et imposuit ei coronam suam secumque sedere precepit, dicens eum maximum quid fecisse.

26 (II, 57). Quam amicabiliter misertus est nobis Deus.

Erat quidam rex, qui habebat servientem despectissimum in coquina sua et fecit eum liberum et exaltavit illum, ita ut dives et potens valde esset. Ille autem, beneficii domini sui immemor, hostes domini sui in domo sua recipiebat. Quod cum audisset dominus, fecit eum comprehendere et ad patibulum duci. Et cum duceretur, occurrit cuidam amico suo, cui multum servierat, et rogavit illum, ut intercederet pro eo. Qui dixit ei: „Non facio, nam post mortem tuam multos amicos eum habiturus“. Et maledixit illi hore, in qua dilexerat eum tantum. Processit autem paululum et invenit alium amicum, cui plus servierat, et rogavit eum illum, ut pro eo intercederet. Qui dixit, quod ire vellet secum ad mediam viam patibuli et quod daret ei pannum ad tegendum oculos. Maledixit eum hore, in qua tantum dilexerat eum. Cum autem venisset et iam deberet suspendi, aspexit quendam, cui non solum non servierat, sed molestias plures intulerat, et rogavit eum devote et cum lacrimis, ut intercederet pro eo. Ille vero misericordia motus est et exposuit se, ita ut vulneratus esset pro eius liberatione. — Rex iste, rex regum est 'et dominus dominantium' (1. Tim. 6, 15). Servus iste despectissimus, quem habet, est quilibet peccator ante baptismum; tunc enim miseri et despectabiles eramus et servi peccati, sed Dominus unda bap-

2 auditis omnes iussi sunt fl. 2b. — 3 tantum spacium temporis 2b. — 5 vix una n. 2a. — 18 Proc. tamen 2b. — 19 quod iret cum eo 2b. — 21 Maledixerat autem 2a. — 24 miseracione motus 2b.

26. Berühmte Parabel von den 3 Freunden in der Not aus Barlaam und Josaphat, s. V. Chauvin, Bibliogr. des ouvrages arabes III S. 100. Steinschneider, Manna S. 6. Grünbaum, Ges. Aufsätze, S. 485. L. Dukes Zur Kenntn. d. neuhebr. relig. Poesie S. 98. Born Judas IV 32. Günzig, Jüd. Schrifttum S. 52 (aus dem Talmud). Lidzbarski, Gesch. aus neuaram. Hss. S. 151. Hammer, Rosenöl I 175. Cardonne, Mélanges de littér. or. I 78. Ward, Cat. of romances II 123, 6. Jacques de Vitry (ed. Crane) Nr. 120 = Herbert, Cat. of romances III 10, 49. Odo von Cheriton (Hervieux IV 317 Nr. 137). Welter, Spec. laicorum Nr. 35. Scala celi des Joh. Gobii junior f. 9r. Bromyard, Summa predic. A. XXI 5. Viaticum narrationum Nr. 4 (s. oben S. 8 f.). Speculum exemplorum Straßburg 1487) IV 17. Magnum Speculum exemplorum unter 'Amicus' S. 31 (aus Vinc. Bellov. Spec. hist. XII 16). Gesta Romanorum (ed. Oesterley) c. 129 u. 238 mit anglolat. Gruppe, s. Herbert, a. a. O. 225, 23. Manuel, El conde Lucanor (ed. Knust-Birch Hirschfeld) S. 433. Klapper, Exempla Nr. 25. Legenda aurea c. 180 (ed. Graesse S. 816 f.), u. a.

tismatis servos, id est nos, renatos per misericordiam suam liberos fecit. Qui servus liber factus postea non semel, ymmo multociens in templo cordis sui Domino dedicato hostes domini sui peccando moraliter recepit et inde ad patibulum gehenne ducebatur. Amicorum primus sunt
 5 divitis possessiones, que a patibulo rennerunt eum liberare et dicunt se post eius suspensionem multos amicos habituros. Secundus amicus sunt parentes et amici, qui cum eo vadunt ad mediam viam, id est usque ad fossam, dum moritur; linteum dant ei, ut sepeliatur; magis autem dolerent de diviciarum perdicione quam de anime eius libera-
 10 cione curarent. Amicus ultimus est Christus, qui ad eius liberationem vulneratus est in latere et pedibus et manibus, cui gloria in secula seculorum. Amen.

Der Kompilator benutzt dann eine Marienmirakelsammlung und macht daraus und aus Caesarius ein 3. Buch mit der Ueberschrift:

15 *Incipit liber tercius de miraculis sancte matris Domini nostri Ihesu Christi*

und mit der Einleitung:

Hec miracula de beata virgine Maria, que sequuntur, sua prece et iuvamine ad unigenitum Filium suum multos consolentur.

20 *Es folgen in 2a. b Caesarius II,4—10, 20, 21, 33 (= Meister III 1—10), dann folgende Marienmirakel:*

27 (III,11). De puella, pro qua beata virgo Maria quindecim annos servivit in custodia sui conventus.

25 *Erat in partibus superioribus cenobium quoddam sancti Benedicti, in quo erat puella quedam, Deo et beate virgini Marie semper serviens devote, et ideo a conventu custodia ipsius ecclesie ei est commissa. Quodam tempore, divina annuente clemencia, graviter est temptata, ut ad petitionem cuiusdam iuvenis habitum suum mutare vellet.*
 30 *Quod heu! postea factum est ita. Cum prefata puella opere complere vellet, quod corde conceperat, suggestionem diabolica devicta, iuvenem 'intempeste noctis silencio' (3. Reg. 3,20) venire iubet, promittens se eius precibus annuere et locum signans, ubi eam expectaret. Ipsa nocte*

6 Secundi amici 2b. — 8 fossam et lint. dant 2a. — ut sepeliant 2b. — 10 curarent fehlt 2a. — 22 Die Ueberschrift fehlt 2b.

27. Späte Abart des bekanntesten Marienmirakels von der Pförtnerin Beatrix im Dial. mirac. VII, 34. Hier genüge der Hinweis auf die Gesamtdarstellungen von H. Watenphul, Die Geschichte der Marienlegende von Beatrix der Küsterin, Diss. Göttingen 1904, und R. Guiette, La légende de la sacristine, Paris 1927 (= Bibl. de la Revue de littér. comparée 43).

surgens prenominata puella, nimio dolore concussa, omnes claves per-
 tinentes ad custodiam ei commissam simul colligens, monasterium in-
 trans altare aggreditur, ubi ymaginem beate Marie virginis scivit esse,
 et cadens in terra prostrata flebili voce ymaginem hiis verbis alloquitur
 dicens: „O gloriosa virgo Maria, filio tuo et tibi a puericia mea servivi 5
 et ipsum sponsum habui. Nunc autem mores meos et vitam meam tur-
 piter [mutare] propono: has claves michi de tua gracia commissas et hoc
 velum in signum virginittatis michi datum tibi, domina mea, committo“.
 Verbis istis claves ymagini ad brachium pendens et velum eius super
 caput beate Marie ponens, maxime flens locum adiit, ubi iuvenem esse 10
 scivit. Iuvenis eam videns gavisus est et ponens eam super equum
 suum duxit, ubi illam habere voluit. Post parvum vero tempus, cum
 consummassent omnia, que puella secum duxerat, ipsam deseruit, ut
 omnes facere solent, quia non tantum eam, sed ipsius res magis dile-
 xerat. Puella videns se mortaliter peccasse et per hoc claustrum suum et 15
 Deum suum amisisse, in peius procidens vagari et iam communis esse
 cepit. Sicque pergens multa loca, mortalia queque agens, spacium
 decem annorum complevit. Tandem pius Dominus, qui non vult mor-
 tem peccatoris, sed ut convertatur magis et vivat (vgl. *Ezech. 33,11*),
 volens malam eius conversacionem terminare, maximam contricionem 20
 cordi eius infudit et pro excessibus suis die nocteque domino Ihesu
 Christo et matri misericordiarum Virgini Marie incessanter supplicavit.
 Videns autem pater misericordiarum tantam contricionem indigne fa-
 mule sue, dedit ei voluntatem redeundi ad locum, unde apostataverat.
 Perveniens autem nutu divino ad portam claustrum, a quo dudum recesserat 25
 obviam sibi vidit puellam, quam sic alloquitur dicens: „O bona
 puella, rogo te fideliter, ut michi dicere digneris, quomodo se status
 huius claustrum habeat“. Respondit puella: „Locum istum ab infancia
 mea inhabitavi, nunquam mala ab inhabitantibus locum istum intellexi,
 sed bona disciplina puellarum simulque domine nostre abbatisse hic est“.
 Et ait altera: „Quomodo ergo se habet custos ecclesie istius et quo nomi-
 ne nuncupatur?“ Respondit: „Bene se habet ut provida et devota
 puella, que Deo et hominibus placet per omnia“, genus suum et nomen
 exprimens. Hec audiens, que iam dudum peccatrix fuerat, sursum oculo-
 rum inondacione gracias agens procedit ad monasterium. Intrans 35
 autem retro genu flexo cecidit ante ymaginem beate Virginis, que
 stabat in altari, et statim obdormivit. Cum vero sic iaceret, loquitur
 ad eam beata Virgo Maria et ait: „O bona puella, surge, ne paveas,
 quia omnia pro te hic feci, que facere debueras, si presens fuisses. 40
 Omnia peccata, que operata es a tempore quo existi, occulta sunt et
 in isto loco nemo scit nisi solus Deus. Ergo statim confitearis sacerdoti
 omnes excessus tuos, et ego impetrabo et impetravi ex parte tibi gratiam

7 mutare *erqänzt*, *fehlt* 2b; habitare 2a. — 9 ad brachium *fehlt* 2b. — et velum
bis ponens *fehlt* 2b; pendens *für* ponens 2a. — 17 ambulans *für* pergens
 2b. — 18 implevit 2a. — 24 ubi apost. 2a; unde apostataverat. (Per-
 veniens *bis* recesserat *fehlt*, *doch* ante portam *nach* vidit) 2b. — 33 Deo
 et omnibus 2b. — 34 quia iam 2a.

a Filio meo. Noli timere, audaciter accede ad me, claves officii tui et ordinem resume a me, ut hic michi servias“. Evigilans vero puella omnia, que in sompno viderat, vera esse repperit, dominum Ihesum Christum et suam gloriosam matrem benedixit et, sicut iussa fuerat, fecit, scilicet omnia pure confitebatur et in loco predicto usque ad obitum Deo servivit et in bona contricione vitam finivit. Hec michi dicta sunt a viro religioso, qui novit confessorem puelle, cui hec contigerant.

28 (III, 12). De ymagine beate Marie, que ab igne non est combusta.

10 Est item ecclesia in honore sancti Michaelis dedicata in monte, qui dicitur Tumba in periculo maris. In hac multitudo monachorum sub regulari institutione famulatur Domino. Contigit autem quodam tempore, ut succenderetur ipsa ecclesia, divino fulgore in eam de celo cadente. Erat autem ibi ymago quedam, decenter ex ligno fabricata in sancte Dei Genitricis venerationem, habens super caput suum in modum mitre velamen. Igitur cum pervenisset ignis ad locum illum, ubi erat illa ymago, omnia que circa erant combussit, ipsam vero ymaginem quasi expavescens omnino intactam reliquit, ut velamen candidum, quod gestabat in capite, ardore fumi non valeret aliquatenus obscurari. Evasit etiam ab igne unum flabellum de pennis pavonis, quoniam innixum erat ipsi ymagini. Digna prorsus ostensio miraculi, quia illius ymaginem ignis tangere non valuit, que corpore et mente¹⁾ sancta Virgo Genitrix ymaginem suam ab igne defendit, ostendens, quomodo sibi servientes facillime ab igne eterno liberare possit.

25 29 (III, 13). De puerulo Iudeo, quem sancta Maria in camino ardenti ab igne illesum servavit.

In Polonia contigit, quod dicturus sum. In civitate, que dicitur Brezlavia, quidam puerulus quasi annorum decem Iudeus cum

7 contingerunt 2a; contigebant 2b. — 10 Est enim 2b. — 13 in eo 2b. — 16 ubi esset 2a. — 17 combussisset 2a; combussissent 2b. — 27 que vocatur Bresslavia 2b.

28. Entstammt mit geringen Abweichungen dem Liber de miraculis Mariae des sogenannten Potho von Prüfening (BHL. 5357) c. 15 (ed. B. Pez, Ven. Agnetis Blanbekin Vita, Viennae 1731, S. 333; ed. Crane, Ithaca 1925). Ward, Cat. of romances II 608, 21. — Dem Potho (richtiger Boto) von Prüfening (nicht Prüm) gehört nur c. 37 der Sammlung an; vgl. nach Mussafia I. A. Andres, Boto von Prüfening und seine schriftstellerische Tätigkeit (Neues Archiv 30, 1905, S. 603—646, besonders 612f.); vgl. auch Paul Lehmann, Neue Textzeugen des Prüfeningener Liber de viris illustribus (eb. 38, 1913, S. 554 ff.). Auf die Benutzung Pothos in Meisters 3. Buch weist nach Poncelet (s. oben S. 10) auch hin Bened. Kraft, Die Hss. der Bischöfl. Ordinariatsbibliothek in Augsburg, Augsburg 1934, S. 24ff.

29. Ueber die Hauptversionen des Marienmirakels vom Judenknaben im Ofen vgl. besonders E. Wolter, Der Judenknabe, Halle 1879 (= Bibl. Normannica 2) und Th. Pelizaeus, Beiträge zur Gesch. der Legende vom

¹⁾ Hier sind Worte ausgefallen (Pez S. 333): 'quae corpore et mente virgo permanens carnis concupiscentiam nullatenus scivit. Sic sancta Dei genitrix imaginem — —'.

pueris Christianis ad ecclesiam ibat et vidit ibidem sacerdotem celebrare missam. In eodem altari, ubi prefatus sacerdos celebrabat missam, stare vidit ymaginem beate Marie virginis et tenere filium eius in brachiis. Missa autem a sacerdote dicta, quia dies erat pasche, cum sacerdos 5 omni populo corpus Christi distribueret, videbatur puero Iudeo, quod sacerdos ille a brachiis illius ymaginis, que stabat in altari, puerum acciperet et omni populo per partes divideret. Puer vero Iudeus cum aliis accedens cradam carnem a sacerdote accepit. Quam patri suo domum detulit et, qualiter acceperit, hoc ordine, quo antea audivistis, indicavit. Pater autem nimio dolore ac indignatione repletus puero sic ait: 10 „Maledicte puer, quis te illic tulit?“ Puer perterritus ad verba patris respondit: „Cum aliis pueris illuc cucurri et sic michi evenit“. Pater, accepta carne, abscondit in cista sub sera. Statim Iudeus fornacem magno igne accendit, hostia claudens, puerum intus remanendum iniecit. Mater autem pueri hoc videns clamore clamat non modico, et populus advocat, fores infringunt, puerum de fornace ignis ardentis eripiunt. Quem 15 cum illesum admirarentur et interrogaretur, quomodo ab incendio non esset tactus, ille gaudens respondit: „Dominam meam, quam vidi cum puero stantem in ecclesia super altare, in fornace sedentem inveni, que me suo gremio suscepit, flammam ignis a me excussit, vestem albam 20 super me misit, et ignis me non lesit“. Quo audito, omnes voces et manus ad celum levantes, Ihesum Christum et gloriosam eius matrem Mariam laudantes, requirunt carnem a Iudeo datam sibi a puero. Quam Christiani cum maximis fletibus ac laudibus ad ecclesiam honorifice detulerunt, ubi Dominus ob corporis sui honorem multa operatur 25 miracula. Clerus autem baptizavit puerum cum matre et multos Iudeos, qui predicta videntes omnes crediderunt in Ihesum Christum. Pater autem a dyabolo induratus rennuit baptizari. Quem iudex civitatis assumens ligatis manibus et pedibus proiecit in fornacem, quam filio suo incenderat, et statim consumptus est ab igne. Mater autem et filius 30 cum aliis, qui baptizati fuerant, religionem ordinis grisei¹⁾ intrantes Christo et eius matri Marie devote servierunt vitamque bono fine terminarunt.

5 o. pop. communionem corporis Chr. 2b. — 10 impletus 2a. — 11 illic perduxit 2b. — 16 Que cum i. admiraretur et interrogaret 2a. — 20 exceptit 2b.

Judenknaben, Diss. Halle 1914. Die Lokalisierung in Breslau und vielfache Ausschmückungen bekunden nur allzu deutlich den Charakter einer späten Umarbeitung des Liber de miraculis Mariae c. 31 (Pez S. 373 und Crane: 'Contigit res quondam mira in civitate Bituricensi'); Ward, Cat. of romances II 601, 1. Anal. Bolland. XLII, 43. Paschasius Radbertus, De corpore et sanguine Domini c. 9, 8 (Migne, Patr. Lat. 120, 1298). Hugo von Trimberg, Solsequium (ed. Seemann) Nr. 39. Ruth Wilson Tryon, Miracles of Our Lady, Publ. of the Mod. Langu. Assoc. of America XXXVIII (1923), 324. Ueber zwei andere Fassungen desselben Motivs s. unten Nr. 37a sowie Nr. 38.

¹⁾ Cistercienser-Orden.

30 (III, 14). De monacho, quem sancta Maria precibus sancti Petri ab inferno eripuit.

In monasterio sancti Petri, quod est ante urbem Coloniam, erat quidam frater, cuius vita et mores nimis ab habitu monachali discrepabant; nam leviter se agens in pluribus actibus, etiam filium contra propositionem monachi habebat et seculi actui se in multis tradiderat. Hic igitur aliquando cum quibusdam fratribus petitionem pro corporis salute accipiens, irruente languore nimis afflictus sine confessione vel corporis Christi sacra communione repente defunctus est. Cuius anima ab antiquo hoste mox accepta ducebatur ad infernalium claustra. Quod cernens sanctus Petrus, cuius erat monachus, accessit ad benignum Dominum et pro anima fratris eius deprecabatur. Cui Dominus: "Ignoras", inquit, "Petre, quod propheta me inspirante dixit (*Ps. 14, 1*): 'Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis requiescet in monte sancto tuo?' subiciens: 'Qui ingreditur sine macula et operatur iustitiam' (*Ps. 14, 2*). Quomodo ergo potest hic salvus fieri, cum neque sine macula sit ingressus neque, ut debuit, iustitiam operatus est?" Hec audiens sanctus Petrus iterum angelos sanctos ac deinde singulos ordines sanctorum precatus est, ut orarent Dominum pro anima fratris. Quibus singulis deprecantibus, cum ea, que prius superius retulimus, responderet Dominus, novissime venit ad sanctam Mariam sanctasque virgines, sciens certissime preces earundem exaudiri. Ob quam rem cum surrexisset sancta Dei Genitrix, precata est Filium suum cum sanctis virginibus. Statimque surrexit ei Christus et dixit sue matri et sanctis virginibus: "Quid a me poscis, dulcissima mater, cum meis carissimis sororibus?" Cui cum respondisset, quod pro anima fratris memorati postularet, Christus ait illi: "Licet per prophetam dixerim neminem posse habitare in tabernaculo meo nisi qui sine macula ingreditur et iustitiam operatur (*Ps. 14, 2*), tamen, quia tibi placet, ut indulgentiam consequatur, concedo, ut anima eius ad corpus revertatur, ut acta de malis actibus penitentia demum requie perfruatur." Hec ut sancta Maria sancto Petro innotuit, confestim sanctus Petrus magna clave, quam tenebat, dyabolum terrenum eum in fugam convertit et animam fratris, quam tenebat, eripuit. Quam duobus speciosis pueris commendavit, et ipsi nichilominus, ut reduceretur ad corpus, commendaverunt eam cuidam fratri, qui fuerat monachus prefati monasterii. Qui reducens eam rogavit quasi pro mercede, ut singulis diebus diceret pro eo psalmum 'Miserere mei

4 nimium 2a. — 5 c. propos.: *am Rande* c. prohibicionem 2a. — 6 actibus 2a. — 7 petitionem 2b. — 13 dicit 2b. — 14 habitat 2b. — requiescit 2b. — 20 depr. ac ut sup. ret. 2a. — 25 meis sanctis sor. 2b.

30. Entstammt dem Liber de miraculis Mariae c. 7 (ed. Pez S. 316 und Crane). Ward, Cat. of romances II 606, 13. De Vooy's, Middel- nederl. Legenden en exempelen S. 277.

Deus' etc. (*Ps.* 50,3) et sepe mundaret per scopas sepulcrum eius. Ac inde frater de morte resurgens, que sibi contigerant vel que viderat, narravit et quomodo a dyaboli potestate fuisset ereptus suffragiis sancte Dei Genitricis atque sancti Petri apostoli. Sane si hoc miraculum, quod narravimus, videatur alicui incredibile, cogitet, quantum sancta Dei Genitrix super omnes ordines sanctorum apud Filium suum, celi et terre dominum, valeat, et deponet omne incredulitatis ambiguum. Si vero obicit quis de clave sancti Petri, qua terruit inimicum, meminerit incorporea nonnisi per corporea posse narrari. Verumptamen Deo nichil est impossibile, cui laus et gloria in secula. Amen.

2a fügt hinzu: Explicit Cesarius.

Es folgen in 2a. b vier Erzählungen, die Meister als 1. Anhang (c. 1—4) S. 208—213 herausgegeben hat:

31. De animabus inferni, quas vidit Paulus, et tormenta diversa, que habent requiem in die dominica. 15

Interrogandum est, quis primus fuerit, qui rogavit, ut anime requiem haberent in inferno: id est sanctus Paulus et Michael archangelus, quando exierunt ad infernum, quia voluit Deus, ut Paulus videret penas inferni. Et misit Deus Michaelem cum Paulo, ut ostenderet ei peccatores. Oportet ergo nos timere penas inferni et amare delicias paradisi, que ostense sunt Paulo, quando fuit in carne. Et tulit eum Michael in celum et ostendit ei fundamentum celi super flumen aque, et vidit ibi locum inferni terribilem, ubi non erat lumen, sed tenebre et tristitia et suspiria. Et erat ibi flumen igneum fervens et fletus de animabus exaltatus ad celum, et nomen eius loci erat Coccyton. Vidit Paulus ad portas inferni arbores igneas et peccatores suspensos in eis: alii pedibus erant ligati, alii manibus, alii linguis, alii capillis, alii brachiis, alii collo. Et iterum vidit ignem ardentem in alio loco in fornace per quatuor flammam in diversis coloribus et multi puniebantur in eo perenni fame, alii siti, alii igne, alii frigore, alii vermibus, alii fetore, alii fumo. Et in 30

1 Ac nunc fr. 2a. — 24 exalatus 2b.

31. Es ist ein Text der 3. Redaktion der Visio s. Pauli, gekennzeichnet durch das Fehlen des lasterhaften Bischofs, aber hinzugefügt ist der Höllenpfortner Cerberus. Vgl. im einzelnen und wegen der Übereinstimmungen mit der Hs. Wien 1629 Herman Brandes, *Visio s. Pauli*, Halle 1885, S. 29 ff., der S. 65—71 und 75—80 den 3. und den hie und da zu vergleichenden 4. Text bietet. Vgl. auch M. Rh. James, *Apocrypha anecdota* (Texts and studies ed. J. A. Robinson II, 3, Cambridge 1893), S. 1 ff.; P. Meyer, *Romania XXIV* (1895), 357 ff.; BHL. II, Nr. 6580/82 (mit der 2. Auflage des Supplements); Ed. Wieber, *De apocalypsis S. Pauli codicibus*, Diss. Marburg 1904, S. 24 ff.; D. Serruys, *Revue de philologie XXXV* (1911), 194 ff. Reinholdt, Diss. Greifswald 1913, Nr. 14. Ward, *Cat. of romances II* 397. — Eine neue Ausgabe der verschiedenen Fassungen durch H. T. Silverstein im 4. Bande der 'Studies and documents' von K. und S. Lake (London, Christophers) wurde 1934 als nahe bevorstehend angekündigt.

ipsum fornacem mittuntur anime peccatorum, que non egerunt peniten-
 ciam in hoc mundo: alii flent, alii strident, alii querunt mortem et non
 inveniunt, quia anima nunquam morietur. Et erat ibi draco ingens, habens
 in collo mille capita et mille oculos, et videntes erant in unoquoque
 5 capite. Et erant oculi eius quasi gladii acuti et semper ore aperto, ut
 absorbeat omnes animas, et erat nomen eius Patimot. Ab eo proced-
 unt omnes serpentes et omnia genera vermium et mali ministratores.
 Et vidit ibi Paulus in alio loco multos homines dimersos in flumine
 igneo, alii usque ad genua, alii usque ad umbilicum, alii usque ad labia,
 10 alii usque ad supercilia. Et ploravit Paulus et suspiravit et interrogavit
 angelum, qui essent dimersi usque ad genua. Et dixit angelus: "Hii sunt,
 qui detrahunt multis in ecclesia et extra ecclesiam et in omni loco.
 Dimersi usque ad umbilicum hii sunt, qui fornicantur et sumpserunt
 corpus et sanguinem Christi immundi et ita absque confessione vixerunt
 15 usque ad mortem. Dimersique usque ad labia hii sunt, qui lites inter se
 faciunt nec volunt audire verbum Dei et non sunt pacifici. Usque ad
 supercilia dimersi hii sunt, qui faciunt malum proximis suis, dum fidem
 contra illos habent, quam semper cum eis tenere deberent". Et vidit
 alium locum plenum viris et mulieribus: et erat fovea alta, plena ani-
 20 mabus, et serpentes comedebant eorum linguas, et semper clamabant
 ad Deum: "Miserere nobis, fili David" (*Matth. 9,27*). Et flevit Paulus et
 dixit: "Qui sunt hii?" Et dixit angelus: "Hii sunt, qui non credunt nec
 fidem habent nec caritatem in illa." Et dixit Paulus: "Quanta est loci
 istius profunditas?" Dixit angelus: "Hic est abissus non habens men-
 25 suram et fovet ac repletur omnibus diebus. Anima, que mittitur in
 ipsum locum, nunquam ad profunditatem pervenit." Cum Paulus audisset,
 ingemuit et flevit, dixitque ei angelus: "Quid ploras? Hii sunt, quos re-
 demit Dominus proprio sanguine et dedit unicuique propriam voluntatem
 et tempus penitencie, et neglexerunt et non penitentiam egerunt." Postea
 30 vidit locum terribilem et angustum, ubi erat flumen igneum et ardens.
 Ibi erant viri et mulieres linguas suas comedentes. Et flevit Paulus, et
 dixit angelus: "Hii sunt mali divites, qui misericordiam non habuerunt in
 pauperes et usuras acceperunt, et avari et fornicatores." Postea vidit
 alium locum, et murus igneus ardebat in circuitu eius, et in eo fuerunt
 35 viri et mulieres comedentes linguas suas. Et flevit Paulus et dixit: "Qui
 sunt hii?" Dixit angelus: "Hii sunt malefici et periuri et peremptores et
 falsatores et invidiosi et superbi, qui Deum non diligunt". Et vidit
 ibi viros et mulieres nigras valde. "Hii sunt, qui fornicantur absque pro-
 priis mulieribus, et hee sunt mulieres, que fornicantur absque viris."
 40 Et vidit ibi puellas nigras, et vestimenta earum fuerunt nigra, et vidit
 quatuor angelos malignos tenentes cathenas igneas in manibus, quas mit-
 tebant in cervices earundem. Et dixit angelus Paulo: "Hee sunt false

23 car. in illum 2a. — 25 ac repletur *fehlt* 2b. — 26 ad illum
 locum, n. ad profundum contingit 2b. — 33 us. accipiunt 2b. — 34 et
 in eo sunt 2b. — 36 malefoci et perfroi (*so!*) 2b.

puelle, que non sunt servantes castitatem nec virginitatem." Postea vidit viros et mulieres in loco glaciali, et ignis urebat eos de una parte, et de altera parte frigeabant. "Hii sunt, qui viduis et orphanis nocent et eosdem opprimunt". Postea vidit in alio loco mulieres indutas pannis cum pice et sulphure et igne et dracone et serpentibus circa colla sua; angeli iniqui cum cornibus igneis percuciebant eas. "Iste sunt, que occiderunt infantes suos et iactaverunt illos in flumine et in stercore." Et angeli quatuor in circuitu earum increpantes eas et dicentes: "Agnoscite Filium Dei, qui vos redemit suo sanguine." Et flevit Paulus et dixit: "Ve ve vobis peccatoribus! Ad quid nati fuistis?" Dixit angelus: "Adhuc non vidisti maiora tormenta in inferno: sequere me et videbis maiora tormenta et species peiora aliis." Et ostendit ei locum sigillatum septem sigillis. Dixit angelus: "Sta in hoc loco et vide, si poteris fetorem istius putei sustinere." Et apertum est os putei, et surrexit quidam fetor durior et peior omnibus penis, quas prius viderat in inferno, et vidit muros igneos iactantes se ex utraque parte. Et dixit angelus: „Si quis mittitur in puteum istum, nunquam fiet de eo redemptio. Hii sunt, qui non sunt baptizati et qui non crediderunt in Christum nec illum natum de Virgine." Et vidit ibi Paulus viros et mulieres nudas et vermes eos comedentes, et erat profunditas illius loci quasi de terra usque ad celum. Et quando os putei apertum erat, audivit eos gementes et flentes quasi tonitrua. Et Paulus et Michael aspiciebant in celum et in terram et viderunt animam peccatoris inter septem spiritus ululantem, deducentes eam de corpore, et clamabant angeli: "Ve ve anime misere! Que opera fecisti in terra?" Et diaboli eam susceperunt, mittentes eam in tenebras, ubi erat 'fletus et stridor dencium' (*Matth. 8,12*), et ululatus magnus fuit in inferno. Et dixit angelus: „Credis et cognoscis quia, sicut fecerit homo, ita accipiet?" Dixit Paulus: "Credo". Postea cito adduxerunt angeli animam iusti de corpore portantes ad celum. Et audierunt vocem milia milium angelorum letancium et dicencium pro ea: „O leta anima, o felicissima anima, o beata in Christo anima, letare hodie, que fecisti voluntatem Domini!" Et clamabant omnes anime, que in inferno erant, ad angelos et ad animam iustam, ut Deum orarent pro eis, videntes animam iustam et angelos ascendentes in paradysum cum ea. Et clamor magnus factus est in inferno, quasi celum et terram commoveret. Et flevit Paulus et Michael et omnes, qui erant in inferno, et clamabant ululatu maximo. Et ecce! movebatur celum et Filius hominis descendebat de celo et habebat diadema in capite suo. Et iterum clamabant omnes anime morientes: "Miserere, Domine, miserere nobis! Prosit nobis adventus tuus, Domine!" Vox Christi dicit: „Quare estis in pena? Cur postulatis a me requiem, cum nil boni feceritis? Quid passi estis pro me? Hoc merito patimini, quia mandata mea non servastis. Vos autem minime habuistis in memoria, quod pro vobis fui passus et crucifixus,

13 si potes 2b. — 34 descendentes in p. 2a; dñ | dentes ad p. (beim Zeilenwechsel) 2b. — 37 ul. magno 2a. — 41 propter me 2b.

lancea perforatus, clavis fixus et fui pro vobis mortuus. Vos non redemi auro nec argento, sed meo corpore, quod dedi pro vobis in mortem, ut viveretis. Et vos fuistis fures, avari, superbi, invidiosi, mendaces, cupidi, in terrenis actibus semper inhesistis et parum in celestibus". Et iterum clamabant anime in inferno: "Miserere nobis, Michael, et tu, Paule, dilectissime Dei, interpella pro nobis Dominum". Et ait Michael: "Nunc flete, et ego flebo vobiscum et omnes angeli Dei". Et Paulus ait: „Miserereatur et propicius sit vobis Deus misericors, ut det vobis refrigerium". Audientes hec anime, que erant in penis, clamabant una voce dicentes: 5 "Miserere nobis, fili David!". Et dicit iterum Christus: "Quid boni fecistis?" Prostratus sanctus Paulus et Michael et angeli et milia milium angelorum ante Filium Dei orabant, ut requiem in die dominica anime haberent. Et ait Christus: "Nunc propter Michaelem et Paulum dilectum meum et propter omnes fratres meos, qui offerunt oblaciones in terris 15 pro vivis ac defunctis, et maxime pro mea misericordia do vobis requiem omnibus, qui estis in penis, diei dominice usque in perpetuum de hora nona sabbati usque ad secundam feriam hora prima". Et ostiarius minister inferni exaltavit caput suum super infernum et contristatus est valde. Et letati sunt omnes, qui erant in inferno, et clamabant una voce: 20 "Benedicimus te, Christe, Fili Dei, qui dignatus es nobis dare refrigerium huius diei et noctis plus quam omne tempus nostre vite super terram!" „Beati, qui custodiunt diem dominicum: ipsi habebunt mecum partem et cum Deo Patre meo omnipotenti in secula seculorum. Amen."

Ista que scripta sunt de animabus inferni, quod diebus dominicis 25 a penis suis requiescant, non sunt credenda.

32. Basilii adhuc querit de Anastasio, quod sibi ostendat thesaurum in camera sua absconsum. Quod facere noluit. Tunc Basilii ostium camere signo sancte crucis aperuit et invenit ibi immundissimum leprosum, quem sacerdos et uxor sua multis annis ibi habuerunt, et illum propter iusticiam, quam Christiano habere tenentur, cibant, potant, mundant et lavant. Tunc episcopus increpavit sacerdotem, quare hunc thesaurum vellet sibi abscondere. Sacerdos vero flexis genibus rogat verba sua audiri, dicens: „Domine, leprosus iste tantum fetet de immundicia sua, quod non audebam tibi ostendere eum, et 35 eciam tam malus est in verbis suis; si ostendissem tibi, turpia verba

3 invidio (so!) 2b. — 10 filii Dei 2a. — 16 in pena die dominica 2a. — 25 requiescunt 2a. — 31 increpabat 2b. — 35 in verbo, si 2b.

32. Vgl. die Vita Basilii in der Uebersetzung des Anastasius (BHL. Nr. 1022) c. 9 (Migne, Patr. Lat. 73, 306 f.) oder in der Fassung des Casinensis 139 (BHL. Nr. 1024; Bibliotheca Casinensis III, 1877, Florilegium S. 214); doch liegt anscheinend eine andere Uebersetzung zu Grunde.

michi dixisset.“ Tunc episcopus clausit se cum leproso per diem et noctem et fetorem sustinuit, ipsum mundando, tangendo, osculando. Mane factus leprosus cum episcopo cameram totus sanus exivit, gratias Deo et episcopo egit. Postquam episcopus a sacerdote domum rediit, sacerdos cum uxore in vita sancta vixit *).

5

33. Sermo de conversione peccatoris.

Quidam magnus peccator contritus et confessus est sacerdoti innumerabilia peccata. Cui sacerdos tantum unum ‘paternoster’ pro penitencia iniunxit. Peccator videns tam parvam penitenciam suam in comparatione peccatorum suorum nimis flevit. Et hoc postea in mentem sacerdotis incidit, quod penitencia peccatori ab eo pro multis peccatis iniuncta nimis parva fuerit ¹⁾). Tunc sacerdos ad crucifixum flendo et orando se prostravit, rogans sibi a Domino indulgeri, quod peccatori pro multis peccatis parvam penitenciam dederit. Sed cum diu in oratione flendo iacuisset, tandem se erexit et retrospecti-ens pulcherrimum virum iuxta se stantem vidit. Qui sacerdoti dixit: „Noli nimis contristari: ego sum Dominus tuus et hoc tibi dico, quia in corde peccatoris fui et ipsum in tam magna contricione inveni, quod sibi cum uno ‘paternoster’ a te pro penitencia dato omnia peccata indulsi. Et hoc non te terreat neque moveat te me in hoc offendisse, quia in corde tuo fui et te ad hanc parvam penitenciam sibi dandam induxi. Et ut michi veraciter credas me ista fecisse, videas quia de duabus hostiis consecratis et ob infirmos conservatis in pixide nonnisi unam invenies“. Quod sacerdos vidit ita esse. Et Dominus in specie viri in presencia sacerdotis in secundam hostiam est mutatus. Tunc sacerdos credidit et omnia vera esse probavit.

10

15

20

25

34. Item sermo de conversione peccatoris.

Vidit Iacob scalam de terra usque ad celum attingentem, per quam descendebant angeli et ascendebant (*Gen. 28,12*). Scala ista est viri catholici profectus, qui ab utero fidei usque ad consummacionem

30

*) Quere priorem istius partem miraculi in libro de decem preceptis fūgt 2b hinzu.

1 michi dedisset ac dixisset 2b. — 4 episc. sacerdotis domum dimitteret, sacerdos 2a. — 12 p. fuerat 2a. — 13 a dom. indulgenciam, quia 2b.

33. Auch bei J. Werner, Aus Züricher Hss. (1919), Nr. 11.

34. Kein Exempel, lediglich eine Predigtstelle mit der Allegorie von der Jakobsleiter und den 7 Stufen des christlichen Heilswerks. Abweichend von Caesarius, Hom. festivaе (Coppenstein IV, 201): ‘Ecce! scala ex gradibus octo compacta, que in sompnis apparuit Iacob, per quam ascendentes et descendentes angeli monstrabantur. Latera huius scale s. Benedictus dicit esse corpus nostrum et animam’ usw.

¹⁾ Vgl. Koeniger a. a. O. 98 ff.

vite perfecte contextitur. In hac scala primus gradus est confessio, secundus oratio, tercius graciaram accio, quartus scripturarum perscrutatio, quintus, si aliquod dubium occurrerit, a maiore requisicio, sextus scripturarum expositio, septimus predicatio. Homo ergo penitens de peccatis primo debet pedem suum figere in primo gradu huius scale confitendo peccatum; secundo ascendere secundum gradum orando ad Dominum, ut ei conferat graciaram; tercio tercius ascenditur gradus, si graciaram accio pro collatione gracie agatur. Quartus ascensus quarto gradui additur, si ad scripture scrutinium ad graciaram collatam conservandam datur; satis enim scriptura docet, quomodo graciaram collatam quis conservare possit. Quintus gradus ascenditur, quando dubium occurrit et lector intelligenciam illius scripture a maiore inquirat. Sextus gradus fit, quando lector aliis sacram scripturam exponit; septimus gradus occurrit, quando in manifesto predicat, quod quis accepit in scriptura. Sed quia innumerabiles sunt gradus, de quibus plures magistri varium posuere tractatum, quomodo per eos ad celum sit ascendendum, idcirco de hiis septem gradibus in principio sermonem fecimus, ut securius per eos alios queramus et eis mediantibus ad celum ascendere possimus.

20 *Es folgt in 2a. b eine geschlossene Marienmirakelsammlung mit der Ueberschrift:*

Iste liber est de miraculis beate Marie virginis und mit dem Prologe der Sammlung bei Pez a. a. O. S. 305 (Meister S. 128):

25 Ad omnipotentis Dei laudem cum sepe recitentur sanctorum miracula, que per eos egit divina potencia, multo magis sancte Dei Genitricis Marie debent referri preconia, que sunt omni melle dulciora. Ergo ad roborandas in eius amore fidelium mentes vel ad excitanda corda pigritancium ea, que fideliter narrari audivimus, largiente Domino recitare studeamus.

Explicit prefatio.

35 (III, 15). De archiepiscopo serviente beate Marie virginis devote.

Fuit in Toletana urbe quidam archiepiscopus vocabulo Hilde-
35 fonsus¹⁾, valde religiosus et bonis operibus ornatus, qui inter cetera

18 ad cel. asc. cum tempore valeamus 2b. — 30 Domino narrare et rec. 2b.

35. Aus dem Liber de miraculis Mariæ c. 1 (Pez a. a. O. S. 306 ff. und ed. Crane). Ward, Cat. of romances II 604, 7. Migne, Patr. Lat. 96, 48. Holik, Index mirac. Nr. 74 (Pelbartus, Stellarium). Hugo von Trimberg, Solsequium (ed. Seemann) Nr. 48. Welter, Spec. laicorum Nr. 384. Gautier de Coigny (ed. Poquet) Sp. 77 und Barbazan, Fabliaux et Contes I 270.

¹⁾ Ildefons war 657—667 Erzbischof von Toledo.

bonorum studia sanctam Dei Gentricem Mariam multo diligebat et, ut poterat, omni reverencia honorabat. In cuius laudem insigne volumen de eius sacratissima virginitate stilo eleganti composuit¹⁾. Quod cum placuit virgini sancte Marie et dum ipsum librum manu teneret, sancta Maria ei apparuit et pro tali opere gracias retulit ei. Ille vero cupiens eam alcius honorare constituit, ut celebraretur sollempnitas eius singulis annis octo dies ante festivitatem natalem Domini, ex qua Deus homo natus venit in mundum, et sollempnitatem videlicet annunciacionis Domini, que ante resurrectionem Domini evenerit in pridie, per totum huic diei congrue restituit. Et hoc sibi satis iustum videbatur, ut prius sancte Dei Genitricis festum ageret quam nativitatem Christi. Que sollempnitas in concilio generali confirmata celebratur per multarum ecclesiarum loca. Ergo sancta Dei Genitrix rursus ei apparuit, sedens in cathedra prope altare posita et vestimentum sacerdotale, quod nos albam vocamus, ei obtulit dicens: "Hoc vestimentum de paradiso filii mei attuli, quo vestieris in Dei filii mei et mea sollempnitate, et in hac cathedra sedebis, quando tibi libuerit in ea sedere. Sed scito certissime, quod preter te nemini in hac cathedra sedere inpune licebit et nullus hoc vestimentum ammodo valebit induere. Quod si quis tamen facere presumpserit, Dei iudicis ulcione non carebit". Hiis dictis sanctissima Maria ab illo recessit eique vestimentum, quod tulerat, reliquit. Quo vestimento ille valde letus utens in Dei et sancte Marie matris servicio et sic cottidie divinis laudibus magis intentus, Deo et sancte Marie maiorem reverenciam quam ante fecerat exhibebat, magis ac magis crescebat exinde omnibus suis diebus in bonorum operum exercicio. Post hec feliciter migravit ad Dominum, relinquens posteris ad honorandam Dei matrem pulcherrimum exemplum. Post cuius obitum quidam clericus vocabulo Syagrius iam prelibate urbis factus est archiepiscopus¹⁾. Qui parvipendens devocionem predecessoris sui, ymmo deceptus astuciis inimici, in predicta cathedra contra prohibitionem sancte Marie virginis consedit, sacrum vestimentum induere volens dixit: „Sicut ego homo sum, ita hominem fuisse predecessorem meum scio. Quare et ego non vestiar eo, quo ipse induebatur, vestimento? Nam et cum eodem, quo ille ornamento ornatus fuit, fungar officio". Hec dicens illo sacro vestimento se induit, sed statim ulciscente Deo presumptionem eius, ipse cum eodem vestimento arcus constrictus mortuus cecidit. Quod videntes, qui illic aderant, magno pavore perterriti, sacrum vestimentum et cathedram, que indigne acceperat, tulerunt et in thesauro ecclesie, ubi haecenus servantur, reposuerunt. Sic sancta Dei Genitrix virgo Maria beatum Hildefonsum, qui ei servierat, honoravit,

5 gracias sibi egit 2a. — 18 amplius *fügt nach* cathedra ein 2b. —
21 quod apportaverat 2a. — 28 episcopus 2a. — 33 fungor 2b. —
38 asservantur 2a.

¹⁾ Gedruckt u. a. bei Migne, Patr. Lat. 96, Sp. 53—110.

²⁾ Dieser Erzbischof von Toledo ist erfunden oder der Name ent-
stellt; auf Hildefon folgt Quiricus (667—679).

Syagrius vero pro sua presumptione morte multavit, ostendens quia, quisquis eam honoraverit, gratiam Dei suamque habebit.

36 (III, 16). De monacho submerso, per sanctam Mariam ad vitam redeunte.

5 In quodam cenobio erat monachus quidam, secretarii functus officio. Hic vero valde lubricus erat et demoniaci instinctus spiritu aliquociens libidinis urebatur estibus; tamen Dei Genitricem non modicum diligebat et transiens ante sanctum eius altare eam cum reverencia salutabat dicens: 'Ave Maria, gracia plena, Dominus tecum'. Adiacebat autem ipsi
 10 cenobio fluvius, quem predictus frater transibat, quando ad explendam libidinem et concupiscenciam suam pergebat. Quadam autem nocte, volens ire ad scelus assuetum, coram altari, ut solitus erat, sanctam Mariam salutavit ac deinde ecclesie ianuam apertis ad predictum fluvium pervenit. Quem dum transire vellet, a diabolo impulsus in eundem
 15 cecidit et mox submersus ibidem interiit. Cuius animam mox rapuit multitudo demonum, cupiens eam deferre in baratrum. Sed pietate Dei affuerunt illic eciam angeli, ut anime illi possent aliquid ferre solacii. Quibus venientibus dixerunt demones contumacibus verbis: „Ut quid huc advenistis? Nichil in hac anima habetis, quoniam propter mala opera que
 20 gessit iure concessa est nobis.“ Ad hec valde tristes sancti angeli, dum non sufficienter haberent, quid boni operis proferrent pro anima, ecce! subito advenit sancta Dei Genitrix et liberali auctoritate dixit demonibus illis: „Cur, nequissimi demones, hanc animam rapuistis?“ Responderunt: „Quia invenimus eam consummasse vitam in operibus malis“. At
 25 illa eis inquit: „Falsa sunt, que profertis; scio enim quia non alicubi pergens, nisi primum me salutando a me licenciam accipiebat et rediens similiter hoc faciebat. Quodsi ista michi contradixeritis, talem vim vobis faciemus, ut ponemus iudicium coram summo rege“. Cumque hoc modo inter se altercarentur, placuit altissimo Domino pro meritis
 30 sue sanctissime matris, ut anima fratris rediret ad corpus, quatenus penitentiam ageret de suis reatibus. Interea advenit tempus, quo fratres ad persolvendos ymnos matutinales convocarentur. Et dum mora fieret

1 morti tradidit, ost. unumquemque eam honorantem gr. ipsius ac filii sui habiturum 2a; militavit für multavit und quisionis (sol) für quisquis 2b. — 11 Qu. itaque n. 2b. — 18 verbis: Ad quid 2a. — 28 ut ponamus 2a.

36. Aus dem Liber de miraculis Mariae c. 2 (Pez S. 308 und ed. Crane). Ward, Cat. of romances II 604, 8. Little, Liber exemplorum Nr. 52. Scala celi des Joh. Gobii iunior f. 122v. Auch im Viaticum narrationum Nr. 2 (s. oben S. 8 f.). Welter, Spec. laicorum Nr. 378. Hugo von Trimberg, a. a. O. Nr. 49. Enxemplos Nr. 198. Walter von Cluny, Mirac. b. Mariae c. 4 (Migne, Patr. Lat. 173, 1384). Gautier de Coigny (ed. Poquet) Sp. 461. Klapper, Erzählungen des Mittelalters Nr. 170. R. Wilson Tryon, Miracles of Our Lady, Publ. of the Mod. Langu. Assoc. of America XXXVIII (1923), 339. Anal. Boll. XLII 283. Fr. Ritter, Die Legende vom ertrunkenen Glöckner, Diss. Straßburg 1913, S. 19 ff.

de secretario, ut cum aliis ad matutinas non veniret, surgentes aliqui de fratribus secretarium predictum quesierunt, et non inuenientes. Tandem fama pervenit ad claustrum, quod in flumine iaceret dimersus. Tunc fratres ad flumen perrexerunt et eum ibi dimersum reperierunt. Cuius corpus ab aqua extrahentes mirabantur, cogitantes, qua occasione ei hoc contigisset. Cumque plura opinantes inter se sermocinarentur, mirum in modum ecce! ille frater surxerit a morte atque inter eos astitit vivus et narravit suis fratribus, que fuerant de ipso gesta, quomodo succurrente Dei Genitrice ab infernali pena evaserit. Deinde non solum illud vicium, quo delectabatur, deseruit, sed omne illud, quod animam suam potuit impedire et coinquinare, dereliquit. Hinc eciam Deo et sancte Marie et sanctis eius in vita sua frequencius servivit et in sanctis actibus vitam suam consummans in pace requievit.

37 (III,17). De augmento frugum, quod sancta Maria fecit in congregacione monachorum. 15

Monasterium est in Iherusalem, non modicam habens congregacionem monachorum. Ubi cum aliquando victualia defecissent iamque biduum absque refeccione ipsi transissent, vociferati sunt ad abbatem, ut vel eis cibum daret vel eos per loca, quibus vitam protegere possent, abire permitteret: „alioquin“, inquiunt, „te inconsulto abscedimus, ne fame pereamus.“ Quibus ille: „Oremus“, inquit, „fratres, ad Dominum; nec enim potest fieri, ut deficiat triticum in eius monasterio, qui vite frugem ex utero sue matris intulit mundo“. Tunc illis tota nocte vigilantibus atque psallentibus, orto mane reperierunt sua horrea cuncta ita repleta tritico, ut vix ostia reserari possent, acceptoque cibo gracias egerunt Deo. Post multos annos iterum cum cibi in eodem claustro deficerent, clamaverunt monachi rursus ad abbatem. Qui inquit illis: „Fratres, vigilemus ac deprecemur piam matrem Domini: forsitan nobis transmittere dignabitur alimentum“. Itaque omnes prosternuntur ad pavementum templi et nocte in oracione transacta vigilantiter, cum se post matutinas sompno dedissent, hostiis obseratis clavibusque munitis, venit angelus et super altare posuit innumeram multitudinem auri. Quod mane videns abbas et stupens, Deo matrique eius gracias agens. Qui munus celeste collegit, comparans victui necessaria et plebem sibi credi-

4 submersum 2a. — 7 inter eos stabat 2a. — 20 te fehlt 2b. — 26 ibi für cibi 2a.b. — 30 translata 2a. — 32 immensam mult. 2b. — 34 cel. contulit 2a.

37. Aus Gregor von Tours, In gloria martyrum c. 9 (ed. Krusch, SS. rer. Merov. I, 494 f.). Flodoard, De triumphis Christi sanctorumque Palaestinae I 4 (Migne, Patr. Lat. 135, 495). Mussafia, Marienlegenden II (Sitzungsberichte der Wiener Akademie, Phil.-hist. Klasse 115, 1888) S. 79 Nr. 41. Ward, Cat. of romances II 642, 23. Liber metricus des Joh. de Garlandia, vgl. R. Wilson Tryon, Miracles of Our Lady, Publ. of the Mod. Lang. Assoc. of America XXXVIII (1923), 370. Anal. Boll. XLII (1924), 275.

tam affluenter refecit. Nec mirum, si beatissima Virgo Maria sine labore protulit servus suis victum, que sine coitu viri puerum concipiens virgo permansit et post partum.

Dann folgt in 2a (nicht in 2b) zunächst:

- 5 37 a. De puerulo Iudeo, corpore Christi suscepto, quem sancta Maria a camino ignis liberavit.

Die Erzählung ist ebenfalls Gregor von Tours entnommen, In gloria martyrum c. 9 (ed. Krusch, SS. rer. Merov. I, 494), ein Gegenstück zu Nr. 38.

- 10 38 (III, 18). De puerulo Iudeo a Christianis pueris baptizato et de ardore ignis in camino per sanctam Mariam liberato.

Quadam die quidam Hebreus puer cum Christianis pueris pascebat oves in campis. Unde cum puer Hebreus et Christiani pueri sederent
 15 simul et comederent ex hiis, que habuerunt, ita ludendo Christiani pueri ceperunt dicere Hebreo puero: „Ut quid non facis te Christianum, sicut nos sumus?“ Qui respondit dicens illis: „Ideo vero, quia timeo parentes meos“. At illi inquirunt: „Vis ut faciamus te Christianum?“ Respondit eis: „Volo“. Christiani pueri hoc audientes in mente ceperunt
 20 verba scripturarum cogitare, que in ecclesia a sacerdote audierant, et dixerunt super puerum, simul effundentes super eum aquam et eum baptizaverunt, ut illis visum est, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Tollentes panem, quem secum tulerant, dixerunt super eum: „Benedicat hunc panem Deus noster benedictus“ et dederunt ei escam
 25 panis ad communionem sanctam. Et licet hec a pueris in simplicitate acta sint in agro, tamen omnipotens Deus opus puerorum presencia sancti Spiritus sanctificavit. Unde cum sero factum esset, quilibet reversus est ad domum suam. Unde cum puer Hebreus sederet et manducaret cum parentibus suis, ceperunt parentes sui odorare odorem
 30 suavissimum, et in tantum crevit odor ille, quod totam domum replevit. Existimantes vero quod ex vicinis Christianorum domibus odor ille veniret, clausurunt ianuas domus et fenestras, sed magis et magis redolebat. Tunc ceperunt se omnes mutuo odorare, et in nullo eorum erat bonus odor, sed fetor. Ut autem odorati sunt puerum, redoluit in eadem
 35 hora, quasi esset unguento precioso perunctus. Quem statim duris fla-

3 v. mansit et post part. 2b; v. perm. post part. 2a. — 15 que habebant 2b. — 21 supra puerum 2a. — 26 puerorum principaliter s. sp. gracia sanctif. 2a. — 28 reversi sunt in domos suas 2b. — 31 Estimantes 2b. — 33 cep. omnes se invicem od. 2b. — 35 unctus 2b.

38. Mussafia, Marienlegenden III (a. a. O. 119, 1889, IX) 25 Nr. 15. Klapper, Erzählungen des Mittelalters Nr. 119. Vgl. Bär, Diss. Straßburg 1913, S. 161 ff. Vgl. oben Nr. 29 (S. 147).

gellis flagellantes ceperunt querere ab eo, quid egisset. Puer vero perterritus narravit eis, que fecerat. Ac illi puerum crudeliter afflixerunt, non audentes eum occidere pre metu Christianorum. Tandem excogitaverunt hoc facinus: erat ibi balneum prope et accensor eius Hebreus. Cum quo ita pepigerunt, ut, cum fornax esset accensa, puerum intus proicerent et clauderent diligenter. Et sic cum puero factum est. Deinde ex providencia divina volens se episcopus lavare in crastino venit et ibidem invenit balneum quasi frigidum, acsi non lavasset se aliquis in illis diebus precedentibus in balneo predicto. Unde episcopus iratus procuratorem balnei fecit verberari, qui fornacem incendere consuevit. Ille vero dixit se nunquam plura ligna quam tunc immisisse nec melius fornacem clausisse. Cui episcopus respondit: „Non credam, nisi videro“. Ivit ergo et invenit caminum diligenter clausum et precepit aperiri. Quo facto, puer statim exivit, habens faciem quasi angeli. Unde tremefactus episcopus precepit rapi accensorem camini. Qui diucius cesus, qualiter acciderat puero et sicut factum fuerat, confessus est episcopo. Unde Hebreus comprehensus crudeliter fustigatus est. Episcopus autem manifeste interrogavit puerum, quis eum iuverit in igne, ne combureretur. Cui puer dicebat: „Cum essem in medio flamme, quedam domina elegantissime forme extinguebat in me ignem et refrigerabat me“. Unde omnes Dei Genitricem fuisse noverunt et ei propter hoc laudes debitas persolverunt.

39 (III, 19). De visione, in qua quedam puella sanctam Mariam vidit ad se venientem.

Probus Dei famulus de puella sorore sua nomine Musa parva quedam, que et hic narrari possunt, narrare consuevit: quod ei quadam nocte per visionem beata Dei Genitrix apparuit et coevas puellas in albis vestibus ei ostendit. Quibus cum illa misceri appeteret, sed eis se iungere non auderet, beatissima Virgo Maria requisivit ab ea, si vellet cum eisdem puellis esse et in eius obsequium ac laudem, ut hee puelle sunt, venire. Cui cum illa diceret: „Volo, domina mea“, protinus illa puella ab ea tale mandatum accepit, ut nichil ultra leve in puellarum vita ageret, sciens se per omnia ita preparare, quod inter easdem virgines, quas viderat, ad eius obsequium die tricesimo digne posset per-

26 audiri poss. 2b. — 31 ista p. 2b. —

39. Quelle: Gregorius, Dialogi IV, c. 18 (ed. Moricca, in den *Fonti per la storia d'Italia*, 1924, S. 255 f.). *Initia mirac.*, Anal. Boll. XXI Nr. 1240 und ähnlich 137. Ward, *Cat. of romances* II 620, 24. Jacques de Vitry (ed. Crane) Nr. 275 = Herbert, *Cat. of romances* III 23, 196. Neuhaus, *Lat. Vorlagen* S. 54. Klapper, *Erzählungen des Mittelalters* Nr. 60. *Exemplos* Nr. 14. Castigos, *Bibl. de autores esp.* 51, 216. De Vooy, *Middelnerl. Legenden en exempelen* S. 79. Mielot, *Miracles* Nr. 21. Herolt (*Discipulus*), *Prompt. exemplorum* C. 11. *Magnum Speculum exemplorum* (ed. Major) unter 'B. Maria' S. 625.

venire. Quibus visis puella in cunctis moribus mutacionem accepit et omnem levitatem puellaris vite a se deiecit et, in quibus peccavit, ante viam gravem mortis penitendo et dolendo deterisit. Cumque parentes eius sic eam mutatam mirarentur, ab eisdem ipsa requisita rem retulit, quid sibi Dei Genitrix iusserit et in quo die ad obsequium eius itura esset, ipsis indicavit. Itaque post vicesimum quintum diem febris eam corripuit, et ipsa in die tricesimo beatam Virginem cum prefatis puellis ad se venire conspexit. Cui se vocanti respondere cepit ac depressis oculis aperta voce velociter clamavit: „Ecce! domina, ad te venio, ecce! venio”. In qua voce emisit spiritum et anima eius statim cum Domina et virginibus eius migravit ad celum.

40 (III, 20). De infirmo monacho per sanctam Mariam ad sanitatem restituto.

Apud Campense monasterium¹⁾ quidam fuit juvenis monachus valde devotus. Hostis autem humani generis, ut eum averteret a via veritatis, cor eius cepit pulsare carnalibus desideriis. Ille cum esset conditus sale sapientie, scivit quod nullus possit ignea tela inimici extinguere nisi crebra confessione. Ergo temptationes suas domino priori suo aperuit. Prior vero sciens occulta vulnera curare, adhibuit ei sacre scripture medicinam. Qui eciam omnibus modis persuasit ei, ut beatam Mariam virginem in matrem sibi eligeret et ei cum summa devotione serviret. Cuius consilio ille felix monachus acquievit et die ac nocte non cessavit a tante virginis laudibus. Qui dum in quartana laboraret et illa tantum in eum invaluisset, ut sacramenta perciperet, et cum nullo membrum posset movere in laudem beate virginis Marie, infirmarius autem cum horas decantasset et abiisset, ille cepit gravi dolore tabescere, eo quod non audisset vespere beatissime virginis Marie. Qui ultra vires de lecto se cepit erigere et genibus repere et in hec verba cepit linguam acuere²⁾: ‘Ave Maria’ etc. Beatissima virgo Maria, que astare solet suis veneratoribus in omni angustia, ei apparuit, serena facie et letis oculis gestans speciosissimum infantulum Ihesum salvatorem omnium. Ille dum fantasma esse putaret, predictus infantulus, qui fuit ‘candidus et rubicundus, electus ex milibus’ (*Cant.* 5, 10), de tali dubitatione eum eripuit, dum de sinu matris manum protulit et eum signo crucis signavit et sic in eo fidem reparavit. Ille vero tali signo confirmatus, primo cepit se paulatim super manus eri-

6 eam invasit et 2a. — 18 pr. suo retulit 2a. — 19 Prior enim sc. 2b. — vuln. sanare 2a. — 25 movere, tunc beatissima virgo Maria taliter eum in corde lactavit. Infirm. cum 2a. — 26 dol. comescere 2b. — 32 salv. nostrum 2a. — fantasmata 2b. — 33 qui est 2b. — 34 tali miracione 2b. — 35 pertulit 2b.

40. Kann ich sonst nicht belegen.

¹⁾ Vgl. oben S. 30 Anm. 1.

²⁾ Schönbach vergleicht Horaz, Epist. I, 3, 23: ‘linguam causis acuis’.

gere et postea super pedes stare. Postquam autem complevit vespas de Domina nostra, sanitas est ei restituta. Qui etiam se sciens esse forciosem quam fuisset ante infirmitatem et non ingratus de tanto beneficio, intravit monasterium cum gaudio magno. Cum staret ante quoddam altare, ut graciaram acciones referret divine clemencie, ecce! columba veniens ipsum circumvolavit et super humerum eius se quandoque deposuit¹⁾. Iterum sensit ille quoddam divinum sibi imminere, quod spirituali sanitate cor eius demulceret et corpus suum boni refrigerii lenitate postea vivificaret. Subsecuta est eum tanta odoris flagrantia, ut suavitate eum reficeret quasi omnia balsama. In tali enim gustavit contemplacione, quam suavis, quam 'dulcis' et quam dilectus 'est Dominus' (1. Petr. 1, 3). Infirmarius autem postquam in lecto eum non invenit, discurrendo per diversa loca eum quesivit. Et cum ipsum ante quoddam altare orare invenit, in tantum cepit ammirari de eius sanitate quantum de Lazari resuscitacione. Secundo vero chorum intravit et omnes monachos in stuporem convertit. Quibus dixit, quomodo sancta Maria eum sanum fecit. Quapropter unanimi voce de tali miraculo exultantes sanctam Mariam laudabant.

41 (III, 21). De clerico, qui per antiphonam 'Gaude Dei Genitrix' celum promeruit.

Quidam clericus Deo et Genitrici eius devotus ad eius laudem istam anthiphonam devota mente cantabat¹⁾: 'Gaude, Dei Genitrix, Virgo, que gaudium ab angelo suscepisti. Gaude, que genuisti eterni luminis claritatem. Gaude, mater, sancta virgo Maria, tu sola mater innupta. Te laudat omnis factura genitricem: sis, quesumus, pro nobis interventrix'. Predictus vero clericus, cum languore esset correptus et mors ei immineret, cepit anxiani et magno timore perturbari. Cui apparens beatissima virgo Maria dixit ei: "Cur tanto timore trepidas, qui michi tociens gaudium annunciasti? Ne timeas, quia nil mali pacieris, sed propter hoc gaudium, quod michi annunciasti, mecum eris". Hec ille audiens putabat se sanitati restitutum et, cum vellet se cum leticia erigere, anima eius a corpore egrediens ad gaudia paradisi est perducta.

7 gaudium für sibi imminere 2a. — 10 ut sanitate 2b. — 25 inn., de (so!) laudet 2b. — 31 se pre leticia 2a.

41. Aus dem Liber de miraculis Mariae c. 4 (Pez S. 312 und ed. Crane). Ward, Cat. of romances II 605, 10; 654, 23. Petrus Damiani, De variis apparit. et mirac. c. 4 (Migne, Patr. Lat. 145, 588). Little, Liber exemplorum Nr. 41. Anal. Boll. XLII 42.

¹⁾ Vgl. z. B. Band I, 98 Nr. 84—88.

²⁾ Chevalier, Repertorium hymnologicum I, Nr. 6758; gedruckt u. a. Migne, Patr. Lat. 158, 1046.

42 (III,22). De monacho in sompno vidente tres
turbas virginum euntes pro anima puelle.

Cum duo monachi Cisterciensis ordinis ad quoddam tenderent alloquium et postquam venerunt ad quandam silvam, senioremonachum in tantum sopor oppressit, ut se estimaret moriturum, si non dormiret. Cum vero resolutus fuisset in sompnum, iunior monachus non recessit ab eo, exspectans, donec evigilaret, ut simul iter caperent. Monachus vero, qui dormivit, vidit pulcherrimam processionem virginum, que omnes utebantur candidis vestimentis. Cum vero ab eis quereretur, quo tenderent, responderunt, ut sequentem processionem interrogaret. Post processionem vero priorem sequentem vidit, in qua erant virgines pulchre, que utebantur rubicundis vestibus. Dum vero ab eis quereretur, quo tenderent, responderunt ut priores. In tertia vero processione, quam postea vidit, erant virgines valde pulchre, que vestibus utebantur deauratis. Domina autem, que sequebatur illas, in omnibus se gessit ita religiose, ut manifestum esset, quod foret magistra tocius discipline. Que eciam erat tante pulchritudinis et ornata fulgidis indumentis, ut ille felix monachus vix auderet eam respicere. Illa autem virgo sacratissima tam dulcem et tam affabilem se ei exhibuit, ut aliquantulum mitigato timore quereretur, quo tenderent. „Volumus“, inquit, „ad proximam villam tendere; nam ibi in domo cuiusdam pastoris moratur quedam virgo, que eciam laborat in infirmitate. Utitur enim laneis indumentis, in quibus per quadraginta annorum spacia valde religiose est conversata. Illius obitui interesse volumus et animam eius ad eterna gaudia perducere“. Post hec verba illa evanuit. Monachus vero statim evigilavit et, que viderat, suo socio intimavit. Qui concito gradu ad domum pastoris pervenerunt, querentes, si aliqua virgo decumberet in eius hospicio. Quibus pastor: „Ecce!“ inquit, „in illo cubiculo decumbit quedam virgo, que per quadraginta annorum spacia valde religiose est conversata“. Qui cum appropinquarent cubiculo, in quo decubuit sacra virgo, de illa tanta odoris flagrantia erupit, ut manifestum esset, quod presens esset illa virgo, cuius vestimentorum odores cuncta aromata superabant. Prefata igitur virgo, perceptis ecclesie sacramentis, mortem perdidit et vitam invenit. Post cuius felicem transitum se paulatim subtraxit odoris flagrantia. Monachi autem ad suum cenobium reversi sunt cum leticia, per omnia laudantes Dei magnalia.

22 lab. pro infirm. 2b. — 23 emula für spacia 2b (vgl. Z. 29); curricula Meister. — 27 pergunt für perven. 2a. — 31 decumbit 2b.

42. Eine seltene Fassung; vgl. Herbert, Cat. of romances III 595, 156. Magnum Speculum exemplorum S. 658 (Quellenangabe: 'Liber exemplorum b. Virginis'). Herolt, Sermones de tempore (ed. 1496) 33. J. De Vooy, Middelnederl. Legenden en exempelen S. 80—82.

43 (III, 23). De indocto abbate, qui de uberibus beate Marie suxit et preditus est sciencia.

Fuit apud Claramvallem quidam abbas nomine Henricus, post sanctum Bernardum quintus¹⁾. Hic licet non esset litterali sciencia preditus, tamen erat vir bonus et religiosus. Cum autem dominus papa ad eum litteras direxisset, ut crucem Domini predicaret²⁾, graviter cepit anxari, timens, si litteras pape non acciperet, culpam inobediencie incurreret; si autem acciperet, tantum negocium vires sui ingenii excederet. Qui forte legerat: 'Quando humanum cessat auxilium, currendum est ad Dominum'³⁾. Unde intravit basilicam gloriose virginis Marie. Qui cum prostratus ante eius altare iaceret, ut eius auxilium cum largis lacrimis imploraret, vidit pulcherrimam virginem ante altare stantem, que eum blande leniterque vocavit et sacratissima ubera sua ad sugendum illi dulciter porrexit. Qui cum maxima devocione ad eam accessit et per illum sanctissimum liquorem, quem suxit, tantam adeptus est scienciam litterarum, ut apud Romam acciperet cardinalem dignitatem. Post aliqua vero temporis curricula ad Claramvallem rediit et in ea debitum carnis persolvit⁴⁾ et retro altare, ante quod ei beata Virgo apparuit, sepulturam accepit.

3 Heynricus 2b. — 7 acc. inobedienciam inc. 2a. — 17 Post alicuius 2b.

43. Hierzu keine ich keine Parallele. Ueber das Motiv Marienmilch s. unten Nr. 95 (S. 209 f.).

¹⁾ Heinrich war der 7. Abt von Clairvaux (1176—1179), nach Bernhard der 6., nicht der 5.; vgl. Gallia christiana IV, 802. 1179 wurde er Kardinalbischof von Albano; vgl. J. M. Brixius, Die Mitglieder des Kardinalkollegiums von 1130—1181, Diss. Straßburg 1912, S. 61f.

²⁾ Von seiner Kreuzpredigt am Rhein im Jahre 1188 erzählt Caesarius im Dial. mirac. IV, 79. Gregor VIII. hatte ihn 1187 dafür als Legaten über die Alpen geschickt. Vgl. z. B. Chronica regia Coloniensis ed. Waitz S. 138 f.; Giesebrecht, Geschichte der deutschen Kaiserzeit VI (1895), 173 ff., 672 ff.; Ina Friedländer, Die päpstlichen Legaten in Deutschland und Italien 1181—1198 (Ebering, Historische Studien 177), Berlin 1928, S. 35 ff. Doch kann der Erzähler kaum an diese berühmte Kreuzpredigt gedacht haben, da er Heinrich erst nachher Kardinal werden läßt (Z. 16); entweder schwebte ihm dessen Predigt gegen die Albigenser im Jahre 1178 vor oder er hatte von seinem Leben nur unklare Vorstellungen.

³⁾ Vgl. Rufinus, Historia ecclesiastica II, 5, 5 (ed. Mommsen, Die griechischen christlichen Schriftsteller der ersten drei Jahrhunderte IX, 1908, S. 119): 'quia necesse est adesse divinum, ubi humanum cessat auxilium'.

⁴⁾ Heinrich starb am 1. Januar 1189, aber nicht in Clairvaux (wohin er auch nicht zurückgekehrt war), sondern während seiner Legatentätigkeit in der Gegend von Arras; seine Leiche wurde nach Clairvaux gebracht und dort beigesetzt. Vgl. A. Cartellieri, Philipp II. August König von Frankreich I (1900), 296 f.; Helene Tillmann, Die päpstlichen Legaten in England bis 1216, Diss. Bonn 1926, S. 82. — Ueber sein Grab in Clairvaux vgl. Chron. Clarevall., Recueil des historiens des Gaules et de la France XIX, 240: 'cuius corpus Claramvallem cum gloria relatum, tumulatum est in medio duorum sanctorum retro maius altare, inter sanctum videlicet Malachiam et sanctum Bernardum'; vgl. auch Exordium magnum Cisterciense II, 31 (Migne, Patr. Lat. 185, 1044).

44 (III, 24). De monacho, cui sancta Maria de angelica salutacione mantellum fecerat.

Quidam monachus Cisterciensis ordinis in tantum venerabatur beatissimam Virginem, ut singulis diebus, antequam cibum sumeret, flexis genibus quinquaginta 'Ave Maria' diceret. Hic cum per licenciam sui abbatis parentes suos visitaret et ab eis gratanter susceptus fuisset, cum dies, qui ei prefixus fuit ab abbate, instaret, quo ad monasterium redire deberet, parentes et amici sui fecerunt ei convivium. Et quando letus cum eis discumberet et tunc primo ad memoriam reduceret, quod consuetum obsequium beate virgini Marie non persolvisset, mensam a se removit et quandam cameram domus ipsius intravit et beatam Mariam virginem more solito angelica salutacione salutavit. Illo vero in oracione posito, beata Virgo ei apparuit cum magna claritate et serena facie. Per totum autem mantellum tante virginis fuit aureis litteris exarata salutacio angelica, excepta mantelli ora. Cum autem monachus perterritus fuisset de tali visione in humana fragilitate, illa ad eum accessit et viriliter eum consolari cepit: „En“, inquit, „omnes angelice salutaciones, quas dixisti, michi honorem impendendo, scripte sunt in meo mantello“. Postea vero illam oram mantelli ostendit, in qua nulla angelica salutacio exarata erat, et in hec verba prorupit: „Postquam hec vestis in extremitate sua angelica salutacione fuerit completa, tunc introducam te in domum dulcissimi Filii mei et sacieris 'adipe frumenti'“ (*Ps. 147, 14*). Ille vero monachus festinanter ad claustrum suum rediit et mantellum Marie angelica salutacione feliciter adimplevit. Post hoc quando debitum carnis persolvit, beatissima virgo Maria suam promissionem in eo implevit.

45 (III, 25). De fratre, qui dixit socio suo, quod fletus sine oracione non prodest.

Contigit olim, ut duo socii nimia dileccione coniuncti distringerentur morte interveniente. Unus enim inter festum Omnium Sanctorum est defunctus et ad penalia loca deductus. Alter vero, adhuc vivens, continuis fletibus pro socio amisso insistebat, sed et pro anima sua nil exorabat. Post Nativitatem autem Domini defunctus juvenis ei apparuit, dicens, quod ei fletus nichil contulerit omnino, et quasi improbrando ei fletum dixit: „Beata virgo Maria singulis annis in Nativitate Domini cum multitudine angelorum ad loca penalia descendit et animas fidelium de illis penis educit, quia illa nocte illum regem glorie Christum de eius utero in hunc mundum eduxit. Gloriosa autem virgo

8 debebat 2a. — 10 quod debitum obs. 2a. — 14 facie indutaque mantello pulchro, quod aur. litt. sal. ang. totaliter exc. m. ora decorabatur 2a. — 22 altissimi 2a. — 31 vivens assiduis flet. 2b.

44. Eine seltene Fassung. Enxemplos Nr. 207. De Vooy's a. a. O. S. 93.
45. Seltene Fassung, die ich nur hier belegen kann.

Maria cum proxima Nativitate Domini ad penalia loca descenderet et multas animas inde eriperet, putabam, quod tuis precibus me educatura esset cum aliis, et non fecit. In hoc apparuit, quod fletus tuus nichil utilitatis michi apud Deum optinuit. Et quia proxima nocte Domini-
 Resurreccionis beatissima virgo Maria ex more, sicut in Nativitate,
 solet descendere et animas de locis purgatoriis eripere, et quia
 nocte ipsa Christus dilectiores sibi a penis eripiet, rogo, ne cesses pro
 me precibus insistere et lacrimas cum precibus sancte Marie effundere
 pro me, si forte de hiis penis me cum aliis dignetur eripere. Et hoc
 erit tibi signum: si ultra tibi non apparuero, salvum me esse cognosci-
 to; si autem rursus ad te venero, qualiter circa me sit dispensatum,
 tibi indicabo“. Et quia ei de cetero non apparuit, precibus amici sup-
 plicantis et meritis beatissime Marie virginis se salvatum esse non
 appendo declaravit.

In 2a. b folgt zunächst nochmals die Erzählung:

45 a. De monacho ordinis sancti Petri, qui ob preces
 beatissime virginis Marie ab inferno est ereptus
 et liberatus.

*Es ist eine gekürzte Wiedergabe von Nr. 30 (= Meister III, 14, oben
 S. 149).*

46 (III, 26). De monacho non credente aliam vitam
 esse preter istam.

Erat quidam monachus, quem antiquus adversarius precipitavit in
 foveam desperationis, ut non crederet aliam esse vitam preter istam.
 Prior autem eius vir devotus erat et valde religiosus, sciens anime cu-
 rare vulnera. Predictus autem monachus sepius ad eum accessit et ei
 tribulationem suam in confessione aperuit. Prior ut prudens medicus
 ei adhibuit vinum correccionis et oleum lenitatis, ut in eo curaret vul-
 nus infirmitatis. Qui eciam ei iusta auctoritate multarum scripturarum
 probavit istam vitam esse transitoriam et vitam esse aliam, que huic
 succedit, sempiternam et omni iocunditate plenam, in qua iam requies-
 cunt anime fidelium, que hic vixerunt devote et religiose. Et ei dedit
 tale consilium, ut nullatenus suum relinqueret monasterium, quia hec
 temptacio, que maneret in eo, processisset a callido adversario et lenis
 esset divina clemencia, ut eum liberaret de tali temptacione. Cuius con-

7 dil. suos a 2b. — 10 cognoscas 2a. — 11 venire 2b. — despens.
 reindicabo 2b. — 28 vulnus infidelitatis 2b.

46. Ich kann zum Vergleich nur Herbert, Cat. of romances III 400, 482
 anführen (= Speculum laicorum, ed. J. Th. Welter, Paris 1914, Nr. 482:
 'in monasterio de Sebeton', d. i. Cistercienserkloster Sibton in der
 Grafschaft Suffolk; s. Janauschek, Orig. Cisterc. S. 118); Anal. Boll.
 XLII 285.

silio ille acquievit et in suo cenobio permansit. Prior autem, cum incidisset in quandam infirmitatem et per divinam inspiracionem cognosceret, quod mori deberet, predictum monachum sibi elegit in ministerium, ut sibi ministraret. Positus in infirmitate non cessavit ei adhibere
 5 medicamentum sacre scripture. Cui eciam valde stricte precepit, ut, postquam de hac luce migraverit, nullatenus de corpore suo recederet, donec illud commendatum foret terre, quia tunc vellet ei veris iudiciis
 10 probare aliam esse ibi vitam post istam. Qui cum pervenisset ad sompnum mortis, monachi illius cenobii fraterna caritate fervidi corpus illius spiritualibus canticis portaverunt in monasterium secundum morem solitum. Predictus vero monachus sedulus fuit circa feretrum, sicut ei fuerat imperatum. Cui anima prioris apparuit et, ut eam sequeretur, innuit. Qui cum simul venissent in auditorium, taliter allocuta est anima monachum: „Vade ad corpus meum, quod est positum supra feretrum, et cum hoc summa diligencia prospexeris et palpaveris, deinde
 15 huc venire ne moreris“. Qui ad feretrum accessit, velamen levavit et palpano et videndo intellexit esse corpus illius viri, cui egrotanti ministravit. Monachi, qui hoc viderunt, nullam malam suspectionem de hoc facto habuerunt, quia ministrum defuncti cognoverunt. Hic statim ad animam rediit, sicut ei imperavit, et iterum ad eum anima dixit: „Numquid credis quod sit corpus prioris, cui egrotanti devote ministrasti?“ Monachus autem in magno stupore positus tale dedit anime
 20 responsum: „Ego veris probavi argumentis, quod id corpus, quod ego iam palpavi et vidi, sit illius boni viri, cuius caritatem erga me sepius florere perpendi“. Cumque hec verba inter se tractarent monachus et anima, ecce! Dominus advenit cum magna claritate. Quem secuta est gloriosa virgo Maria, deinde beatus Petrus et Paulus et sanctus Benedictus, novissime anima prioris, que noviter migraverat de hac vita. Hii omnes intraverunt capitulum, ut ibi tenerent capitulum. Monachus dum talem visionem videret, licet ingens stupor eum invaderet et apprehenderit, tamen ante ostium capituli stetit, ut videret, quid
 30 iam hec grandis visio designaret. Dominus autem cum sederet loco illius, qui tenet iudicium, sanctus Benedictus proclamavit priorem. Qui proclamatus statim ante analogium¹⁾ cum magna humilitate veniam accepit et in factis multis se reum affirmavit. Beatus vero Benedictus
 35 asseruit, quod in suo officio negligens fuerit, eo quod monachos, dum dormirent in choro, non sollicitus excitasset et eos pro tali facto in capitulo non proinclamasset. Cui Dominus precepit, ut pro tali negligencia satisfaceret et vestimenta sua deponeret. Qui statim se ad satisfactionem preparavit. Deinde Dominus iniunxit sancto Paulo, ut castigaret eum pro tali facto. Beatus vero Paulus flagellum cum tribus
 40

4 adh. sacramentum s. scr. 2a. — 5 ut dum de 2a. — 12 sequ. dixit. Qui 2a. — 16 ven. non mor. 2a. — 24 sep. flere perp. 2a. — 28 Ben., deinde an. 2a. — 34 ante auelogium 2b; ante iudicem 2a.

1) Lesepult, Kanzel.

funiculis distinctum in manu tenuit et eum duobus verberibus castigavit. Et cum tercio verberare illum voluisset verberare, statim Maria, mater misericordie, accessit et mantellum suum supra dorsum prioris posuit et, ne amplius castigaretur, apud Filium suum gloriosum precibus obtinuit. Finito capitulo, Dominus cum glorioso comitatu suo in celos rediit. Tunc prior ad monachum rediit et hec sibi dixit: „Scias pro certo, quod tantam penam in tercio verberare sustinuissem, quam in primo verberare sustinui, si non fuisset liberatus intercessione gloriose virginis Marie, et fuisset cruciatus ineffabili dolore. Scias eciam in veritate aliam esse vitam post istam, repletam tantis gaudiis, ut non possit verbo explicari“. Post hec verba anima subtracta est a monachi presencia, et ita monachus ad mentem rediit et se subplantatum ab antiquo hoste cognovit et immensas graciaram acciones Domino retulit, eo quod tam misericorditer eum de tam valida et periculosa temptatione eripuit.

47 (III, 27). De ceco per sanctam Mariam illuminato, qui responsorium 'Gaude Maria' de ea dictabat.

Legitur in Ecclesiastica Historia¹⁾, quod quidam erat Didimus, a matris utero cecus natus, sed intus a Spiritu sancto illuminatus. Et cum pro fide inter Iudeos et hereticos frequenter haberentur conflictus verborum, hic perfidiam sepiissime confutavit eorum, unde a quibusdam illorum confusus audivit improprium cecitatis. Tunc cecus petivit inducias, ut illi homines experirentur, quid Deus et beatissima virgo Maria prevaleant, confidens per graciaram illorum illuminari. Hinc cecus a sancto Bonifacio, tunc Romano pontifice²⁾, illud optinuit, ut Christiani elemosinis et oracionibus studerent, indicto ieiunio triduano. Hiis completis et partibus utrisque tam Iudeorum quam Christianorum insimul convocatis, stans cecus in medio eorum responsorium, quod de laude Dei et hominis et Maria virgine dictaverat, musice decantabat, scilicet 'Gaude, Maria virgo' et cetera cum versu

10 vitam preter istam 2b. — 19 Dindimus 2b. — 26 Bonefacio 2a.

47. Ward, Cat. of romances II 648, 47; 683, 31. Herolt, Prompt. mirac. b. Virginia Nr. 31. Etienne de Bourbon Nr. 113. Mussafia, Marienlegenden I 946 Nr. 47; 965 Nr. 54. II S. 63. Klapper, Erzählungen des Mittelalters Nr. 82.

¹⁾ Rufinus, Hist. eccl. XI, 7 (ed. Mommsen a. a. O. S. 1012 f.) und Cassiodors Historia tripartita VIII, 8 (Migne, Patr. Lat. 69, 1115) handeln über den blinden Didymus von Alexandrien. Seine Schriften Migne, Patrol. Graeca 39, Sp. 131 ff.

²⁾ Bonifatius' I. Pontifikat (418—422) fällt geraume Zeit nach Didymus' Tod (394).

'Gabrielem archangelum' et cetera¹⁾. Et statim clarissime coram omnibus vidit, et multorum perfidorum corda ad fidem miraculo viso sunt conversa. Hinc mos Romanus inolevit, ut semper ob memoriam prioris facti id responsorium cantent ad laudem Dei et ad gloriam Genitricis sue gloriose, quod adhuc longe lateque cantatur per ecclesias Christianas orbis terrarum.

48 (III, 28). De vidua, cui ex iussu Marie in celo candela dabatur, de qua partem obtinuit.

Quedam vidua habens in magna veneracione dominam nostram virginem Mariam. Que matrona mansit apud ecclesiam cuiusdam ville carentis proprio sacerdote. Cui ecclesie quidam sacerdos vicinus bis in hebdomada et in precipuis festivitibus prefit in divinis. Hec domina cum quadam vice se ad festum Purificacionis sancte Marie, ut melius potuit, preparasset, sacerdos, quem exspectabat, nescio quo casu impeditus non venit. Super quo cum ipsa matrona plurimum turbaretur, ipsa in die circa horam misse ante altare cum lacrimis et oracionibus se prostravit. Ibi sompno arrepta vidit se inter celestium agminum choros stantem et pulcherrimum pontificem illum, qui vere et hostia est et sacerdos, ad celebrandum missam per sollempnia preparatum; preferuntur cerei ad processionem eorundem pro cruce. Quibus benedictis, candelae ab angelis singulis in turba stantibus ministrabantur. Cum ergo angelus predictam viduam vellet pertransire et candelam sibi denegare, iussu et nutu gloriose regine celi datus est ei ab angelo pulcherrimus cereus, quem usque ad explecionem misse cum inenarrabili gaudio in manu tenuit. Completa vero missa ab illo celesti pontifice et ab eodem benedictione data, angelus, receptis a singulis luminibus, et a vidua prestitum lumen exigebat. Quod cum ipsa reddere rennueret et sibi dimitti supplicaret, angelus quasi sibi ablaturus candelam arripuit, sed vidua utraque manu firmiter eam strinxit. Et sic factum est, ut angelus, quidquid supra manus vidue fuerat, abstra-

26 ereptis 2b.

48. Ward, *Cat. of romances* II 658, 17. Herbert, *Cat. of romances* III 677, 20. *Mussafia, Marienlegenden* II 64 Nr. 2. III 17 Nr. 38. Hugo von Trimberg, *Solsequium* (ed. Seemann) Nr. 53. Klapper, *Erzählungen des Mittelalters* Nr. 85. Gil de Zamora (ed. Fita) XVII 200. *Exemplos* Nr. 196. *Legenda aurea* c. 37 § 2 (ed. Graesse S. 165f.). Reinholdt, *Diss. Greifswald* 1913, Nr. 20. *Anal. Boll.* XLII 53. De Vooy, *Middelnerl. Legenden en exempelen* S. 309. Vgl. ferner *Dial. mirac.* VII 20.

¹⁾ Responsorium: 'Gaude, Maria virgo, cunctas haereses sola interesti —', und Versikel: 'Gabrielem archangelum scimus divinitus te esse affatum', einst im Gebrauch an Lichtmeß (Purificatio b. Mariae, 2. Februar). Vgl. z. B. *Missale ad usum ecclesie Westmonasteriensis* ed. J. Wickham Legg II (Henry Bradshaw Society Vol. V), London 1893, Sp. 650.

heret; ipsa autem, quidquid manibus concluderat, retinuit. Et sic vigilans, quam partem manibus concluderat, hanc in veritate habebat. Quam diligenter conservans et de consolacione per beatam virginem Mariam sibi exhibita non modicum exultans, deinceps ampliori obsequio gloriose Virgini serviebat.

5

49 (III,29). De femina, que pro horis suis, quas negligenter dixit, quadraginta annis est data penis purgatorii.

Religiosa persona claustralis horas beate Marie ex mala consuetudine dixit negligenter et lente et matutinas dixit maxime sompnolescenter. Post mortem suam ipsa apparuit cuidam familiari suo, rogans pro se orari, quia quadraginta annis pro hac negligencia penis in purgatorio sit deputata.

50 (III,30). Quomodo sancta Maria antiphonam 'Salve Regina' et cetera nobis donavit et quomodo ipsa multos infirmos a gravi infirmitate liberavit.

'Salve Regina' hec antiphona quemadmodum fuerit inventa, pie licet scire querentibus ad beatissime Marie laudem referemus. Fuerunt quam plures ultra Campanie planiciem¹⁾ in finibus sancte Gertrudis virginis²⁾. Qui pena gravissima fuerant tribulati, corpore ubique ardentis. Quos pia Dei Genitrix, annuente suo Filio, per se ipsam curare clementer disposuit. In prefatis quippe partibus ad honorem eiusdem Dei Genitricis monasterium est constructum³⁾, cuius dedicatio revoluto anni spacio sollempniter frequentatur. Convenerunt illuc quoque plures eadem peste pregravati sub eadem spe, ut per suffragium Dei Genitricis mererentur accipere refrigerium. Qui devotionem disposuerunt uniformiter per noctem vigilias exercere. Cum autem medium silencium tenerent omnes cum quiete, sanctissima virgo Maria clara veste induta processit a sanctuario cum non mediocri virginum comitatu. Et post tergum earum stans beatus Nicolaus in stolis pontificalibus infulatus, et cantabant insimul hanc antiphonam,

1 conclus. hanc partem retinebat 2b. — 2 man. incluserat 2a. — 20 grav. sunt trib. 2b.

49. Ward, Cat. of romances II 659, 22.

50. Initia mirac., Anal. Boll. XXI Nr. 551. Dieselbe Erzählung über die Einführung der Antiphon 'Salve regina' zur Zeit einer Pest in Campanien bei Klapper, Erzählungen des Mittelalters Nr. 66. Viaticum narrationum Nr. 49 (s. oben S. 3 f.). Herolt, Prompt. mirac. Nr. 89.

¹⁾ Wegen der Hervorhebung der Ebene eher die Kampine im nördlichen Brabant (vgl. z. B. SS. rer. Merov. VI, 293 Anm. 2) als die Champagne.

²⁾ Nivelles in Brabant.

³⁾ Die Marienkirche des Klosters Nivelles wird schon 783 in der Fortsetzung der Virtutes S. Geretrudis c. 4 (SS. rer. Merov. II, 473 f.) erwähnt.

scilicet 'Salve, regina misericordie' ¹⁾, nunquam prius in terris auditam. Processit autem Domina nostra sancta Maria et manica sua ventilabat omnes infirmos in dextra parte sedentes, et deinde se revertens in sinistra parte similiter faciebat. Et continuo hii sanati miram ei cordis leticiam proferebant.

Quomodo 'Salve regina' nunc ad nos pervenerit, audire volentibus referemus. Erat autem ibidem puer iuvenis bone vite et beate Marie valde devotus, prefata peste gravatus. Qui in templum deducitur. Et quia 'Domina est prope omnibus eam invocantibus' (vgl. Ps. 144,18) puro corde, ideo in prefata hora sequentis noctis, qua priores curaverat, hunc respexit, apparens iterum cum puellis candidissimis, cantantibus 'Salve, regina misericordie' et cetera. Cum autem ille quidem iuvenis has innumeras vidisset pulcherrimas puellas, pre metu se volens abscondere, dixit ei regina celi: „Si vis ab infirmitate tua liberari, hanc anthiphonam, quam modo nos cantare audisti, cras omnes in templum venientes, quamvis illuminatos gracia celesti et sanatos, tamen hos omnes hanc anthiphonam ad laudem Dei et ad gloriam meam edocebis“. Puer miraculose edoctus, sicut preceperat ei virgo Maria, in templum venturos edocuit universos. Sic et moniales eiusdem loci eandem anthiphonam cum magno gaudio susceperunt et ad honorem beate virginis Marie ad singulas horas eam decantaverunt. Sic ergo ulterius ipsam anthiphonam procedente tempore diversi ordines et religiosi homines pro spiritualibus suis necessitatibus depromere statuerunt reverenter, et plurimi pro hac devocione signis evidentissimis meruerunt liberationem.

51 (III, 31). Qualiter sancta Maria cuidam timenti in agone apparuit et pro 'Salve regina' animam eius in celum suscepit.

Pauca pro multis scribimus ad honorem Dei Genitricis Marie. Erat quidam canonicus regularis, qui, dum iaceret in extremis, tremuit, quoniam id dictum sapientis sensit: 'Iusti atque sapientes, quorum opera in manu Dei sunt, et tamen nescit homo, utrum amore vel odio

2 et manicura 2b. — 3 se vertens 2a. — 4 corde let. 2b. — 9 Dominus est pr. omn. eum inv. (= *Psal(m)*) 2b. — 13 iuv. puer has 2a. — 16 illuminati gr. c. et sanati 2b; illuminatus gr. c. et sanatus 2a. — 18 mirac. et quam rarius ed. 2b. — 31 Salomonis für sap. 2a. — 32 homo an amore 2a.

51. Ward, Cat. of romances II 688, 91. Herolt, Prompt. mirac. (= BHL. 5373) Nr. 92. Anders Thomas Cantiprat., De apibus II 29 § 7 (Maria erscheint dem Magister Adam, canonicus s. Victoris Parisiis, in dictanda sequentia: Salve, mater Salvatoris).

¹⁾ Chevalier, Repertorium hymnologicum II, Nr. 18147 und 18150; gedruckt u. a. Migne, Patr. Lat. 158, 1037.

dignus sit' (*Eccles. 9,1*). Ille tamen nullatenus desperavit. Quem beatissima virgo Maria visibili forma cum suis dulcissimis verbis alloquitur dicens: „Ne timeas; nunquam dampnaberis, immo, sicut me per anthiphonam 'Salve regina' sepius honorasti, sic a me in regno Filii mei cum omnibus sanctis honoraberis“. Et fratribus letanter referens hanc visionem. Cuius rei certitudinem veram esse probavit, quia in brevi cum magno tripudio exspiravit. Gaudii huius ergo particeps omnis erit, qui beatissimam Mariam privatim et in publico per hanc anthiphonam collaudare studebit.

52 (III,32). De religiosa domina, que raro communicavit, antequam per Mariam ad hoc fuit inducta.

Erat quedam religiosa persona, que primi sui propositi obliviscens communicationis vitam vitabat; in hoc tamen male agere formidabat, immo vinum, pisces, carnes et alia queque bona bene et, ubi poterat, pauperibus acquirebat. Que domina in visione videt collectionem religiosorum fratrum, qui omnes in suo refectorio ad mensam sedentes. Quibus quasi arida cibaria sunt preposita, quasi sumere non valentes. Et ecce! beata virgo Maria cum pluribus puellis affuit se comitantibus, portantibus electuarium. Et beata virgo Maria accepto aureo cocleari de electuario, quod sue domicelle tenebant, dabat singulis fratribus in os suum. Et mox illa arida cibaria, que prius vix gustare poterant, sunt eis adeo dulcia facta, quod ea sumere delectabant. Singulis porrectis de cibo Ihesu Christi, illa persona expectabat et affectabat, quod sibi eciam electuarium de pixide preberetur et daretur. Cui domina sancta Maria ait: „Non expectes a me refici, quia tua specialia meis communibus ferculis pretulisti“. Tandem pre desiderio in ea deficienti, eciam propter singularitatem denotandam morsellum ei prebuit et dedit, quod tocius mundi deliciis preelegit. Et sic, quod Deus nobis promiserat, adimplevit, quia gustato spiritu desipit omnis caro. Illa autem religiosa persona, postquam a sancta visione excitata [est], tunc ad communionem sanctam pre omnibus benefacere festinavit et cetera bona, ut solita erat, per consequens adimplevit.

13 que pro beneficio sui prop. 2b. — 18 que sumere 2b. — 21 dabat cunctis fr. 2a. — 23 sunt ipsis a deo dilecto tota ita dulcia 2b. — 25 elect. quidquam de pix. prebetur 2b. — 27 meis rationis ferc. 2b.

52. Bloßer Abklatsch (vgl. Ward, *Cat. of romances* II 659, 23) des berühmten Motivs vom Arzt (Mönch), dem Maria zunächst das electuarium vor den Mönchen versagt. Quelle: *Exordium magnum Cist.* III 19, Migne, *Patr. Lat.* 185, 1077 und Herbert, *De miraculis* III 14, eb. 185, 1365. Daraus Caesarius, *Dial. mirac.* VII, 47; danach unten Nr. 89.

53 (III,33). De scholari, qui propter castitatem et
servicium Marie virginis est electus in episcopum.

Sanctus Thomas Cantuariensis episcopus¹⁾ ab adolescen-
cia sua castissimus, utpote qui beate Marie promiserat castitatem, cum
6 esset cum sociis 'sicut liliun inter spinas' (*Cant.* 2,2), quadam vice
audivit scholares et socios suos secularia inter se tractantes de suis
specialibus clenodiis sibi ab amicis datis. Tandem in ioco ad eos dixit:
„Nichil est, quod vos dicitis et iactatis: ego habeo amicam unam,
que omnes precellit amicas vestras, que michi tale clenodium dedit, cui
10 nunquam simile vidistis“. Hoc totum spiritualiter intellexit et inten-
debát, sed ipsi secundum suam mentem recipiebant. Supplicantes ergo
sibi instantissime, ut ipsis clenodium suum monstraret, et quia hoc
facere eis noluit, iam sibi vim inferre volentes, aufugit ideo in ecclesiam
et se ad oracionem dedit, orans, ut sibi presumptuosum verbum indul-
15 geret virgo Maria. Et ecce! in visu beata Maria pulcherrima eidem
apparuit et consolans eum flentem dixit: „Ne timeas, quod excellencia
dicte amice tue te iactasti inter socios, immo inter omnes homines. Hoc
clenodium, quod nunc tibi dabo, obtinebis“. Deditque ei pixidem par-
vulam valde et nimis pulchram. Reversus ad se letus illos abire vo-
20 luit, sed socii prefati eum videntes iterum pro ostensione muneris nimis
insistebant. Tandem e manu eius pixidem predictam rapuerunt et
operientes viderunt parum de purpura in ea et extraxerunt, et ecce!
sequebatur pulcherrima casula mirabiliter bene facta. Verumtamen hoc
verbum pervenit ad episcopum Cantuariensem²⁾ et, accersito ad se
25 Thoma, rei veritatem didicit. Unde providit ei in studio ac expensis,
preordinans sibi in animo episcopatum et post eum successorem futu-
rum. Quod et postmodum sibi contigit, nam et episcopatum suum post
mortem eius obtinuit.

7 in loco 2b. — 12 cl. s. ostendet 2b. — 16 excellenciam 2a.b.
18 obtineas 2b. — 19 volebat 2a. — 22 vid. parvum 2b. — extr. et ex-
sequebatur 2b. — 26 et post bis Quod fehlt 2a (*Augensprung bei et post*).

53. Ward, *Cat. of romances* II 659, 28. Herbert, *Cat. of romances*
III 701, 8. Petrus Coelestinus (= BHL. 5371) c. 1. *Magnum Speculum*
exemplorum S. 665. De Vooys, *Middelnerl. Legenden en exempelen*
S. 76. Klapper, *Erzählungen des Mittelalters* Nr. 59. *Thomas Saga* (ed.
Magnússon) I 19. II 284. *Mariu Saga* (ed. Unger) S. 292. S. jetzt die
Studie von Rich. Scholl, *Thomas von Kandelberg, eine mhd. Marien-*
legende, Leipzig 1928 (*Form und Geist*, Heft 7), S. 59 ff., wo die Stoff-
geschichte erschöpfend und sorgfältig dargelegt wird.

¹⁾ Thomas Becket, Erzbischof von Canterbury (1162—1170).

²⁾ Erzbischof Theobald von Canterbury (1138—1161).

54 (III, 34). De viro et muliere sanctam Mariam venerantibus, quibus puerum mortuum reddidit vivum.

Quidam dives cum uxore sua in magna ac singulari quadam veneratione habuit gloriosam virginem Mariam. Solebat autem in omnibus festivitatis eiusdem gloriose virginis Marie ad domum suam omnes vicinos sacerdotes et plebanos convocare, ut cum plebano suo in parrochia quam frequenter ad laudem Dei et matris eius devote divina officia et missarum solempnia celebrarent. Quibus expletis, optime et laute eos diversis ferculis et delicatis poculis procuravit, et sic ad propria cum iocunditate illos sacerdotes remisit. Quadam vero die cum ad huiusmodi festum agendum sacerdotes predicti invitati convenissent et missarum solempnia peragerent, ut solebant, contigit ex cocorum incautela, ut caldarium fervens de foco caderet cadensque super filium dilectum in tantum combureret illum, ut inter dolores vehementes eius subito moriens expiraret, patre et matre penitus ignorantibus. Ancilla eorum vidit puerum mortuum cum dolore, sed hoc caute tantum domine sue dixit. Mater audiens filium suum mortuum, cum modestia domum revertitur, de ecclesia exiens, quasi aliqua ordinatura domi. Veniens cum dolore et gemitu filium invenit mortuum. Quem tollens super consuetum suum lectulum collocavit, precipiens singulis, ne cuiquam de hoc ante recessum hospitium indicarent, ne in luctum dies gaudii verteretur (*vgl. Iac. 4,9*). Ipsa vero ad ecclesiam rediens, missarum solempnia peraudivit et enixe consolari a Maria virgine petiit. Completa missa, hospes letus cum hospitibus suis properat ad hospicium. Quos uxor hilari vultu suscipiens, per ordinem fecit hos discumbere. Sed cum essent in mediis epulis illi hilares et iocundi, hospes presenciam filii sui exegit, eo quod eos per suam bonam risionem, risibilitatem et affabilitatem ad risum et leticiam provocaret. Mater vero presenciam eius, quibuscumque modis poterat, palliabat. Tandem cum pater illum instanter exigeret et preciperet, ut excitaretur, eo quod omnes presenciam eius affectarent, mater sciens filium esse mortuum, simulatorie quasi gracia excitandi flens ad lectulum accessit: eundem filium suum repperit vivum et incolumem et per omnia bene sanum. Quem cum gaudio magno perducens in medium omnium suorum hospitem sanum et nullum indicium lesionis habentem, rei eventum omnibus cum testimonio familie enarravit.

8 frequenter 2b. — 9 et lente 2b. — 35 in medio 2a.

54. Ich kenne keinen anderen lateinischen Text dieser Art. Das Motiv ist orientalischen Ursprungs: O. Rescher, *Orientalistische Miscellen*, Konstantinopel 1925, S. 10 (arab.). Bokhâri, *bâb el-adab* Nr. 116 (übersetzt Houdas Nr. 207). Gius. Levi, *Parabeln*, Leipzig 1877, S. 100. Bin Gorion, *Born Judas II* 41. J. Günzig, *Das jüdische Schrifttum über den Wert des Lebens*, Hannover 1924, S. 48. R. Basset, *Mille et un contes II* (1926), S. 213.

55 (III, 35). De religioso viro et religiosa femina, qui per sanctam Mariam ab infamia fornicationis liberabantur.

Contigit, ut quidam religiosus et quedam religiosa ex nimia familiaritate in fornicatione deprehenderentur et in carcerem mitterentur. Quo facto ceperunt invocare beatam virginem Mariam, cui eciam diu deservierant, ut ipsos dignaretur ab hac infamia liberare. Beata virgo Maria precepit statim duobus demonibus, ut has duas personas de carcere liberarent et pristino honori restituerent. Quod sic factum est. Cum populus concurreret ad spectaculum, inventi sunt duo demones in specie et habitu illorum duorum hominum, qui incarcerati fuerant, et uterque in hospicio suo inventus est. Unde admirati sunt universi, qui sciebant eos incarceratos. Tandem interrogabant illos, quos in carcere inveniebant, qui essent, cum tales persone, que incarcerate erant, sint in hospicio suo. Responderunt demones sic dicentes: „Non illas personas, sed nos hic incarcerastis“. Quibus demonibus homines crediderunt et sic per merita beate virginis Marie illi duo, religiosus et religiosa, cum demonibus a carcere et infamia sunt liberati.

56 (III, 36). De monacho, cui sancta Maria revelaverat, quantam mercedem habebunt boni fratres et sorores pro laboribus suis.

In quodam monasterio in Francia posito fuit plebanus, vir bonus et religiosus et etate provectus. Qui cum in tempore missus foret pro necessariis in claustro et ita tarde veniret ad monasterium, quod dormitorium esset clausum, ne rumperet quietem inter fratres sanctam, se in capitulo super quoddam scabellum ad dormiendum collocavit. Beata autem Maria, summi regis et filia materque, adhibuerat sanctissimis suis naribus vas vitreum et cum duabus pulcherrimis virginibus, que portabant duo preclara luminaria, ei apparuit et ab eo antea, si dor-

28 que gestabant 2 b.

55. Ward, Cat. of romances II 654, 23. Jacques de Vitry (ed. Crane) Nr. 282 = Herbert, Cat. of romances III 24, 204, auch 261, 92; 284, 64. Etienne de Bourbon Nr. 519. Welter, Spec. laicorum Nr. 381. Mussafia, Marienlegenden I 70 (934) Nr. 29. II 65 (67) Nr. 47. Herolt, Prompt. mirac. Nr. 21. Klapper, Erzählungen des Mittelalters Nr. 86. Méon, Fabliaux et contes II 411. Schönbach, Ueber Caes. v. Heisterbach III (s. Band I, 64), S. 81. De Vooy, Middelnederl. Legendes in exempelen S. 135.

56. Initia mirac., Anal. Boll. XXI Nr. 853, dazu 576; 769; 986; 1057; 1438; 1527. Eine späte Ausschmückung von Herbert, De miraculis I 1 (Migne, Patr. Lat. 185, 1273) nebst Exordium magnum Cisterc. III 11 (eb. 185, 1062). Vgl. Dial. mirac. I 17. Ward, Cat. of romances II 629, 21. Mussafia, Marienlegenden I 933, 935 Nr. 44. II 54 Nr. 108. Scala celi des Joh. Gobii junior f. 134v. Helinandus, Chronicon, lib. 49 (Migne, Patr. Lat. 212, 1077). Vinc. Bellov., Spec. hist. VII 107. E. Levi, Il libro dei 50 miracoli Nr. 27. Anal. Boll. XLII (1924) 274.

miret, quesivit. Qui respondit quod non dormiret, querens ab ea, cur etiam in nocturno tempore contra consuetudinem ordinis in tali loco presumeret apparere. „En“, inquit, „ego sum, cuius tu es et omnia, que sunt in domo ista, et universa, que sunt per ordinem istum; nam hodie cum monachis meis fui in agro et sudorem eorum in hoc vasculo collegi, qui michi et filio meo est odor suavissimus. Pro quo labore utique maximo munere eos remunerabo“. Tunc ille dicit ad eam: „Quid, domina sanctissima? Tantus est labor noster, qui magis fit pro necessitate quam pro devocione?“ Rursus illa dixit: „Nonne legisti, quia voluptas habet penam et necessitas poscit coronam? ¹⁾ Omnia enim, que facitis, si causa necessitatis et pro me et pro Filio fuerint facta, michi vendico, omnia suscipio et digna mercede remunerero“. Hiis dictis, sancta Maria in celum recepta est. Et ille bonus monachus, que viderat et que sancta Maria de suis fratribus dixerat, ipsis postmodum retulit.

57 (III,37). De sanctimoniali, que beate Marie omni die centum quinquaginta Ave Maria dixerat.

Quedam sanctimonialis consueta fuit beate Marie omni die centum quinquaginta 'Ave Maria' dicere. Quadam vero nocte, cum ipsa monialis dormiret in stratu, audivit sanctam Mariam eam proprio nomine vocantem sicque alloquentem sibi divinis verbis et inquit ei talia: „Dormis, o filia?“ Cui illa: „Non dormio, O domina karissima“. „Ne timeas“, inquit iterum, „o filia, piam Mariam, cui omni die tante humilitatis plurima reddis servicia. Sed si tibi vis proficere, quando me angelica salutacione salutas, 'Dominus tecum' dicens, dicito prolixius, quia gaudium, quod tunc habeo, non potest proferri ullis vocibus; nam tunc videtur michi, quod in me similiter sit Filius meus, sicut pro peccatoribus ex me nasci dignatus est, homo et Deus verus. Et sicut tunc in illa angelica salutacione ineffabile gaudium accepi, de te ita gaudeo, cum dicis 'Dominus tecum'“. Hec audiens illa Christi ancilla repleta est ingenti leticia et matri dulcissime, que eam filiam vocaverat, cum devota supplicatione reddidit innumeras gracias pro tam pia consolacione et pro tam benigna ammonicione, quam ei attulerat. Sicut ceteris sancta Maria discedens ab illa, cum magna claritate rediit ad regna celestia. Denique soror illa non immemor eorum, que viderat et de sancta Maria que audierat, oraciones, quas solebat facere et dicere velocius, ut gloriose matri magis placerent et sibi proficerent, ammodo de die in diem studebat pro posse suo prolixius et devocius implere;

13 accepta est 2b. — 14 retulerat 2b. — 32 tam digna amm. 2b.

57. Entstammt dem Liber de miraculis Mariae c. 32 (Pez S. 375 und ed. Crane). Ward, Cat. of romances II 614, 34; 647, 32. Gautier de Coincy (ed. Poquet) Sp. 481. Mussafia, Marienlegenden I 942 Nr. 32 (Eulalia).

¹⁾ Schönbach verweist auf Bernhard von Clairvaux, Sermo 17 in psalimum 90. 'Qui habitat' (Migne, Patr. Lat. 183, 251): 'Bonum magis necessitas quam voluptas, quod, cum utraque res citius transeat, altera poenam habeat, altera sit paritura coronam.'

habebat namque in consuetudine hec predicta famula pro amore illius sancte domine Marie 'Ave Maria' centum quinquaginta vicibus dicere. Nunc vero, cum has salutaciones prolixius diceret, ideirco sibi videbatur, ut istum numerum omni die implere non posset, quia illud angelicum 'Ave' non ita velocius, quam ante fecerat, pronunciauit. Sed secundum ammonicionem matris Domini roborata, duas partes priores, id est centum, dimisit et terciam partem, id est quinquaginta, deinceps cum magna velocitate decantare instituit.

58 (III, 38). De quodam philosopho, cui virgo Maria manum abscisam restituit.

Iohannes quidam fuit summus philosophus¹⁾. Cum staret in curia regis Damasci, multos habebat detractores, que eum volebant ponere in odium regis. Qui scripserunt litteras factas non ratione secundum hanc formam: 'Littere Iohannis. Regis inimici student, quomodo possint eum in persona et rebus offendere'. Que cum reperte fuissent et regi representate, sicut dolose et fraudulentem isti detractores ordinaverunt, rex misit pro Iohanne et fecit ei manum amputari, cum qua predictas litteras scripsisse dicebatur. Sed Iohannes predictus de hiis omnibus coram rege non se excusabat, ob reverenciam et confidenciam beate virginis Marie pacientem sustinens. Unde accepit illam manum abscisam et domum propriam intravit et humiliter se proiecit ante ymaginem gloriose virginis Marie, quam habebat in maxima reverencia. Cum vero abscisam manum cum alia manu in loco debito apponeret, humiliter beatam Mariam virginem rogavit, ut ipsam manum per virtutem suam sibi restaurare dignaretur. Que auxilio Dei et precibus sancte Marie aptissime est restituta, remanente in loco abscisionis pulcherrima cicatrice ad modum fili argentei. Quod cum rex postea vidisset, multum cepit admirari, dicens ei: „Quis medicus sic te curavit?“ Iohannes respondit: „Ego tibi ostendam, veni mecum“. Et ostendit ei tabulam pictam cum ymagine beate virginis Marie, ad quam cottidie devote orabat. Rex autem hec cepit in mentem recuperare, quomodo beata virgo Maria mater Christi fuit, que eum sanavit,

4 ut istud verbum 2a. — 5 fecerit pron. Sed admonicione 2 b. — 8 m. morositate dec. 2b.

58. Migne, Patr. Gr. 94, 453. Petrus Coelestinus (= BHL. 5371) c. 1. Anal. Boll. XLII 268. Ward, Cat. of romances II 633, 33 (Herolt, Prompt. mirac. Nr. 33). Holik, Index mirac. Nr. 117 (Pelbartus, Stellarium). Vinc. Bellov., Spec. hist. XVII 104. Herbert, Cat. of romances III 434, 52; 663, 221. Scala ce. i des Joh. Gobii iunior f. 121r. Viaticum narrationum Nr. 44 (s. oben S. 8 f.). Hugo von Trimberg, Solsequium (ed. Seemann) Nr. 14. Enxemplos Nr. 204. De Vooy, Middelnederl. Legenden en exempelen S. 88.

¹⁾ Iohannes von Damaskus, der bekannte Theologe des früheren 8. Jahrhunderts.

et pro dolo Iohanni facto rex statim cepit multum affici. Quem rogavit hoc intimo corde sibi dimitti. Quo malefacto dimisso, rex ad devocionem ante ymaginem beate Marie virginis humiliter devenit et conversus est cum multis de suis, et sic deinceps fuit rex Damascus specialissimus devotus gloriose virginis Marie. 5

59 (III,39). De peregrinis in aquis submersis, de quibus virgo Maria unum vivum obtinuit.

Erat navis quedam in medio maris peregrinis onusta, quorum devocio et gracia oracionum ad Iherosolimam ibat. Cumque hii prospero cursu multa maris spacia percurrissent, nauta navem subito inferius 10 sensit descendere, aquas irrupere et nullatenus ipsis subveniri posse: mortem presentem omnibus predixit adesse. Nauta ergo cimbam, quam more magnarum navium intus ferebat, exponit et in mari deponit et cum quodam episcopo, qui inter ceteros erat, cum nobilioribus quibusdam aliis in eam naviculam descendit. Inter quos dum unus magno impetu 15 eciam vellet descendere, inter duas naves cadens in aquis submersus est. Nauta vero illos, quos in altera nave reliquerat, allocutus est, omnibus mortem predixit imminere et, ut sua peccata confitentes suas animas Deo commendarent, flebiliter ammonuit. Fit ergo inter eos intolerabilis timor, fit immensus ad sidera clamor, fit pura de peccatis confessio 20 piaque fit pro eternis bonis participandis ad Deum oracio. Nauta vero, ammonicione completa, cum hiis, quos in schalam¹⁾ tulerat, abire longius festinat, ne maris motus parvam absorberet cum magna, et precavens nimis, ne periculum per carinam vicinam ipsis fieret. Attamen a longe per phaselum in pelago exspectabat, quia videre volens exitum 25 servorum Dei. Nec longa interfuit mora, et ecce! subito navis subintrantibus aquis maris absorpta est. Episcopus vero cum ceteris lacrimosa suspiria fundens, animas sociorum Deo commendabat, quorum corpora tam horrendo discrimine mortis perire videbat. Qui cum per equoreas undas oculorum acies ubique circumvolveret, si forte aliqua 30 naufragorum corpora posset videre, ecce! de marinis fluctibus columbas speciosissimas, alibi quidem unam, alibi quidem duas vel plures vidit ad celi secreta sub volatu celeri penetrare. Quas columbas sociorum animas sine dubio credidit esse. Sed o quantus dolor tunc eum invasit,

13 exposuit 2a. — 15 in ea navicula 2a. b. — 22 in schapham *Miracula*. — 28 an. sanctorum deo commendavit 2a.

59. Entstammt dem Liber de miraculis Mariae c. 27 (Pez S. 359 und ed. Crane). Ward, Cat. of romances II 626, 8; 640, 14. Vinc. Bellov., Spec. hist. VII 88. Scala celi des Joh. Gobii iunior f. 114r. Anal. Boll. XLII (1924), 45.

¹⁾ Boot, wie nachher (Z. 25) das griechisch-römische 'phaselus'; Grimm's Deutsches Wörterbuch VIII (1893), 2064 kennt Schale als Bezeichnung für „eine Art von Fahrzeugen auf der Oder“. Unsere 'Schaluppe' (eb. 2106) ist anderer Herkunft.

quia cum sociis mergi non meruit! Sociis dimersis, cum cimba se
 terre applicuisset, mirO ductu socium, quem in mari inter duas naves
 diximus cecidisse, de mari vivum subito vident exire. O quantus stupor
 tunc omnes invasit, o quanta de socio reperto leticia omnium corda
 5 perfudit! Querunt ergo stupentes, quid ei acciderit, quomodo de marinis
 fluctibus liberari potuerit. Ac ille sociis inquit: „O socii, quid sic
 me salvatum miramini? Quem illa salvare dignata est, per quam venit
 salus omnium. Beatam quippe Mariam inclamavi, cum in aquas ceci-
 dissem. Et sic eius memoriam habendo et nomen eius inclamando, dum
 10 pelagi ad ima deveni, ac ipsa mater misericordie, que memor suorum,
 immo immemor nunquam apparet, hac hora michi sub undis astitit,
 pallio suo me contexit et sic me contactum sub aquis ad litus per-
 duxit”. Hec eo dicente, laudes immense domine nostre sancte Marie
 referuntur et beata virgo Maria, misericordie mater, properanter in
 15 matrem ab omnibus eligitur.

60. (III, 40). De abbate, qui sanctam Mariam in
 tempestate maris inclamavit pre omnibus sanctis,
 sed non qui cum eo fuerunt, sed quisque suum
 sanctum imploravit.

20 Aliud miraculum narro, quod ab ipso didici abbate, qui hoc idem,
 quod nunc scribo, expertus est in semet ipso. Fuit enim aliquando ipse
 abbas in medio maris Britannici nimia oppressus tempestate cum
 multis aliis ei adiunctis, adeo ut de vita desperarent. Alii vero, ut libe-
 rari mererentur, cum magno clamore invocabant beatum Nicolaum,
 25 alii beatum Iacobum, alii pium sanctum Andream vel quemlibet
 alium sanctum inclamabant, et unusquisque sibi dilectum sanctum familiaris
 invocavit, offerendo sibi aliqua munuscula, sicut mos est in tempestate
 marina. Cum ergo abbas videret omnes istos vel illos sanctos invocare,
 matrem vero misericordie, cunctis sanctis benigniorem ac potencio-
 rem, 30 necubi invocari nec eam audiret inter eos nominari, ait: „Quid est
 hoc“, inquit inter fratres, „quod vos geritis, quod ceteros sanctos
 invocatis et illam matrem misericordie, que plus omnibus potest, non
 invocatis? Bonum quidem est quod agitis, sed multo melius esset, si
 omnes una voce Dei Genitricem inclamaretis”. Quo audito omnes una
 35 voce Dei Genitricem inclamando nominant et matrem misericordie, que
 omnes sanctos excedit, unanimi voce implorant atque ut sui misereatur

1 mertis für dimersis 2b. — 2 mirum dictu *Miracula*. — 3 mari
 universi subito 2b. — 8 in aquis 2a. — 22 compressus 2b. — 23 ei
 iniunctis 2b. — 24 sanctum Nic. 2a.

60. Auch aus dem Liber de miraculis Mariae c. 23 (Pez S. 363 und ed.
 Crane). Ward, Cat. of romances II 626, 9; 640, 15. Vinc. Bellov., Spec.
 hist. VII 89. Pfeiffer, Marienlegenden S. 83. Gautier de Coigny (ed.
 Poquet) Sp. 517. Anal. Boll. XLII 55.

proclamant. Abbas cum aliis inquit: "Sancta, pia et perpetua virgo Maria, succurre miseris, subveni iam perituris, senciamus omnes tuum auxilium, que omnibus te invocantibus solamen prestas, tu Dei mater alma, tu celi potens regina, tu desolatorum solamen, tu destitutorum munimen". Ipse vero abbas per duos dies et per duas noctes ita fatigatus in oratione et afflictus fuit, quod unum pomum vix comedere potuit. Sed postquam illud responsorium 'Felix namque' ¹⁾ cum suis monachis ibi cum eo existentibus devote cantare cepit matri Domini, vix illud finierat, et ecce! in summitate navis lux magna ad instar cerei apparuit eis, ita ut omnes, qui erant in navi, claritate sua perfunderet; iam enim se invicem cognoscere poterant, qui se prius per densitatem tenebrarum videre nequiverant. Toto siquidem pelago cessavit tempestas celique regina iubente facta est magna tranquillitas. Non multo post dies serenus illuxit et terre, ad quam tendebant, navis se applicuit. O Maria, celi regina, maris stella, cunctis sanctis lucidior, cunctis ad subveniendum potencior! Ecce! enim alii, qui erant in navi, minores stellas, id est sanctos, per preces attendunt, et ipsi per illas non illustrantur, sidus suspiciunt marinum, id est sanctam Mariam implorant et per eam salvantur, vocant sanctos minores et non iuvantur, implorant sanctorum sanctissimam et liberantur. Cessat pius Andreas a pietatis opere, quia in exhibenda pietate Marie cedit, piarum piissime; sic alii sancti sancte Marie cedunt; nam nullus ut Maria in periculo existentes iuvat. Hiis dictis hii, qui a mersione liberati sunt, omnes sanctam Mariam laudant et hanc pre omnibus sanctis honorant.

61 (III, 41). De luxurioso iuvene non peccante cum muliere Maria nominata.

Quidam, licet alias multum esset luxuriosus et carnis vicio lubricus, proposuerat tamen ob reverenciam gloriose virginis Marie, ut non peccaret cum aliqua muliere, que vocaretur Maria. Tandem, instigante diabolo, exarsit in amorem cuiusdam puelle pulcherrime. Unde cum esset in lecto cum ipsa ad perpetrandum opus nephandum, antequam cum ea peccaret, quesivit ab ea, quo nomine vocaretur. At illa inquit: „Maria est nomen meum“. Ille autem, audito hoc nomine glorioso,

18 suscipiunt 2a. b; respiciunt *Miracula*.

61. Poncelet, *Initia mirac.*, Anal. Boll. XXI Nr. 1425, dazu 32 u. a. Holik, *Index mirac.* Nr. 191 (Pelbartus, *Stellarium*). Ward, *Cat. of romances* II 628, 16. Mussafia, *Marienlegenden* IV 7 Nr. 5. Vinc. Bellov., *Spec. hist.* VII 102. Scala celi des Joh. Gobii iunior f. 115r. Herolt, *Prompt. mirac.* (= BHL. 5373) Nr. 63. Keller, *Erzählungen aus altdeutschen Hss.* S. 41. Anal. Boll. XLII 43. Abart von Caesarius, *Libri mirac.* II 7 (oben S. 81 ff.).

¹⁾ Responsorium 'in commemoratione b. Mariae': 'Felix namque es sacra virgo Maria', z. B. im Missale ad usum ecclesiae Westmonasteriensis ed. J. Wickham Legg III (Henry Bradshaw Society Vol. XII), 1897, Sp. 1323.

tanta fuit eius contritio et devotio et in tantum doluit ex reverentia gloriose Marie, quod statim emisit spiritum et ad celestem patriam, ut creditur, convolvit. Hoc autem factum ut nesciretur, in aliqua parte sue domus servavit eum humatum. Sed Dominus noluit hoc occultari, quod precibus sue matris precise operabatur in illo; ceperunt enim pulsare omnia tintinabula civitatis per se, non tractu hominis alicuius. Quo facto et quo miraculo concitati episcopus, clerus et universus populus convenerunt ad ecclesiam maiorem et, dum de quo esset meritum dubitarent, apparuit illis mulier et rem gestam, sicut fuerat, 10 indicavit. Cui episcopus et clerus fidem dantes ierunt cum ea ad locum, ubi sepultus iacebat, et invenerunt totum corpus floridum et odoriferum, et duo cerei ardebant ad caput duoque ad pedes et in quolibet illorum cereorum ad modum circuli legebantur iste littere 'Ave Maria' et cetera. Tunc eciam cunctis videntibus apparuit quedam domina, ad modum 15 regine gestans coronam in capite, cuius facies ut sol resplendebat, et in eius pectore apparuit quedam tabula parva, in qua legebantur hee littere auro contexte: 'Hec est virgo Maria', et statim in ictu oculi evanuit ab ipsis. Illi vero de hiis mirantes acceperunt corpus illud cum reverentia et sepelierunt in ecclesia. Sepulto quidem corpore, cerei sic 20 celum ardentem ascenderunt et evanuerunt ab oculis eorum. Et in ipso loco multa facta sunt miracula per illum sanctum virum precibus et meritis beate gloriose virginis Marie, que sperantes in se nunquam derelinquit.

62 (III, 42). De quodam viro, cuius anima a Maria 25 per pauca bona est salvata.

Quidam Iohannes, patricius urbis Romane, iuxta ecclesiam beate virginis Marie maioris¹⁾ habens palacium et muros circuicionis, qui quosque sibi subiectos opprimebat et bona sua eis ubique arripiebat. Qui tanto maioris ferocitatis erat, quanto Dei iudicium minus formidabat, sed hoc solum iusticie pie fertur habuisse, quod assidue matris 30 Dei domum ingrediens, que prope erat, ante ipsius altaris presenciam flexis genibus orabat et dicebat: „O pia mater misericordie, 'in manus tuas commendo spiritum meum' (*Luc. 23,46*) hodie“. Et sic foras egrediens obliviscebatur pietatis affectum; erat enim, ut diximus, valde

3 facto 2a. b. — ut illa nesc. 2b. — 8 conveniunt 2a. — 9 sicut fuit 2a. — 20 in isto loco ista et multa 2b. — 23 dereliquit 2b. — 24 Die Ueberschrift fehlt 2b. — 32 orabat et fehlt 2a.

62. Quelle: Petrus Damiani, De variis apparitionibus et miraculis c. 4 (Migne, Patr. Lat. 145, 587), aber hier bedeutend umgeformt. Französisch in der Hs. Paris, Bibl. Nat. Ms. fr. 818, f. 81c = Mussafia, Marienlegenden V 10 Nr. 62 („mir unbekannt“).

1) Santa Maria Maggiore.

crudelis et impius. Sed tamen dum circa Domini matrem benivolus et beneficus [esset], hic omni anno in vigilia beate Marie vas olei plenum suis humeris apportabat et in medio ecclesie prefate regine ponebat, dicens: „Regina mundi virgo, hoc tibi devote offero ad illuminandam ecclesiam tuam“. Quadam autem die algore nimio existente, dum intraret ecclesiam gloriose virginis Marie, more solito veniam petiturus, anus quedam pauperula nimis et pene nuda ante ianuam stabat et elimosinam ab hominibus ecclesiam intrantibus petitura. Que ipsum conspiciens rogare eum cepit, ut amore virginis Marie sibi aliquod indumentum daret, cum quo suam nuditatem cooperiat et se de frigore defendat. Qui ut audivit, nomine et amore Virginis clamidem suam illico est ei largitus. Non multo post ipse, gravatus infirmitate, mortuus est et defunctus. Cuius anime statim duo demones affuerunt et in collo eius igneam cathenam mittentes ad tartara deducere conati sunt. O mira Dei pietas, o ineffabilis matris Dei clemencia, quia Deus in peccatore tantis peccatis reo non est oblitus misericordie sue matris! Ex parvo enim beneficio, quod peccator sibi impenderat, sancta Maria ei indulgentiam de omnibus suis peccatis apud Filium suum impetraverat. Et quanta ei deinde remuneratio extiterit, ipsa sancta Maria quadam nocte cuidam venerabili sacerdoti ecclesie beati Celsi in Urbe¹⁾ consistenti declarare dignata est. Consuetudo predicti sacerdotis erat ante nocturnas horas causa oracionis ad ecclesiam beati Petri pergere. Nocte ergo illa, in qua idem Iohannes fuerat mortuus, more solito surgens ad locum, qui Castrum Crescentii nuncupatur²⁾, pervenit, ubi maximam multitudinem sanctorum reperiens, tremens et pavens uni eorum dixit: „Qui estis? Quo itis?“ At ille: „Veni nobiscum et ea, que videbis, mente retine, ut ad multorum utilitatem valeas enarrare“. Cum autem ad ecclesiam beati Petri pervenisent, apertis ianuis statim intraverunt. Que ecclesia eciam tunc immenso lumine interius resplendebat ibique a summo pontifice beato Petro missam incipiente introitum ipsi cantabant: ‘Statuit ei Dominus’³⁾. Missa vero completa, ad ecclesiam beate Cecilie iuxta Tiberim⁴⁾ perrexerunt. A quibus in medio ecclesie sedes est posita,

1 tamen *fehlt* 2b. — 2 esset *fehlt* 2a.b. — 4 affero 2b. — 6 glor. et beate 2a. — 21 et orbi *für* in urbe 2b. — 25 magnam mult. 2a. — 26 tremens *fehlt* 2a.

¹⁾ Kirche SS. Celso e Giuliano in der Via dei Banchi vecchi nahe dem Corso, nicht weit von der Brücke zur Engelsburg. Vgl. C. Hülsen, *Le chiese di Roma nel medio evo*, Florenz 1927, S. 237; P. Kehr, *Italia pontificia* I, 92.

²⁾ Die Engelsburg, die in Erinnerung an das tragische Ende des Crescentius (998) später ‘castellum Crescentii’ hieß. Vgl. z.B. die *Mirabilia Romae*, ed. Parthey (1869) S. 9, 11, 29, 1 und bei Fabre und Duchesne, *Le Liber censuum* I (1910), S. 263, 25, 269, 1 (mit Anm. 51).

³⁾ Introitus missae u. a. an Cathedra Petri: ‘Statuit ei Dominus testamentum pacis’, z.B. im *Missale Romanum Mediolani* 1474, Bd. I (Henry Bradshaw Society Vol. XVII, 1899) S. 319.

⁴⁾ Kirche S. Cecilia in Trastevere.

thronus supra per circuitum ornatus et domina mire pulchritudinis
 magneque potencie desuper collocatur, quam Mariam fuisse non dubi-
 tamus. Sicque illa residente et multitudine illa sanctorum mirabiliter
 circumstante res mira secuta est; nam paupercula anus illa, de qua
 5 superius diximus, affuit et cursu velocissimo veniens ante pedes illius
 regine se proiecit clamideque illa, quam a Iohanne patricio acceperat,
 cooperta lacrimabiliter ita dicebat: „O piissima ac dulcissima omnium
 domina, que plasmatores et redemptores omnium genuisti, respice
 10 ad servi tui Iohannis patricii miseriam et a demonibus, qui eum modo
 graviter insequuntur, ad inferni claustra pertrahentes, potenti manu
 nunc libera eum, ut tuis sanctis sociatus te tuumque Filium benedicat
 per infinita secula. Recordare, virgo piissima atque domina, quia dictus
 Iohannes devotus tuo favore hac me veste contexit et alia plura bona,
 15 et ecce! sine mercede discedit modo et sine merito“. Sed postquam
 sancta Maria ut voces vetule mulieris audivit, mittens statim duos
 sibi angelos precepit eis, ut sine mora eum ei deferrent. Qui abeuntes
 ligatum eum, sicut invenerunt, et sic eum et eius ductores ad matrem
 misericordie venire fecerunt. Ut autem adduxerunt eum, veniendo ante
 20 ianuam ecclesie steterunt. Tum absolvi precepit eum sancta Maria,
 illis immundis spiritibus dicens: „Sicut vos semper infruniti et in-
 mites fuistis, sic et huic meo servo ea, que non debueratis facere, pre-
 sumpsistis“. Qui respondentes dixerunt: „Quid est hoc? Que societas 1)
 iusti cum iniusto? Numquid iniquus est apud Deum? Hoc est plane 2):
 25 nam si iniustus est, ut dicitur, et tu mater iusticie appellaris, iste tibi
 nequaquam coniungi potest. En iste nobis servivit et a nostro servicio
 non recessit; idcirco a nobis tolli non poterit“. Quibus Domina nostra
 sancta Maria: „Obmutescite, o miseri, omni honore privati, et Crea-
 torem celestium et terrestrium piissimum nolite dicere iniustum, qui
 30 super humanum genus multum pius et misericors est seque invocantibus
 culpas laxat et gratiam prestat“. Et quasi indignans ait illis: „Ite et
 huic molesti esse et appropinquare nolite neque eum amplius habeatis
 presumere“. Tunc precepit eum stola candidissima indui et illi beate
 multitudini sociari. Presbiterum vero qui ibi aderat tunc ad se vocans,
 35 precepit ei, ut, que de Iohannis liberatione viderat, domino pape et
 universo clero per ordinem divulgaret. Et ut sibi melius crederetur,
 terminum sue vite ei predixit dicens: „Post dies octo, pondere carnis
 abiecto, ad nos cum honore venies“. Hoc dicto omnis illa beata visio
 disparuit. Hiis omnibus expletis, sacerdos ad ecclesiam suam revertendo
 40 gaudensque, postquam illa, que viderat, omnibus enarravit, termino sibi
 prefixo in pace ad Dominum migravit.

8 genitorem für redempt. 2b. — 10 protrahentes 2b.

1) Vgl. 2. Cor. 6,14: 'Aut quae societas luci ad tenebras?'.

2) 'Dies ist klar'. Meister ergänzt 'impossibile', was bei der Art des Lateins schwerlich richtig ist.

63 (III,43). De pictore, quem ymago sancte Marie cum manu tenuit, ne dyabolus eum in yma precipitaret.

Dyabolus accedens ad pictorem quesivit, cur eum tam horribilem depinxisset et beatam Mariam virginem tam decoram. Qui respondit, quod ita esset in veritate. Dyabolus vero provocatus ad iram pictorem ab alto, ubi depinxerat ymaginem beate Marie, voluit precipitare. Ymago vero pictori manum porrexit et eum, ne caderet, firmiter tenuit. Dyabolus hoc videns pictorem reliquit. Pictor vero sancte Marie, cuius ymaginem ante fecerat, devotissime servivit.

64 (III,44). De monachis, quibus Maria dedit Filium suum, dum cantarent illud responsorium 'Verbum caro factum est et habitavit'.

Tribus monachis cantantibus responsorium illud 'Verbum caro factum est'¹⁾ apparuit beata virgo Maria et dedit eis Filium suum, dicens: „Habitet in vobis Filius meus Christus et tenete eum“ et porrexit eis speciosissimum puerum. Quem ita diu ludendo tenuerunt, ut habere voluerunt, donec intra se de eo inenarrabilem leticiam susceperunt.

65 (III,45). De illis monialibus, quibus ymago virginis Marie dedit corpus Christi sub hostia panis.

De monialibus, que libenter cantabant in laudem beate Marie sequenciam illam 'Ave preclara'. Quibus accidit, dum cantarent illum

6 ita est 2b. — 17 speciosum 2a.

63. Initia mirac., Anal. Boll. XXI Nr. 345 u. a. Weitverbreitetes Marienmirakel vom Maler und Teufel. Ward, Cat. of romances II 628, 17; 682, 21 (Herolt, Prompt. mirac. Nr. 84). Odo von Cheriton (Hervieux IV 293 Nr. 73) = Herbert, Cat. of romances III 67, 81. Mussafia, Marienlegenden II 35 (37) Nr. 30; 72 (74) Nr. 9. Holik, Index mirac. Nr. 161 (Pelbartus, Stellarium). Map, De nug. curial. IV 6 (ed. James, Anecdota Oxoniensia, Mediaeval and modern series XIV, 1914, S. 163 ff.). Vinc. Bellov., Spec. hist. VII 104 (aus dem Mariale magnum). Scala celi des Joh. Gobii iunior f. 120v. Bromyard, Summa predic. unter 'Maria' (auch bei Wright, Latin Stories Nr. 31: 'In partibus Flandrie'). Exemplos Nr. 194. Manuel, El conde Lucanor (ed. Knust und Birch-Hirschfeld) S. 361. Klapper, Exempla Nr. 62; Erzählungen des Mittelalters Nr. 52. Pfeiffer, Marienlegenden S. 110. Anal. Boll. XLII (1924), 68; 280. Southey's Ballade 'The pious Painter' u. a. Vgl. noch J. Hinton, Studies in philol. and liter. XX (1923), 456.

64. Erinnert an Herbert, Cat. of romances III 85, 33 und an Hildeberts Vita Hugonis Cluniac. c. 7 (Migne, Patr. Lat. 159, 887).

65. Finde ich sonst nicht belegt.

¹⁾ Joh. 1, 14.

versum 'Hinc manna verum' et post in eodem versu 'Ora, Virgo, nos illo pane celi dignos effici' ¹⁾, quod ymago beate Marie accepta hostia pulcherrimi panis monialibus exhibuit. Quam predictae moniales de ea humiliter ac devote acceperunt, et sic mirabiliter de corpore Christi interius et de ferventi amore Christi sate fuerunt.

66 (III,46). De monialibus, pro quibus ymago beate Marie adoravit Filium, quem tenebat in proprio sinu suo.

Insuper aliud accidit aliis monialibus, que cum devotissime cantarent hunc versum de sequencia 'Ave, preclara': 'Audi nos' ²⁾ et sepius repeterent versum eundem, quod ymago beate Marie virginis accepto Filio, quem habebat in gremio suo, ipsum deposuit et ipsum posuit in altari, et ipsa genibus flexis ad genicula sua convoluta pro eisdem oravit.

67 (III,47). De iuvene docto, cui virgo Maria panem Christi in os dedit.

Apud monasterium sancti Crisancii ³⁾ scholasticus quidam fuit nomine Daniel, pueros illic instituens. Huic consuetudo fuit diebus singulis eiusdem ecclesie criptam intrare et coram altari beate Marie genibus flexis sequenciam 'Ave preclara' in eius honorem decantare. Cum hoc ipse Daniel ad aliquod tempus actitasset et ad illud versiculum 'Ora, Virgo, nos illo pane celi dignos effici' ⁴⁾ semper surgendo veniam peteret, die quadam beata Virgo super altare stans illi apparuit et panem parvulum nive candidiorem manu tenens, ut os suum aperiret, ipsi precepit. Quem cum ori eius immisisset, tantam ex eo sensit dulcedinem, ut omne mel et favum superaret. Hunc iuvenem Danielem dominus abbas Schonavie ⁵⁾ bene novit, qui sibi ⁶⁾ et multis aliis istam visionem recitavit.

21 Cum ergo ipse 2b. — actitasset *Caesarius*; attinisset 2b; continuasset 2a.

66. Gehört zu Mussafia, Marienlegenden II 47 Nr. 32.

67. Entlehnt aus *Caesarius*, Dial. mirac. VII 31. Vgl. auch Band I, 178 Nr. 285.

¹⁾ In der 9. Strophe der Sequenz; s. J. Kehrein, Lateinische Sequenzen des Mittelalters, Mainz 1873, S. 196. Vgl. Band I dieser Ausgabe, S. 178 Nr. 285.

²⁾ Strophe 12: 'Audi nos, nam te filius nihil negans honorat'.

³⁾ Münstereifel.

⁴⁾ S. Ann. 1.

⁵⁾ Cistercienserkloster Schönau bei Heidelberg. Vgl. Band I, 117 Nr. 135.

⁶⁾ 'michi' *Caesarius*.

68 (III,48). De sacerdote cum auxilio beate Marie a tonitruo et fulgore erepto.

In Polege¹⁾ villa dyocesis Treverensis sacerdos quidam parrochiam rexit,²⁾ vir secundum suam possibilitatem hospitalitatis atque castitatis satis laudandus. Qui quendam ex conversis nostris suscipiens hospicio ait illi: Ordinem vestrum plurimè diligo, quia multum michi boni contigit per eum. Anthiphonam illam gloriosam 'Salve regina'³⁾ eciam ab eo habeo, et quid michi propter illam contigerit, ad edificacionem bonam vobis enarrabo. Ad omnes horas illam ego dicere consuevi. Cum die quadam campum brevem transirem quandam visitare inclusam iuxta ecclesiam solitariam habitantem, orta sunt tonitrua tam valida, ut ictus ictui succedens et vires ambulandi michi adimerentur. Veniens tandem cum multo labore simul ac timore ad ecclesiam beate Marie, ipsam intravi et coram altari eiusdem Virginis me prosternens pro ipsa tempestate dominam nostram interpellavi. Et ecce! matrona virginei vultus magnique decoris de altari ad me veniens, cum admirare, quenam esset, illa prior me allocuta est dicens: „Quia anthiphonam 'Salve regina' libenter et frequenter decantas, nunquam tonitrua neque fulmina, quorum timore sepius affligeris, te ledent". Sicque ad altare rediens in oculis meis disparuit, et statim intellexi, quod ipsa esset clemens et pia illa et dulcis Maria. Ab illa enim hora usque hodie a predicto timore tempestatum, quo nimis afficiebar, meritis beate virginis Marie sum liberatus.

69 (III,49). De peregrino a latronibus interfecto, de cuius baculo in tumulo eius posito crevit arbor ex eius ore radicata, que in foliis habebat 'Ave Maria'.

Legitur quod quidam dimissis omnibus suis rebus ob reverenciam gloriose virginis Marie peregrinus incedebat per mundum et ecclesias beate Marie virginis et alia loca sacrata visitabat et omni hora salutabat Mariam dicendo 'Ave Maria'. Unde dum transiret per quandam locum silvestrem, ecce! quidam homicide credentes ipsum habere pe-

4 ad für secundum 2a. — 6 quia plurimum michi 2a. — 12 succederet 2a. — addiminuerentur 2b. — 13 cum magno lab. 2a. — 21 a predicto fehlt 2b.

68. Entlehnt aus Caesarius, Dial. mirac. VII 29. Ward, Cat. of romances II 630, 23.

69. Eine Abart von Caesarius, Libri mirac. II 6 (oben S. 80 f.). Musafia, Marienlegenden II 91 Nr. 84 (metrisch).

1) Vgl. Caesarius, Libri mirac. II, 38 (oben S. 122 Anm. 1).

2) 'regit' Caesarius.

3) Vgl. oben c. 50 (S. 170).

cuniam occiderunt eum et, ut scelus eorum occultaretur, prope viam quasi peregrini, qui per se moriuntur, eum sepelierunt eoque sepulto baculum cubitalem, quem portabat ipse, ad signum fixerunt in terra super corpus defuncti, sic quod intravit os ipsius. Et postea meritis
 5 gloriose virginis Marie baculus ille eradica vit in ore illius factusque est magna arbor. Homicide vero, qui hoc viderunt, penitencia ducti, graviter dolere ceperunt. Postmodum quidam magnus clericus fecit transitum suum per partes illas cum pluribus aliis. Et dum requiescerent sub umbra illius arboris, sublevantes oculos ad arborem, quia
 10 erat mire pulchritudinis, viderunt in quolibet folio scriptum 'Ave Maria' ita distincte, quod litteras omnes, qui sciebant, hic legebant manifeste. Illi admirati de tanto miraculo quieserunt ab omnibus loci illius, quod signum hoc esset. Et responderunt quod quidam peregrinus ibidem esset sepultus et de baculo inmisso suo corpori crevisset arbor
 15 illa. Clericus vero hoc audiens, cum aliis ipse effodiens terram usque ad radicem arboris; qui pervenerunt et invenerunt corpus, quod longissimo tempore iacuerat sepultum sub terra, totum fere integrum et radices arboris in ore ipsius ex corde suo radicatae. Deinde omnes, qui hoc viderunt, laudes Deo et beate Marie dederunt.

20 70 (III,50). De fratre Karoli regis, qui mulierem suam dimisit et Mariam in sponsam elegit.

Tempore Karoli regis, dum germanus eius¹⁾ sanctam Mariam diligeret et horas eius devote cantaret, ipse usus consilio parentum suorum mulieri nubere proposuit. Cum ergo missa nubencium esset
 25 celebrata, sponsus, frater Karoli regis, recordatus est, quia horas domine nostre sancte Marie ea die non legerat, ab ecclesia omnes exire coegit, sponsam suam domum remittens. Ipse vero solus in ecclesia remansit iuxta altare. Cumque horas sancte Marie decantaret, ut antea

5 factaque 2a. — 6 pen. inducti 2b. — 7 faciebat 2b. — 9 que erat 2a. — 22 Karuli 2b. — beatam M. 2a.

70. Eine Variante zum Motiv Marienbräutigam (Liber de miraculis Mariae c. 16, Pez S. 334 und ed. Crane; Ward, Cat. of romances II 609, 22). Unsere Fassung beruht auf dem Sermo de conceptione b. Mariae, fälschlich Anselm von Canterbury zugeschrieben (Migne, Patr. Lat. 159, 320); s. Mussafia, Marienlegenden I 60 (931) Nr. 2 und Poncelet, Initia mirac., Anal. Boll. XXI Nr. 1713. Magnum Spec. exemplorum S. 420. Scala celi f. 117v. Holik, Index mirac. Nr. 233 (Pelbartus, Stellarium). E. Levi, Il libro dei 50 miracoli Nr. 40 (hier ist der Vater des Marienbräutigams als König Heinrich von Ungarn bezeichnet).

¹⁾ Die Quelle hat bestimmtere (ungeschichtliche) Angaben: 'Tempore namque Caroli regis Francorum illustrissimi clericus quidam, ordine diaconus, Hungariae regis germanus'. Anscheinend waren in der Abschrift, die unserem Text zugrunde liegt, durch Ueberspringen von einem 'regis' zum anderen die Worte 'regis Francorum' bis 'Hungariae' ausgefallen.

solebat, et diceret iam hanc anthiphonam 'Ecce tu pulchra es' et cetera ¹⁾, apparuit ei sancta Maria cum duobus angelis dextram levamque suam tenentibus, dicens: "Sic ego sum pulchra et decora; quid est tibi, quod me dimittis et alienam sponsam accipis? Numquid ego sum pulchrior illa? Ubi vidisti tam pulchram, sicut ego sum?" Cui ille respondit: ⁵ "Domina mea, similitudo tua omnem pulchritudinem mundi excedit". Que illi dixit: "Si sponsam carnalem, quam desponsasti, pro meo amore dimiseris, me sponsam tuam in celesti regno habebis, et si festum mee conceptionis annuatim VI. Idus Decembris celebraveris et solempniter predicaveris celebrandum, mecum in regno unigeniti Filii mei laureatus ¹⁰ eris". Hiis dictis domina sancta Maria disparuit. Ille vero domum redire rennuens, ad quamdam abbaciam extra patriam clam perrexit et ibi se monachum fecit et post exiguum tempus meritis beate Marie ille Aquilegiensis patriarcha factus festum Conceptionis eiusdem beate Marie, quamdiu vixit, annuatim cum omni devocione ²⁾ diligenter celebravit et celebrandum cunctis predicavit ³⁾. ¹⁵

71 (III, 51). De viro, qui vigiliis beate Marie in pane et aqua ieiunavit, quem beata virgo Maria propter hoc ad penitentiam duxit.

Quidam ieiunavit vigiliis beate Marie virginis in pane et aqua. Et ²⁰ ita accidit ei, quod in conflictu quodam fuit percussus et ad mortem vulneratus et semivivus sub arbore quadam dimissus. Qui gloriosam virginem Mariam rogavit, ut eum sine penitencia mori non sineret. Et ita, intercedente beata virgine Maria pro eo ad Dominum, hic quatuor diebus supervixit et accepta penitencia statim vitam finivit. ²⁵

1 solet 2a. b.

71. Vgl. Anal. Boll. XLII (1924) 42. Reinholdt, Diss. Greifswald 1913, Nr. 34. Andere Marienmirakel, die das Fasten am Sonnabend zu Mariens Ehren betreffen, bei Etienne de Bourbon Nr. 119—124.

¹⁾ Antiphon 'Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum' (aus Cant. 1, 14), z. B. im Missale ad usum ecclesiae Westmonasteriensis ed. Legg III (a. a. O.), 1358 und in den Facsimiles of Horae de beata Maria virgine ed. Dewick (Henry Bradshaw Society Vol. XI), 1902, Sp. 4. Die Vorlage nennt eine andere Antiphon: 'Pulchra es et decora, filia Ierusalem' (vgl. Cant. 6, 3).

²⁾ Die Quelle hat 'cum propriis octavis'.

³⁾ Vermutungen über diesen Patriarchen von Aquileja erübrigen sich bei der legendenhaften Art der Erzählung. Ueber die Anfänge des Festes Mariä Empfängnis im Abendlande vgl. u. a. H. Kellner, Heortologie ³, Freiburg 1911, S. 186 ff.; E. Vacandard, Etudes de critique III, Paris 1912, S. 226 ff.; Edmund Bishop, Liturgica historica, Oxford 1918, S. 233 ff.

72 (III,52). De puero in aqua merso, quem Maria obtinuit vivum, cum ymaginem eius quasi ignoranter adoraret.

In partibus Lumbardie talis consuetudo erat in quibusdam locis, quod aliqui beate Marie ymaginem tenebant in domibus suis absconsam, quam paterfamilias et alii de domo cum reverencia devota tanquam ex consuetudine bona cottidie cum 'Ave Maria' salutabant. Et sic accidit, quod quidam puer ex ipsa consuetudine hoc ipsum faciebat et ex monicione patris ipsam ymaginem, quociens videbat, salutabat. Eratque ipse puer tam tenere etatis, ut non ex reverencia, sed tanquam ex consuetudine hoc faciebat, quod dicebatur ei a matre: „Hec est mater Domini, exhibeas ei reverenciam“. Tandem cum quadam die ille puer cum aliis coetaneis staret iuxta quoddam flumen, flumen crevit et ipsum puerum arripuit. Alii pueri hoc videntes reversi sunt ad domum, indicantes hoc parentibus suis. Et cum venissent homines illius loci ad flumen, mater pueri, cuius viscera movebantur, precurrit aliis. Et dum pervenit ad flumen, vidit puerum suum in summitate cuiusdam monticuli positum, undique ipsa aqua circumdata. Sed cum mater ad eum ire non posset, sibi flendo clamavit et dixit: „Fili, qualiter est tibi?“ Ille respondit: „Domina nostra, que est in domo, posuit me huc.“ Mater nesciens, de qua domina loqueretur; sed cum ipsa mater adhuc audiret puerum fore vivum, statim cum ingenti gaudio posuit super aquas ligna, ut cum aliis aquas transiret et puerum abhinc deferrent. Et sic mater illius et alii sui vicini, eam ad hoc iuvantes, puerum invenerunt in aqua vivum, quem acceperunt et duxerunt ad domum suam. Puero autem existente in domo, hoc omnibus audientibus a matre petivit, ut ymago absconsa in domo eis representaretur. Postquam ut puer vidit ymaginem, digito demonstrans ait: „Hec est illa domina, que extraxit me de aqua“. Mater et alii cum ea ibi existentes intellexerunt, quod virgo Maria liberavit puerum. Propter quod miraculum omnes sanctam Mariam adorantes laudaverunt Deum et matrem eius.

8 hoc idem fac. 2b. — 9 ex monitis 2b. — 18 ipso 2b. — 23 different 2b; deferret 2a. — 27 eius für eis 2b.

72. Poncelet, *Initia mirac.*, Anal. Boll. XXI Nr. 829, dazu 335. Holik, *Index mirac.* Nr. 25 (Pelbartus, *Stellarium*). Ward, *Cat. of romances* II 665, 27. Herbert, *eb.* III 564, 63. Mussafia, *Marienlegenden* I 986 Nr. 54. Scala *ce'i des Joh. Gobii iunior* f. 114r (aus einem *Mariale magnum*). *Enxemplos* Nr. 213. R. Köhler, *Kl. Schriften* II 587. Anal. Boll. XLII 285. Eine andere Version steht bereits bei Herbert, *De miraculis* III 12 (Migne, *Patr. Lat.* 185, 1364).

73 (III,53). De nobili viro, cui idcirco dyabolus in specie hominis servivit, ut eum interficeret, sed sancta virgo Maria ipsum a dyabolo liberavit.

Dyabolus in figura hominis accessit ad quendam nobilem et cepit ei servire et ipsi nobili in servicio multum bene placebat, et ita prefecit eum omnibus suis negociis. Dyabolus vero die noctuque domino suo insidiabatur, ut ipsum in mortem precipitaret corporis et anime, et suadebat ei, ut se ipsum interficeret, ut sic animam eius simul cum corpore possideret. Accidit quadam vice, quod ipse nobilis invitavit quendam sanctissimum clericum et alios, qui eum comitabantur, ad prandium. Qui allocutus est ipsum nobilem et suos, dicens quod ipse sibi et omni familie sue vellet proponere verbum Dei. Et dum impetrasset ista ab eo, omnes de familia sua ad sermonem huius sancti viri, quotquot sunt, venerunt preter demonem, qui finxit se esse infirmum. Ille vero clericus ex inspiratione divina versucias et fraudes dyaboli cognoscebat: rogavit, ut dyabolum, id est famulum infirmum, ad se in lecto ducerent. Et sic factum est. Postea demon iussus ab ipso sancto viro, ut coram omnibus, quis esset, manifestaret et quare illuc advenisset, respondit et dixit, quod esset demon, et idcirco venisset ad serviendum ipsi nobili, ut ipsum necando precipitaret, antequam ab eo discederet. Sed nobilis vir qualibet nocte sero, cum lectum suum intrabat, et qualibet die, cum mane surgebat, septem vicibus remota omni occasione et genibus flexis ob reverenciam gloriosae virginis Marie angelicam salutationem dicebat; ob hanc causam custodivit eum beata virgo Maria. Et si hoc in aliqua die et nocte dimisisset, dyabolus eum statim occidisset. Hiis omnibus auditis ille sanctus vir demoni imperavit, ut de illo loco sine aliqua lesione recederet. Quo facto, ille nobilis

4 in forma hom. 2b. — 27 aliqua fehlt 2a.

73. Poncelet, *Initia mirac.*, Anal. Boll. XXI Nr. 346, dazu 245. Ward, *Cat. of romances* II 623, 15. Petrus Caelestinus (= BHL. 5371) c. 27. *Mussafia*, *Marientlegenden* I 49 (963) Nr. 34; 73 (987) Nr. 55; II 62 (64), Nr. 3; III 33 Nr. 129. IV 8 Nr. 8. Etienne de Bourbon Nr. 129 ('Item dicitur quod quidam miles fuit, dominus cuiusdam castri in Alvernia'). Odo von Cheriton, *Hervieux* II 668 Nr. 12. *Scala celi* des Joh. Gobii iunior f. 119r. Herolt, *Prompt. mirac.* Nr. 69 (aus der *Legenda aurea*). Vinc. Bellov., *Spec. hist.* VII 101. Herbert, *Cat. of romances* III 537, 2. *Magnum Speculum exemplorum* S. 863 (aus *Leg. aurea*). Mielot Nr. 8. E. Lévi, *Il libro dei 50 miracoli* Nr. 39. Klapper, *Erzählungen des Mittelalters* Nr. 87. Gil de Zamora im *Bol. de la R. Acad. de historia* VII 15. *Exemplos* Nr. 197. Alfonso el Sabio, *cantiga* 67. R. Köhler, *Kl. Schriften* II 613. R. Wilson Tryon, *Miracles of our Lady*, *Publ. of the Mod. Langu. Assoc. of America* XXXVIII (1923), 236. De Vooy, *Middelnederl. Legenden en exempelen* S. 172. Pfeiffer, *Marientlegenden* Nr. 14. Bär, *Diss. Straßburg* 1913, S. 148 ff. *Miracoli della Madonna* Nr. 2. Gautier de Coincy (ed. Poquet) Sp. 523. Langlois, *Nouvelles fr. du 15^e siècle*, S. 38. Eine andere Fassung s. unten Nr. 98 (S. 213 f.).

ad pedes sancti viri penitendo et flendo sua crimina convolutus est et postea ad dies sue vite cum tota familia sua in servicio beate Marie est confortatus.

74 (III,54). De fure suspensio, quem sancta Maria uxori sue reddidit vivum de patibulo.

Quidam extitit gloriose virgini Marie devotus et laudabat eam, sepcies in die dicendo 'Ave Maria'. Hic accusatus est tandem apud dominum potentem de furto et homicidio et per falsos testes ita convictus est, quod suspendio adiudicatus est. Cumque duceretur ad patibulum, rogavit devote gloriosam virginem Mariam, ut eum sua pietate et misericordia iuaret, et ita suspensus est. Interea uxor istius suspensi exivit de civitate ex vituperio, quod paciebatur, eo quod esset uxor latronis et mali hominis, et venit ad virum suum et flendo dixit: „Commodo te Deo et gloriose virgini Marie. En ego recedo a te, ammodo te non visura“. Cui suspensus vir ait: „Ne recedas, sanus ego sum; nam gloriosa virgo Maria adiuvit me, et iam sunt quatuor dies, quod interim semper fuit mecum“. Mulier vero, que a viro suo hec audivit, statim currens pro episcopo loci illius et adduxit eum cum multis clericis. Et ita evidenter omnibus innotuit, quod meritis gloriose virginis Marie homo ille liberatus fuerit.

75 (III,55). De monacho, qui negligenter in ordine vixit, quem sancta Maria tactu signi sancte crucis a dolore capitis servavit.

Quidam monachus in quodam claustro constitit, qui exigente sua magna negligencia in suis serviciis, in quibus Deo servire debebat et que ipsi agere permisit, [male vixit]. Dominus vero ei tantam debilitatem capitis supermisit, quod pre dolore multociens in choro stare non potuit. Die autem quadam, dum debilitate capitis acriter turbaretur et in ecclesia beate virginis Marie ante altare caput suum super manus reclinans velut tristis et dolens sederet, caput elevavit, et dum a fratribus cantaretur 'Gloria Patri', gloriosam virginem Mariam ante altare inclinare prospexit. Quam interrogans, que esset, respondit: „Ego sum mater illius, ante quem contremiscunt demones et cui omnia

12 exibat 2b. — 14 te, nunquam te visura 2a. — 16 obtinuit (*verbesert in* adiuvit) me 2b. — 20 gloriosis 2b. — 25 debuit 2b. — 26 male vixit *fehlt* 2a.b. — 31 patri et glorios. virg. (*Mariam fehlt*) 2b.

74. Initia mirac., Anal. Boll. XXI Nr. 1383, dazu 163 u. a. Wilhelm von Malmesbury (= BHL. 5369) c. 30. Mussafia, Marienlegenden IV 20 Nr. 14.

75. Seltene Fassung. Mussafia, Marienlegenden II 85 Nr. 46. Exemplos Nr. 210. De Vooy, Middelnederl. Legenden en exempelen S. 87.

subduntur“. Cui ille: „Cur, domina mea, regina celi, sic te inclinas, cum sis mater tocius sanctitatis?“ Que respondit: „Non audisti scripturam dicentem: ‘Quanto maior es, humilia te in omnibus’ (*Eccli.* 3,20)?“ Et subiunxit hoc ei dicens: „Cum me tantam reginam inclinare conspicias, cur tu, fili, inclinare dedignaris? Negligencia tua existit causa tui doloris“. Monachus vero indulgentiam ab eo petiit, quam et accepit, et a beata virgine Maria signo crucis in fronte presso statim est sanatus. Qui monachus de ecclesia egrediens hilari vultu omnia, que viderat, per ordinem fratribus enarravit.

76 (III,56). De sacerdote, qui libencius divites infirmos propter pecuniam visitabat quam pauperes nil habentes.

In parrochia cuiusdam ecclesie erat quidam sacerdos cupidus et dives valde. Unde contigit, ut in eadem parrochia infirmaretur quidam dives et quedam vidua pauperula. Accessit autem sacerdos, ut consolaretur divitem, et veniam de peccatis suis pro pecunia habenda promittebat ei. Et ecce! nuncius vidue venit ad sacerdotem, dicens: „Pauperula illa vidua vult accipere corpus Christi“. Ut comperit, illuc ire rennuat, quod non sperabat ab ea habere pecuniam ut a divite. Accessit autem levita sacerdotis ad tugurium vidue cum corpore Christi et invenit ibi sanctam Mariam cum duodecim virginibus, habentem in manu linteolum ad abstergendum sudorem vidue in infirmitate. Cum autem sancta Maria illum vidisset, quem suis castissimis virginibus visceribus portaverat, eum toto corpore genu flexo cum illis duodecim virginibus adoravit. Unde diaconus, expleto mysterio suo, ad sacerdotem in domo divitis pervenit et ibi multitudinem demonum vidit, qui pervenerant illuc, ut animam illius divitis ad infernum portarent. Hanc vero visionem diaconus sacerdoti domino suo revelavit, et ipse amore virginis Marie bona sua pauperibus erogavit.

77 (III,57). De vidua, quam sancta Maria liberavit a peccato, quod carnaliter cum filio suo fecit.

Quedam nobilis vidua habitabat Rome et habebat unicum filium. Hec domina existit multum devota beate Marie et faciebat multa bona.

5 inspicis 2b. — existit 2a. — 18 vult habere 2a.

76. Initia mirac., Anal. Boll. XXI Nr. 828, dazu 556 u. a. Ward, Cat. of romances II 627, 11. Mussafia, Marienlegenden I 43 (957) Nr. 61 und Gautier de Coincy Nr. 11 (ed. Poquet Sp. 429). Scala celi des Joh. Gobii iunior f. 115v. Vinc. Bellov., Spec. hist. VII 96. Klapper, Erzählungen des Mittelalters Nr. 89. De Vooy, Middelned. Legenden en exemplen S. 80. Anal. Boll. XLII 284.

77. Außerordentlich beliebtes Marienmirakel und in vielen Varianten vertreten. Initia mirac., Anal. Boll. XXI Nr. 1300, dazu 47 u. a.

Hiis bonis operibus dyabolus cepit invidere et fecit eam carnaliter cum filio suo peccare; attamen illa non cessavit a servicio beate Marie virginis. Dixit intra se dyabolus, cum hoc videret: „Oportet, ut confundam eam coram omni populo“. Ac ubi accepta forma humana accessit ad senatorem, dicens se esse prophetam scientem futura predicere, et hic libenter susceptus est in curia Romana. Iste vero cum multa revelasset, tandem dixit: „Domine, domina quedam magnum peccatum commisit in urbe civitatis istius, quod indiget publica satisfaccione. Mittatis pro tali domina, que habetur et dicitur sancta: hec eciam carnaliter peccavit cum filio suo“. Quod audiens senator misit pro ea. Predicta domina cum mandatum senatoris recepisset, pretereire vero illud non audens, misit per omnes consanguineos scilicet et amicos et nullum omnino repperit, qui vellet eundo ad senatorem ei associari. Unde in multa amaritudine permanebat, nesciens, quid faceret. Cum sic tristaretur, quia nullus cum ea ire vellet, apparuit ei beata virgo Maria et dixit: „Ne timeas, sed illuc vade; ego enim personaliter associabor tibi“. Quod sic factum est. Cum autem ambe pervenissent ad curiam senatoris, videns beatam virginem Mariam palluit totus quasi mortuus. Cui senator: „Quid tibi accidit, quod sic palluisti?“ Respondit: „Ego sum confusus, quia beata virgo Maria associatur illi domine, pro qua misisti, et faciem huius virginis sustinere non valeo“. Et cum magno clamore demon ille subito disparuit. Et sic domina illa domum revertens, quam senator ire permisit, quia demoni, quod de ea dixerat, non credidit. Ipsa domina deinceps in magna reverencia sanctam Mariam habuit, quia ei associari meruit et eam a crimine liberavit.

4 Ac ut acc. 2a. — 9 Mittas 2b.

Ward, *Cat. of romances* II 627, 10; 669, 24. Jacques de Vitry (ed. Crane) Nr. 263 = Herbert, *Cat. of romances* III 22, 184. Odo von Cheriton bei Hervieux II 697 Nr. 37 = Herbert, a. a. O. 56, 107. Etienne de Bourbon Nr. 178. Vinc. Bellov., *Spec. hist.* VII 93—95; daraus Scala celi unter 'Confessio' f. 42v u. 45r; ebenso *Magnum Speculum exemplorum* S. 167. *Gesta Romanorum* (ed. Oesterley) c. 13. Bromyard, *Summa predicantium* unter 'Confessio'. Mielot, *Miracles* Nr. 53. Gautier de Coincy (ed. J. Ulrich), *Zeitschrift für roman. Philol.* VII (1882), 325. *Dit de la borgoise de Rome*, bei Jubinal, *Nouv. rec.* I 79 und Méon II 394 (Herbert, a. a. O. 345, 33). *Liber metricus* des Joh. de Garlandia s. R. Wilson Tryon, *Miracles of our Lady*, *Publ. of the Mod. Langu. Assoc. of America* XXXVIII (1923), 372. E. Levi, *Il libro dei 50 miracoli* Nr. 14. *Exemplos* Nr. 205. Alfonso el Sabio, *cantiga* 17. *Miracoli della Madonna* Nr. 54. *Bandello* II 35. Masuccio, nov. 23. Wendunmuth, *Bibl. des literar. Vereins in Stuttgart* 95, 369. Bär, *Diss. Straßburg* 1913, S. 110 ff. De Vooy, *Middelnederl. Legenden en exempelen* S. 245. *Anal. Boll.* XLII (1924), 66; 277 u. a.

78 (III,58). De duobus religiosis monachis, in qua forma post mortem abbati apparuerint.

Est quoddam monasterium, Longipontis habens vocabulum¹⁾, tenens instituta ordinis Cisterciensis, in quo erant duo iuvenes valde religiosi. Hic dum infirmarentur ad mortem, abbas habens de eorum conversacione fiduciam, precepit eis, ut secure ad Dominum pergerent et infra quatuor dies ei apparerent et statum suum sibi indicarent. Qui cum debita mortis persolvissent, infra prefixos dies ante chorum, dum celebrarentur laudes in matutinis, orta iam die, ut mos est in estate, ei apparuerunt et auditorium cum eo intraverunt. Ab abbate percepta benediccione dixerunt: „En, pater sancte, satisfaciendum est voci tue. Postquam autem de hac vita migravimus, nullam penam sustinimus et sine aliquo impedimento ante Deum venimus et hoc pro labore nostro in premium accepimus, ut divinitatem aspectu semper intueamur“. Apparuerunt autem in habitu monachali, et cuculle eorum erant aurei coloris. Erant autem hilares et leti et vultus sui erant coloris rosei. Sed unus eorum aliquantulum hilarior portabat coronam pulcherrimam in manibus suis, pulcherrimis floribus contextam, de quorum suavissimo odore abbas putabat se totum renovatum; estimabat etiam quod omnes in claustro sentirent fragranciam illorum. Abbas vero dum ab eo quereret, quid hoc significaret, quod coronam in manibus portaret, respondit, quia: „Tantam gratiam accepi a patre luminum, ut nunquam per carnale commercium polluerem corpus meum; ideo accepi hoc sertum de floribus paradisi contextum. Beata autem virgo Maria, ad cuius officium id spectat, ut capitibus virginum illud imponat, ideo hoc sertum distulit capiti meo imponere, quia ipsa vult, ut me a voto tue obediencie absolvam. Quo expleto, statim erit parata, ut me coronet hac corona“. Abbas interrogavit alium, cur talibus careret et nichil ei de statu suo sic indicaret et ubi corona eius esset. Tunc ille: „Pater sancte, licet non sim coronatus virginitatis corona, tamen contentus sum de mea gloria; bene enim mecum agitur, quia per divinam clemenciam percepi mercedem eternam“. Ab abbate hiis perauditis, hii duo petierunt ab eo licenciam. Qui rursum, de ipso benediccione accepta, redierunt ad celestia regna.

8 ante chorum, dum celebr. l. (in *fehlt*) matutinis (*verbessert aus matutinus?*) 2b. — 14 in primum 2b. — divinitatis aspectum 2a. — 22 quia inquam tantam 2b. — 26 disposuit 2a.

78. Seltenes Marienmirakel, das ich nicht weiter belegen kann.

¹⁾ Cistercienserkloster Longpont zwischen Soissons und Villers-Cotterets (dép. Aisne). Vgl. Janauschek, Orig. Cisterc. S. 22.

79 (III,59). De converso, cuius anima ut pulchra rosa in celum cum magna leticia est suscepta.

Quidam conversus ordinis Cisterciensis officium beate Marie devote persolvens ad extrema devenit. Et cum iaceret in area acri in hieme super cilicium, monachis in choro matutinas cantantibus, quidam eorum paululum obdormivit et vidit scalam ab infirmario usque ad celum erectam et dominam nostram sanctam Mariam in summo scale innixam, dicentem angelo Gabrieli: „Descende cito et rosam illam abscede et defer ad me“. Monachus enim ille, cum nesciret omnino conversum egrotare, vidit in infirmario rosam pulcherrimam crescere et totam planiciem aree replere. Cum ergo predictus angelus prescidisset et cum honore hanc sancte Marie per scalam descendendo et ascendendo deferret, tabula percussa est. Monachus evigilans occurrit ad locum et rosam querens pro rosa invenit conversum mortuum. Monachus hanc visionem suis fratribus indicavit, quomodo anima conversi quasi pulcherrima rosa in celum esset deducta.

80 (III,60). De clerico extra cimiterium sepulto, cuius corpus sancta Maria deduci fecerat ad loca sancta.

Quidam clericus in Carnotensium urbe¹⁾ degebat, qui erat levis moribus, seculi curis deditus, carnalibus desideriis admodum subiectus. Hic tamen Dei Genitricem nimis in memoria habebat et sepissime eam angelica salutacione salutabat. Qui dum, ut fertur, ab inimicis peremptus esset, scientes eum vitam satis irreligiosam duxisse, clerici ac alii sapientes decreverunt extra cimiterium eum sepeliri debere. Quod ita fecerunt: extra atrium ecclesie talem virum, ut decebat, sepelierunt. Et dum illic per dies triginta iacuisset, sancta virgo Maria, volens sui misereri, apparuit cuidam clerico, dicens ei talia: „Cur ita egistis circa

10 pulchram 2b. — 11 ang. deducisset 2b. — 13 def. cymbalum percussa 2b. — 20 Caruencium 2b.

79. Vgl. De Vooy's, Middelnerl. Legenden en exempelen S. 261.

80. Entlehnt dem Liber de miraculis Mariae c. 3 (Pez S. 310 und ed. Crane). Holik, Index mirac. Nr. 175 (Pelbartus, Stellarium). Volpertus (BHL. 5370) c. 3. Ward, Cat. of romances II 605, 9. Little, Liber exemplorum Nr. 40. Hugo von Trimberg, Solsequium (ed. Seemann) Nr. 44. Gautier de Coincy (ed. Poquet) Sp. 363. R. Wilson Tryon, Miracles of our Lady, Publ. of the Mod. Langu. Assoc. of America XXXVIII (1923), 328. De Vooy's, a. a. O. S. 106. Anal. Boll. XLII (1924) 41. Zum Motiv (außerhalb des Kirchhofs begraben) vgl. Dial. mirac. VII 58 (Räuber von Trient) u. unten S. 207 Nr. 92 (trunksüchtiger clericus, der in einer Pfütze ertrinkt).

1) Chartres.

cancellarium meum, ut poneretis eum extra cimiterium vestrum?" Cui interroganti, quisnam ille esset eius cancellarius, sancta Virgo Maria respondit: "Ille est, qui ante dies triginta a vobis extra cimiterium est sepultus, et michi devotissime serviebat et coram altari meo me sepiissime salutabat. Cito ergo ite et corpus suum de indecenti loco tollite et in atrio sancte ecclesie sacro ponite." Hec, que audierat de sancta Maria, dum ille cunctis enarraret, ammirati universi tumulum suum aperuerunt et florem pulcherrimum in ore eius invenerunt et linguam eius sanam et integram et quasi ad laudem Dei paratam. Intellexerunt itaque cuncti, quia Dei Genitrici Marie ex ore suo fecit servicium, et relato corpore eius ad cimiterium cum Dei laudibus decenter sepelierunt. Quod non solum propter eum, sed propter nos omnes etiam ipsam credamus fecisse Dei Genitricem, quatenus tam nos quam alii hoc audientes attendamus in Dei et beatissime Marie amorem.

81 (III,61). De paupere viro, qui dedit aliis elemosinas sibi datas in amore sancte Marie virginis, ut ei assisteret.

Vir quidam pauper debebat in quadam villa. Qui cum egeret stipe cotidiana, per plura loca pergebat et tam ex largicione bonorum virorum quam ex labore manuum victum acquirebat. Iste vero sanctam Mariam, prout poterat et sciebat, ex toto corde suo honorabat et etiam de elemosinis, que ei dabantur, pro eius amore pauperibus aliis sepiissime largitur. Hic ergo, dum moreretur, cepit deprecari sanctam Dei Genitricem, ut sibi misereri dignaretur et precibus suis requiem paradisi sibi largiretur. Tunc ipsa mater misericordie assistens ei dixit: "Veni, dilecte, sicut petisti, perfruaris paradisi requie." Hanc vocem audierunt plures, qui tunc in eadem domo fuerunt. Deinde statim anima eius ab angelis perducta est in paradisum.

82 (III,62). De peregrino per dyabolum ad mortem seducto, cuius animam sancta Maria precibus sancti Iacobi ad corpus iussit redire.

Dominus Hugo, abbas Cluniacensis¹⁾, solet narrare de quodam fratre sui monasterii; idem vero frater dicebatur Gerardus.

18 eg. sepe cott. 2b. — 19 larg. vir. beatorum 2b. — 28 deducta 2b. — 32 Damiacensis 2b; Hamiasensis 2a. — 33 Gerrardus 2b; Giraldus *Miracula*.

81. Aus dem Liber de miraculis Mariae c. 5 (Pez S. 313 und ed. Crane). Ward, Cat. of romances II 605, 11.

82. Aus dem Liber de miraculis Mariae c. 8 (Pez S. 319 und ed. Crane). Ward, Cat. of romances II 606, 14. Herbert, eb. III 550, 133;

¹⁾ Hugo war 1049—1109 Abt von Cluni.

Qui cum adhuc laicus esset, desideravit properare ad sancti Iacobi limen¹⁾. Preparatis itaque itineris necessariis, sub luce diei, qua iter debebat aggredi, cum sua concubina²⁾ dormivit, devictus voluptate carnis. Cumque paululum cum sociis suis in itinere processisset, antiquus
 5 hostis eum decipere cupiens, qui aliquando se transfiguravit in angelum lucis (2. Cor. 11, 14), ipse se in similitudine sancti Iacobi huic peregrino ostendit dixitque ei: "Scias, quia pro malis actibus, quos gessisti, tuam non potes salutem consequi, nisi feceris, que dixerero tibi. Abscide ergo genitalia membra tua primum et deinde interfice te ipsum, et ob
 10 hoc habebis premium eternum." At ille veraciter putans eum esse sanctum Iacobum apostolum, qui eum talia facere iuberet, arrepto ferro membra genitalia abscidit et postea per guttur suum ferrum trahens semet ipsum ad mortem vulneravit. Quem iam morti proximam audientes socii eius et iam extremum spiritum videntes trahentem, ut viderunt eum sanguine
 15 cruentatum, dimittentes eum cum festinatione fugerunt, metuentes, ne forte dicerentur vel cupiditate pecunie vel aliqua occasione peremisse eum. Cum autem fuisset ille defunctus, dyabolus rapuit animam eius, qui eum deceperat, cum suis satellitibus, se ita de preda non modicum gavissus. Nutu vero Dei, dum transirent iuxta ecclesiam sancti Petri,
 20 venit eis obviam sanctus Iacobus apostolus, assumpto secum sancto Petro, et dixit demoniace cohorti: „Cur tulistis animam peregrini mei?" Illi vero cum profferrent, quidquid de eo mali poterant, et quod ad extremum se peremisset, dixit eis sanctus Iacobus: "Sciatis vere, quia non gaudebitis amplius de eius perditione; nam sub mei specie cum deceptione fallaciarum
 25 vestrarum ipsum ignarum ad mortem duxistis, et quod fecit, michi obediens simpliciter egit. Quodsi contra hoc luctatis, eamus ad iudicium sancte Dei matris Marie." Igitur cum ob hoc ad sanctam Dei matrem venissent et, quid de hoc sibi placeret, inquirerent, ipsa Maria virgo plena pietate iudicavit animam debere ad corpus reverti et de malis, que
 30 egerat, ut posset, penitendo purgari. Sic itaque factum est: eorum meritis, sancte Marie, Petri et Iacobi apostolorum, anima ad corpus regressa est. Homo reviviscens invenisse fertur [se] sanum et tantummodo cicatricem pro signo remansisse, ubi guttur fuit defractum. Porro geni-

2 sub luce diei *fehlt* 2a. — 13 iam in extr. sp. 2a. — 14 eum in sang. 2a. — 16 dic. et cup. 2b. — 32 se *fehlt* 2a. b. — sanus 2a.

698, 81. Guibert de Nogent, De pignore sanctorum III 19 (Migne, Patr. Lat. 156, 955). Mussafia, Marienlegenden I 928; 931. Pseudo-Anselmus (Migne, Patr. Lat. 159, 337). Hugo von Trimberg, Solsequium (ed. Seemann) Nr. 50. Anal. Boll. XLII (1924) 42. Gautier de Coincy (ed. Poquet) Sp. 291. Méon, Nouv. rec. II 147. Die Fassung bei Hugo von S. Victor, De sacramentis II 16, 12 (Migne, Patr. Lat. 176, 583) ist übernommen bei Little, Liber exemplorum Nr. 59. Dieselbe Quelle nennt Scala celi des Joh. Gobii iunior unter 'Peregrinatio' f. 153r.

1) Santiago de Compostela.

2) Die Vorlage hat 'coniuge'.

talía membra, que sibi demperat, non sunt ei restituta, et nichil ibi remansit preter unum foramen parvum, per quod mingebat exigente natura. Hic ergo de morte quasi de sompno surgens, non immemor [fuit] horum beneficiorum, que divina clemencia erga se pro illo suffragio operata est, succurrente gloriosa virgine Maria et suis apostolis. Hic dum de morte erat resuscitatus, manus et lumina extollit ad etera, Deum et suos sanctos excollaudat pro beneficio sibi impenso. Sed cum ad sanctum Iacobum peregrinacionem peregisset, ad supradictum Cluniacense monasterium abiens factusque est ibi monachus. Postea multis diebus usque ad consummacionem vite sue vixit in servicio Domini et eius matris et sanctorum suorum valde devotus.

83 (III,63). De fure, quem beata virgo Maria in suspensione sustinuit vivum.

Fuit quidam nomine Ebbonus, multociens res alienas rapiebat aliorumque substancias furtim subtrahebat de illis que substancias tam se quam alios alebat. Attamen sanctam Dei Genitricem diligens venerabatur ex toto corde et dum ad latrocinandum pergeret, exorando salutabat eam devotissime. Contigit, ut quadam die res alienas furaretur et subito ab inimicis suis cum furto captus deprehenderetur. Qui dum se a reatu purgare nequiret, decretum est a iudice, ut suspensio vitam finiret. Ductus itaque ad laqueum, sine mora suspensus est. Cuius pedes dum penderent in aere, ecce! Maria, mater misericordie, sustentavit eum et venit ei in auxilium, sustentans eum illesum suis manibus per biduum. Illi, qui eum suspenderant, cum ad eum redirent et eum videntem et hilarem, quasi nichil mali patientem, ibi viderent, putantes eum non bene laqueatum, accesserunt ad eum et guttur eius gladio transfigere voluerunt. Sed beata virgine Maria eum suis manibus protigente, ei non valuerunt quidpiam nocere. Agnoscentes vero ipso referente, quod beata virgo Maria ei auxiliaretur, eum dimiserunt amore eiusdem beate virginis Marie liberum ire. Qui abiens monasterium

7 collaudabat 2a. — 9 Dunacense 2b; Dunascene 2a. — 15 Ewonus 2b; Eppo *Miracula*. — 16 subtrah. et de 2a. — 17 aliis 2b. — 20 apprehenderetur 2b; compreh. *Miracula*. — 21 sinueret für finiret 2b. — 31 libere ire 2a.

83. Aus dem Liber de miraculis Mariae c. 6 (Pez S. 315 und ed. Crane). Ward, Cat. of romances II 606, 12. Holik, Index mirac. Nr. 51 (Pelbartus, Stellarium). Etienne de Bourbon Nr. 119. Little, Liber exemplorum Nr. 42. Alphabetum narrationum. Herolt, Prompt. mirac. Nr. 5. Petrus Coelestinus c. 18. Legenda aurea c. 131, 5 (ed. Graesse, S. 592). Gautier de Coincy (ed. Poquet) Sp. 501. Méon, Nouv. rec. II 443. Exemplos Nr. 201. Bär, Diss. Straßburg 1913, S. 164. Klapper, Erzählungen des Mittelalters Nr. 169. De Vooy, Middelnederl. Legenden en exempelen S. 103. Anal. Boll. XLII (1924) 40; 45.

intravit et sancte Marie pro liberatione infinitas laudes donavit. Factus est monachus et, quamdiu ipse vixit, devotus Deo et Genitrici eius servivit.

84 (III, 64). De sacerdote, qui omni die missam
 6 de Domina nostra cantare solebat et nullam aliam
 preter illam canere seu legere sciebat.

Sacerdos quidam cuiusdam ecclesie Cantuariensis¹⁾ erat honeste vite et optimis studiis preditus, sed litterarum sciencia non plene imbutus: unam tantum missam sciebat, quam devotissime in honore
 10 Dei Genitricis omnibus diebus vite sue decantabat, hec est 'Salve sancta parens'²⁾. Ob hoc a clericis apud episcopum Cantuariensem accusatur et statim ad eum perductus corripitur. Quem episcopus interrogavit, si hoc verum sit, quod de eo dicere audiret. Et respondit universa vera esse, pro quibus esset accusatus, quia dixit aliam missam se nescire nec
 15 cantare. Episcopus autem iratus et furore commotus, dicens eum seductorem hominum, privavit eum ab officio misse. Reversus igitur presbiter ad domum suam, turbatus est propter misse privacionem. Nocte vero sequenti apparuit sancta Dei Genitrix episcopo in visione, dicens ei aliquantulum severa voce: "Ut quid meum cancellarium prohibuisti a
 20 servicio meo? Pro certo scias et noveris: nisi reddas ei officium suum, ut illud agat, sicut facere solebat, tricesimo die morieris et tu". Hac visione tremefactus episcopus surrexit concitus, mittens ad presbiterum sibi mandavit, ut veniret ad eum. Qui dum venisset, episcopus procidit ad pedes eius, petens humiliter, ut sibi indulgeret. Deinde
 25 precepit ei, ut nunquam aliam missam cantaret nisi illam, quam de sancta Maria solitus erat dicere. Quem presbiterum eciam extunc magnifice honoravit et pro Dei et sancte Marie amore, quamdiu vixit, vestivit et aluit. Hic postquam defunctus fuerat, ad vitam eternam est perductus.

8 non bene 2b. — 19 prohibuistis 2a. — 22 surr. continuo mitt. 2a.

84. Aus dem Liber de miraculis Mariae c. 9 (Pez S. 321 und ed. Crane). Ward, Cat. of romances II 607, 15; 632, 29. Petrus Damiani, De bono suffragiorum c. 3 (Migne, Patr. Lat. 145, 564). Thomas Cantiprat., De apibus II 29 § 12. Hugo von Trimberg, Solsequium (ed. Seemann) Nr. 45. Exemplos Nr. 195. Gautier de Coincy (ed. Poquet) Sp. 323. De Voovs a. a. O. S. 89. Anal. Boll. XLII (1924) 43. Vgl. auch Dial. mirac. VII 4.

¹⁾ Die Vorlage hat nur 'parochiae cuiusdam' ohne Ortsangabe; aber Caesarius a. a. O. erzählt eine ähnliche Geschichte aus der Diözese des Thomas von Canterbury.

²⁾ Marienmessen mit diesem aus Sedulius, Carmen paschale II, 63 f. (ed. Huemer, CSEL. X, 48) stammenden Introitus s. z. B. im Missale Romanum von 1474 (ed. Lippe, Henry Bradshaw Society Vol. XVII, 1899), S. 377 und 456—458.

85 (III,65). De rustico, qui vicinis suis terram arando surripiebat, cuius animam sancta Maria per pauca bona salvabat.

Vir quidam [erat] secularis rurali operi deditus et aliis mundanis rebus et studiis occupatus. Qui dum multis pravis actibus esset intentus, 5 eciam dum terram suam exararet, quantum poterat, terram vicinis suis auferebat, metas suas transgrediens, et iugeribus suis aliorum terram furtim sociabat. Hic tamen sanctam Mariam in mente habuit et eam, sicuti sciebat, devote salutabat. Sed cum iste esset mortuus, convenerunt demones, ut animam eius tollerent. Affuerunt eciam angeli, qui dicerent, 10 pauca bona ab eo licet fuerint facta, attamen pro salute eius illuc venisse. Et ceperunt demones contra hos dicere et enarrare de viro illo innumerabilia peccata. Cumque ob hoc demones exultantes putarent se vicisse, intulit unus ex angelis, quod cum devocione sanctam Mariam salutare solebat. Qui immundi spiritus hoc audientes, confestim relicta 15 hominis anima, recesserunt ab ea confusi, sicque anima illa erepta ab adversariis suis perpetuam penam evasit.

86 (III,66). De clerico, qui propter servicium, quod fecerat sancte Marie, electus est in episcopum. 20

In eadem¹⁾ civitate P a p i a fuit quidam clericus nomine I h e r o n i m u s, morum probitate valde decorus, qui sancte Dei Genitrici valde studebat placere vel salutando vel horas canendo vel multis modis ei serviendo. Accidit, ut eiusdem civitatis antistes moreretur et ecclesia sine 25 rectore maneret. Quam ob rem collecti clerici cum senioribus civitatis statuerunt triduanum ieiunium, ut ostenderet eis Deus, quem vellet episcopum fieri. Interea sancta Dei Genitrix cuidam viro apparuit et dixit: „Vade et dic populo, ut accipiant cancellarium meum et statuant eum huius urbis episcopum”. Ac ille, dum percunctaretur, quis foret eius cancellarius, sancta Maria respondit, quia vocatur Iheronimus. 30 Hic vir postquam evigilavit, ipse omnia ea, que viderat, narravit senioribus urbis. Qui requirentes ipsum cum magno honore ordina-

4 erat fehlt 2a. b. — 6 araret 2a. — 23 cantando 2b.

85. Aus dem Liber de miraculis Mariae c. 11 (Pez S. 326 und ed. Crane). Ward, Cat. of romances II 607, 17. Gautier de Coincy (ed. Poquet) Sp. 617. De Vooy's a. a. O. S. 263.

86. Aus dem Liber de miraculis Mariae c. 13 (Pez S. 329 und ed. Crane); bei Gianani (s. S. 201 Anm. 1) S. 85 Anm. 1. Ward, Cat. of romances II 603, 19. De Vooy's, a. a. O. S. 79.

¹⁾ 'eadem' ist hier ohne Sinn; anders das dadurch ersetzte 'supradicta' der Quelle, wo auch die unmittelbar vorhergehende Geschichte (c. 12) 'apud civitatem quae vocatur P a p i a' sich zugetragen haben soll.

verunt episcopum¹). Qui sancte Dei Genitrici diebus suis devote serviens, et postquam carnis debitum solvit, ad celestia regna migravit.

87 (III, 67). De scholari, quem Iudei pro cantu de sancta Maria occiderunt, quem beata Maria iterum vivificabat.

Quidam scholaris diligebat multum beatam virginem Mariam. Qui consuetus erat de ipsa cantare, quidquid dulcius invenire poterat. Qui habebat hanc consuetudinem: quociens de scolis rediens vel ad scolas veniens, tociens stare solebat ante domum unius Iudei, 'Salve regina'²) vel sequenciam 'Ave preclara'³) cantabat. Quod Iudeus supra modum egre ferens et valde iratus scholari pro tali re durius arguebat et sepius increpabat, rogans puerum, ut a domo sua recederet et cantum consuetum dimitteret. Quod omnino recusans sepius cantum 'Salve regina' cum 'Ave Maria' iterabat. Tempore parvo transacto, dum scholares eiam hieme in crepusculo noctis de schola venientes et ad propria tecta regredientes, scholaris ille solus domum vadens et socios suos deserens ante domum prefati Iudei transiens stetit et more solito cum magna leticia cepit cantare 'Salve regina' cum sequencia 'Ave preclara'. Iudeus vero ad iram provocatus domo exiens, scholarem accipiens et cum amicis suis hunc puerum interficere volens. Qui Iudeus collum pueri ita stringens in capcione, quod puer clamare non potuit.

1 diebus suis de nocte serviens 2b. — 21 non poterat 2b.

87. Initia mirac., Anal. Boll. XXI Nr. 299; 1507. Ward, Cat. of romances II 656, 3; 697, 13. Mussafia, Marienlegenden I 70 (984) Nr. 28; III 11 Nr. 13; Ueber Gautier de Coincy S. 55. Thomas Cantiprat., De apibus II 29 § 13. Publ. of the Mod. Langu. Assoc. of America XXXVIII, 335. Chaucer's Prioress Tale s. C. Brown, Chaucer Soc. Publ., ser. II Nr. 45 (1910). Mielot Nr. 19. Klapper, Erzählungen des Mittelalters Nr. 83. Child, Popular ballads V (1888), 233. De Vooy's a. a. O. S. 210. Anal. Boll. XLII (1924) 280.

¹) Bischof Hieronymus von Pavia schickte 769 zwei Vertreter zum Römischen Konzil (MG. Concilia II, 75, 23. 80, 16); Neuere setzen also seine Bischofszeit zu spät auf 778—787. Vgl. Sollerius, Acta sanctorum Julii V, 321 ff.; E. Munding, Königsbrief Karls d. Gr. an Papst Hadrian (Texte und Arbeiten her. durch die Erzabtei Beuron I, 6), 1920, S. 24 f.; Fedele Savio, Gli antichi vescovi d'Italia, La Lombardia, Parte II, Vol. II, Bergamo 1932, S. 374 ff. Er lag in der Kirche S. Maria in Pertica begraben und war durch König Desiderius (757—774) Bischof geworden nach dem Liber de laudibus civitatis Ticinensis des Opicino de Canistris (vgl. zuletzt MG. SS. XXX, 2, S. 1448 Anm. 9) von 1330, der sich im übrigen nur auf den auch oben ausgeschriebenen 'Liber de miraculis sanctae Mariae virginis' beruft (ed. R. Maiocchi und F. Quintavalle in der Neubearbeitung der Rerum Italicarum scriptores XI, 1, 1903, S. 12, vgl. eb. S. 3, 5 und die Verzeichnisse der Kirchen und Bischöfe S. 56, 31 und 62, 28; Faustino Gianani, Opicino de Canistris I "Anonimo Ticinese", Pavia 1927, S. 85, vgl. S. 76). Als sein Todestag galt der 22. Juli.

²) Vgl. oben S. 171 Anm. 1.

³) Eb. S. 185 Anm. 1.

Iudei vero in vicino commorantes ad domum prefati Iudei convolantes, consilium inierunt, quomodo puerum interficere possent. Qui puerum accipientes et in secreto loco super tabulam postea eum posuerunt et cum funibus eum ligaverunt, dicentes ei, si cessare vellet a cantu consueto, ipsum non interficerent. Puer irridens dixit omnibus, quod, quamdiu viveret, a cantu de beata virgine Maria cessare non posset. Et hoc eciam Iudeis dixit, quod, si possibile esset, quod omnia membra sua verterentur in linguas, matrem misericordie vellet cum cantu laudare. Iudei hoc audientes, furore commoti, linguam suam absciderunt et omnia membra ipsius diviserunt, corpus vero suum, ubi equi stare solebant, ibi sub fimo id sepelierunt. Hoc facto, mater vero pueri de mane ad scholas veniens, puerum suum requirens; magister vero cum scholaribus ei responderunt se nichil de puero scire. Tandem unus scholaris dixit, quod omni fere nocte stare solebat ante ianuam unius Iudei et ibi 'Salve regina' cum 'Ave Maria' solitus cantare. Tunc magister cepit cogitare, quod Iudei puerum interemissent. Statim sine mora ad iudicem et ad consiliarios aggrediens et eis mentionem de puero faciens. Qui statim omnes ad domum Iudei euntes, ei de puero, quomodo ad ianuam suam omni nocte 'Salve regina' cum 'Ave Maria' cantare consuetus erat, mencionem facientes. Iudei vero cum iuramento de puero se excusabant. Illi vero verbis Iudeorum non credentes, domum intrant et diligenter investigant, scholares vero cum civibus civitatis puerum adclamabant. Puer vero sub fimo illis respondebat. Illi vero statim puerum extraxerunt et in vultu roseo quasi inter lilia bene redolencia eum sedentem invenerunt. Post hoc vero puer recitavit eis per ordinem, quomodo beata virgo Maria eum custodivit et ipsum in omnibus membris suis sanavit et a periculo mortis liberavit. Iudei vero de tanto miraculo stupefacti, omnes sunt baptizati et ad fidem Christi conversi, gracias egerunt Deo et beatam virginem Mariam cum magno tripudio de sua misericordia laudaverunt.

88 (III,68). De famoso latrone, qui in die sabbati in honore Marie a malis quievit et per hoc vitam eternam invenit.

In vicinia civitatis Tridentine, sicut michi retulit quidam abbas, latro pre aliis nominatus versabatur, a quo multi depredabantur, et qui se defendere ab eo voluerunt nec potuerunt, occidebantur. Hic dum die quadam monachum quendam ordinis nostri habuit, sperans quod pecuniam portaret, ait: "Nisi voluntarie sequeris me, occidam te". Quem cum monachus sequeretur et quereret in via, quis esset vel quid operis haberet,

9 furore repleti 2b. — 34 civitate Credentine 2b. — 37 ord. mei cepisset, sperans 2a.

88. Aus Caesarius, Dial. mirac. VII 56.

respondit ille: "Ego sum latro ille famosus", nomen suum exprimens ei. Cui cum monachus diceret: "Iam incipitis canescere, et non timetis anime vestre?" respondit ille: "Non plus quam pecus". Et tacuit monachus. Veniens in speluncam eius, ait intra se: "Si posses hominem hunc con-

5 vertere, magnum Deo prestares obsequium", dixitque ad latronem: "Si licet michi aliquid interrogare vos?" Respondente illo: "Licet", monachus subiunxit: "Qualiter exstitit vita vestra a principio?" Respondit ille: „Pessima. Quando puer eram, cum omnibus coetaneis meis contendebam; factus adolescens, furtis operam dedi; deinde in virum proficiens, latro-

10 cinia exercui, in quibus adeo profeci, ut hodie et magister et caput sim omnium latronum huius provincie". Ad quem monachus: "Numquid time- tis penas aeternas hiis malis operibus vobis preparatas?" Dicente illo: "De anima mea nullam michi spero salutem, eo quod perdita est", monachus hoc modo respondit: "Quodsi possem vobis ostendere viam

15 salutis, velletis michi acquiescere?" „Cur non", ait latro, "et vobis consentirem?" Tunc monachus dixit: „Iniungo vobis pro omnibus peccatis vestris ieiunare per unum diem in ebdomada in honore sancte Dei Genitricis Marie, scilicet die sabbati, et nullum in illa die ledatis, et sciatis pro certo, quod ipsa virgo Maria apud Filium suum gratiam

20 vobis obtinebit". Respondit latro: "Hoc re vera faciam et iam hinc sancte Marie id voveo, ut non nisi semel eo die comedam, nullum de- predabor, nullum ledam". Hiis dictis monachum dimisit et omnia, que ipse sancte Marie voverat, perfecit elegitque diem sabbati, nullum in illo die malum operans, immo plurimos a sociorum manibus depre- dandos ob honorem beate verginis Marie liberans et eripiens. Eodem

25 tempore Tridentinenses cum ab hostibus per circuitum infesta- rentur, exeuntes quidam satellites civitatis, ut iam predictos deprehen- derent. Sed cum hostes die sabbati insequerentur, iam dictum latronem propter sabbatum cum ceteris ceperunt. Qui cum esset fortissimus, non

30 se defendebat, cum caperetur, non se excusabat nec loqui voluit interro- gatus, cum duceretur. Veniens in civitatem, mox ut cognitus est, patibulo est adiudicatus. Nutu tamen, ut creditur, beate virginis Marie super pulchritudinem corporis eius iudices moti, in hoc convenerunt, ut provin- cia abiurata viveret. Quod cum ille abnueret et diceret: "Non faciam;

35 melius est enim, quod peccata mea hic luam quam in futuro", responde- runt: "Sine tamen, ut decolleris." "Non curo, qualis sit pena, dummodo occidar". Ac illi: "Vis, ut vocetur tibi sacerdos?" Respondit: "Non est necesse; omnes enim Christiani estis, omnibus vobis omnia peccata mea confiteor". Quod cum fecisset cum magna contricione, nullum se bonum

40 unquam fecisse testabatur preter id ieiunium, quod a monacho didicerat. Sicque extra civitatem decollatus est et in eodem loco sepultus. Nocte eadem vigiles portarum circa eius tumulum luminaria multa ardere cernentes; viderunt enim ibi quinque matronas corpus suum effodientes et

9 deinde iuventutem perficiens 2a. — 27 abeuntes 2b. — 34 obiurata veniret 2b.

caput corpori adaptantes posuerunt illud in feretro, mire texture purpura superiecta. Ex quibus matronis quatuor singulas candelas in manibus ardentibus habentes, per quatuor partes feretrum tollentes, quintaque matrona clarissima omnium erat. Qua cum candela clarissima alias sequente, usque ad portam civitatis venerunt, ibi corpus deponentes. 5 Custodes civitatis ista videntes timuerunt, putantes phantasmata esse. Quibus illa pulchra domina dicebat: „Dicite episcopo vestro, ut capellanium meum a vobis decollatum in tali loco et ubi ego volo et eum decet requiescere, honorifice sepeliat”, minas addens, si mandatum eius neglexerint. Et hec domina nominavit se Mariam. Qui gaudentes de hoc miraculo negocium eius adimplere promiserunt. Mane facto cum episcopo ista nunciata fuissent, hic cum clero et populo exiens ad locum pervenit et purpuram feretro deposuit, caput precisum corpori unitum videns expavit, texturam purpuream humanum artificium excedentem ammiratus, relatis credit hominemque cum timore et honore maximo non ut latronem, sed sicut Christi martirem in loco designato sepelivit. Ab illo tempore usque ad hodie aut ultra vix aliquis in illa provincia invenitur, qui eiusdem latronis exemplo die sabbati in honore domine nostre sancte Marie non ieiunet. 10 15

89 (III,69). De medico, cui sancta Maria de suo electuario non donavit, nisi dum medicamentis suis cessavit. 20

Fuit in ordine nostro quidam phisicus, magis habitu quam actu monachus, occasione medicine per provincias discurrens et vix unquam nisi in precipuis festivitibus ad monasterium revertens. In quadam sancte Dei Genitricis sollempnitate, cum nocte in choro staret cum aliis ad psallendum, ipsa beatissima virgo Maria multa claritate circumfulsa chorum, ipso monacho vidente, intravit, psallentes circumivit et de pixide, quam in manu portabat, electuarium per coclear hauriens singulis monachis in os mittebat. Ad ipsum monachum, qui fuit medicus, veniens, cum pertransiret eum et diceret: „Tu de meo electuario non indiges, quia medicus es et plurimas tibi impendis consolaciones”, iste tristis transeuntem Dominam sequebatur oculis, culpam recognoscens. Ab illo enim tempore non nisi per obedienciam coactus de monasterio egredi consensit, omnes corporales consolaciones sibi temperavit. In proxima sua sollempnitate domina nostra sancta Maria predicto modo famulos suos visitans, postquam ad medicum venit, gradum fixit et ait: „Quia te 25 30 35

13 precisum 2a; preciosum 2b. — 24 mon. accione medic. 2b. — 25 prec. sollempnitatibus 2a. — 30 qui fuerat 2b. — 35 omes (!) corporales consolacionis sibi 2b; ab omnibus corporalis consolacionis medicamentis sibi 2a.

89. Aus Caesarius, Dial. mirac. VII 47. Das weibliche Gegenstück s. oben Nr. 52 (S. 172).

emendasti, tuis medicamentis mea preferens, ecce! de meo electuario sicut ceteris tibi impercior". De quo ut gustavit, mox tantum dulcedinis ac devocionis concepit, ut deinceps stabilis in congregacione monachorum maneret, et eciam omnia carnis commoda tanquam stercora reputavit. —

- 5 Electuarium istud per gratiam devocionis intelligitur, cuius virtute monachi psallentes confortantur, cuius dulcedine labor vigiliarum vertitur in delicias. Huius species aromatice sunt memoria compunctiva Dominice conceptionis et nativitatis et reliquorum sacramentorum Christi, que omnia melliflua sub spe future retribucionis condiuntur et meritis beate
10 Marie virginis psallentibus infunduntur.

90 (III,70). De Christiano, cui Iudeus pecuniam accommodatam sub fideiussione virginis sancte Marie credidit.

- Contigit, quod quidam negociator in Constantinopoli civitate nomine Theodorus, vir non modicum diligens iusticiam et
15 veritatem, ad magnam deveniret inopiam. Et necessitate compulsus confugit ad quendam Iudeum nomine Abraham, ab eo flebiliter postulans, ut sibi accommodaret pecuniam, et addidit: „Ego Christianus sum, dabo tibi fideiussorem sanctam Mariam eiusque ymaginem in ligno
20 depictam, ut die statuto sine mora et absque fraude pecuniam, quam michi prestabis, tibi reddam“. Acquievit ille Iudeus illis petitionibus suis, vadimonio satis contentus, quia sciebat sanctam Mariam post Deum primam esse spem Christianorum. Ipse vero Theodorus, accepta pecunia, in Alexandria navigavit atque ibi anno integro commo-
25 rans incredibiles divicias recuperavit. Cumque instaret dies, quo pecunia a Iudeo accepta ei restitui deberet nec ipse tunc aliquo modo posset ad partes suas redire, nisi vellet naufragio deperire, posuit in cistam vimineam, ferreis laminis et bitumine colligatam, totam pecuniam, quam a Iudeo acceperat, atque scriptum huic pecunie annulo
30 suo sigillatum apposuit: „Amice Abraham, accipe pecuniam, quam michi accommodasti“. O miranda viri fides! nam illa nocte, cum dies

16 verit. et magnam 2b. — 20 more 2a.b. — 25 div. comparavit 2b.

90. Abweichend von der Fassung im Liber de miraculis Mariae c. 33 (Pez S. 377 und ed. Crane); entspricht eher Ward, Cat. of romances II 638, 10; 677, 14 = Initia mirac., Anal. Boll. XXI Nr. 237. Zur Stoffgeschichte vgl. außer Johannes monachus, De miraculis (ed. Huber) Nr. 1 auch Revue des trad. pop. IX (1894), 14; Basset, Récits égyptiens des 1001 Nuits (Bibl. de la Fac. des lettres de Liège, fasc. 6, 1899, S. 78); Anal. Boll. XLII (1924) 53; Hugo von Trimberg, Solsequium (ed. Seemann) Nr. 40; Hofmeister, Münchener Museum IV (1924), 133 und Literar. Zentralblatt 1916, 996; De Vooy's a. a. O. S. 220; R. Wilson Tryon, Miracles of our Lady, Publ. of the Mod. Langu. Assoc. of America XXXVIII (1923), 337; Gautier de Coincy (ed. Poquet) Sp. 543.

ad reddendam Iudeo pecuniam in crastino fuisset constitutus, cistam cum auro mari committit, multum rogans sanctam Mariam, ne se-
 vicia fluctuum istam cistam infringeret, sed ipsam sue regionis litori
 Constantinopolitano ad statutum diem applicaret. Affuit beata virgo
 Maria eius precibus atque una nocte per tanta maris spacia ad litus
 predictum cistam integram cum pecunia transtulit. Surgens Iudeus
 mane sollicitus de pecunia pervenit ad litus, si forte aliquam navem
 posset videre venientem de Allexandria. Et ecce! vidit inter undas fluc-
 tuum cistam cum dicta pecunia. Quam accipiens et aperiens, legit titu-
 lum et recepit totam pecuniam, quam Theodorus accommodaverat. 10
 Sed quia neminem vidit, avide rapuit atque domum currens, nullo
 sciente, sub omnibus thesauris suis in familiari quadam archa hanc
 cistulam cum pecunia occultabat. Non multo post tempore rediit
 Christianus, et exegit ab eo debitum Iudeus. Ne ergo ista in iudicium
 deducerentur, decretum est arbitrio iudicum, ut Iudeus ante fideiusso-
 rem, beate Marie virginis ymaginem, iuraret se nullo modo pecuniam 15
 recepisse. Quod cum Iudeus coram omnibus faceret, qui olim sub
 Balaam asinam fecit loqui (*Num. 22,28*), tunc dedit sermonem
 ymagini, que sic arguit Iudeum, dicens ei: „Mentiris, quoniam cistam
 habes, quam in litore inventam clam, eciam uxore tua nescia, sub
 opibus tuis abscondisti“. Convincitur ergo Iudeus atque coram om-
 nibus rei veritatem manifestat fierique se Christianum postulat. Re-
 fugit ergo ab illo die in urbe Iudeorum fervor indomitus auctaque est
 ibi Christianorum modestia. Unde in multimodis divinis laudibus bene-
 dicitur ‘Deus, qui facit mirabilia solus’ (*Ps. 71,18*). 25

91 (III,71). De milite, ex cuius ore post mortem
 crevit lilium, habens ‘Ave Maria’ in foliis suis
 scriptum.

Miles quidam seculo renuncians ordinem Cisterciensem intra-
 vit. Et quia litteras nescivit et nobilis erat, dederunt ei magistrum, 30
 ut, aliquantulum in litteris instructus, non conversus, sed monachus
 permaneret. Cum autem diu sub magistro fuisset [et] nichil preter
 hec duo verba ‘Ave Maria’ discere potuisset, hec ipsa tam avide re-
 tinuit et tam devote habuit, ut, quocumque ambularet, ea incessanter
 diceret. Post mortem autem eius quidam conversus per cimiterium 35
 ambulans fortuito ad sepulchrum eius venit. Et ecce! vidit lilium ad
 sepulchrum illius nascens et litteris exterius conscriptum, miratur
 autem de lilio, sed plus de litteris. Convocavit ergo monachos et, que
 reperierat et viderat, eis ostendit. Illi vero accedentes invenerunt in illo
 lilio scripta illa duo verba ‘Ave Maria’. Audiens hoc abbas accessit, 40

17 omn. fateatur 2b. — 32 et fehlt 2a.b. — 37 descriptum 2b.

91. Vgl. Caesarius, Libri mirac. II 6 (oben S. 80 f.).

et cum propriis oculis hec verba probasset, adduxit ad locum quandam episcopum, qui tunc ibi aderat. Cum autem terram de tumulo effodi precepisset, inventum est in corpore eius, quod radix lilii de ore predicti defuncti procederet. Et tunc episcopus interrogans monachos, quis
 8 et qualis ipse fuisset, sed intellexit ab eis, quod conversus esset et illa duo verba 'Ave Maria' solummodo didicisset et per ea salvatus esset.

92 (III,72). De clerico in campo sepeliri adiudicato, qui per miraculum sancte Marie in eo ostensum in cimiterio est sepultus.

10 Cum quidam clericus gloriose virgini Marie devotus quadam vice instructu dyaboli ebrietate esset interceptus et ad propria vellet redire, cecidit in quandam foveam aque et ibi submersus exspiravit. Cumque res gesta manifestaretur, episcopus decrevit, ut ille, qui subita morte periit, in cimiterio non reciperetur. Igitur cum super id dubitaretur,
 15 ecce! gloriosum contigit miraculum; nam cum corpus defuncti de fovea extraheretur, vultus eius nullum omnino signum mortis in se habens, sed roseo colore invenitur et pellicula eius lingue de ore suo dependens, modo in ea scriptum erat 'Ave Maria gracia plena'. Obstupescunt omnes hec videntes et ad iussum episcopi corpus cum honore in sepulchro
 20 sanctorum reconditur. Hec ibi fiebant ad honorem gloriose virginis Marie et ad excitationem fidei in populis circumstantibus et universe plebis.

93 (III,73). De virtuoso solitario, qui ab angelo percepit, quare audiret singulis annis cantum
 25 in nocte nativitatis beate Marie virginis.

Quidam solitarius in eminentia virtutum preclarus, cum frequenter singulis annis in nocte nativitatis Dei Genitricis armoniam celestem

2 de cumulo recepisset 2b.

92. Vgl. oben Nr. 80 (S. 195). Ward, Cat. of romances II 605, 9. Mussafia, Marienlegenden II 25 (27) Nr. 51; 42 (44) Nr. 3.

93. Initia mirac., Anal. Boll. XXI Nr. 1509, dazu 713. Ward, Cat. of romances II 633, 32; 653, 17; 677, 4. Mussafia, Marienlegenden III 36 Nr. 107; IV 5 Nr. 2. Honorius Augustodunensis, Gemma animae III, 166 (Migne, Patr. Lat. 172, 690); vgl. desselben Sacramentarium c. 45 (eb. Sp. 769) und Speculum ecclesiae (eb. Sp. 1001). Etienne de Bourbon Nr. 107 aus Joh. Beleth, Rationale divinatorum officiorum c. 149 (Migne, Patr. Lat. 202, 152). Vinc. Bellov., Spec. hist. VII 119. Martinus Polonus, Prompt. exempl. Nr. 14. Liber metricus des Joh. de Garlandia, vgl. R. Wilson Tryon, Miracles of Our Lady, Publ. of the Mod. Langu. Assoc. of America XXXVIII (1923), 371. Pfeiffer, Marienlegenden Nr. 1. Unser Text stimmt mit dem bei Little, Liber exemplorum Nr. 35, der zu Beleth gehört, überein, steht aber teilweise Honorius näher.

audiret, devotissimis precibus impetravit a Deo sibi ostendi, qualiter et quare in tali tempore semper celestis armonia auribus eius insonaret. Unde angelus Dei astitit ei, dicens: "Non mireris, o devota anima, talem melodiam te audisse in celesti patria, quia virgo Maria perpetua, que Dominum genuit, hac nocte nata fuit. Quod festum licet ab hominibus ignoretur, ab angelis tamen in celis celebre habetur. Manifesta ergo, que audisti et vidisti, filiis ecclesie, ut concordés fiant in hac celebracione celestis curie". Hec cum dixisset angelus, statim ex oculis eius evanuit. Ipse vero, ut preceperat ei angelus, revelacionem sibi ostensam omnibus manifestavit. Et extunc ecclesia catholica Nativitatem beate virginis Marie celebrari constituit ad laudem ipsius, qui de ipsa carnem assumpsit¹⁾.

94 (III,74). De festo Purificacionis Marie, qualiter est ab hominibus inventum et a domino papa institutum.

Iulianus imperator²⁾, cum cepisset prius esse humanus et catholicus, postea factus est hereticus crudelis et ita inhumanus, quod, ut creditur, propter eius perfidiam et crudelitatem tellus emarcuit, seges modica et quasi nulla crevit, inedia atque fames magna invaluit. Unde immensa hominum plenitudo subita morte cecidit. Homines cum se haberent excogitatum, quod se voverent, voces [elevaverunt] in reginam matrem, in qua continetur tribulacionum singulare et commune refugium. Statim hiis indeficiens remedium a Maria datur. Dum ergo ymago beate Virginis portaretur per civitatem, ubicumque advenerat, meritis et precibus gloriose virginis Marie fugiebat omnis infirmitas et messis rediit atque sterilitas cessavit. Tunc statuerunt sibi festum Purificacionis beate virginis Marie, per quam liberati sunt et purificati ab omni clade. Quod festum nunquam ante fuerat factum, istud tunc primum inventum et statutum est ad celebrandum. Eadem die etiam cerei ardentés in manibus portantur. Quod inventum est ab antiquo more, quia in tali tempore conserverunt Romani totam civitatem Rome cum facibus et cereis illuminare more gentilium, et quia Christiani primo fuerunt de gentilibus conversi. Propter hoc Sere-

21 elevaverunt *fehlt* 2a. b. — 32 illustrare 2a. — 33 Seretenus 2b.

94. Initia mirac., Anal. Boll. XXI Nr. 920. Mussafia, Marienlegenden II 27 Nr. 50 ('Iustinianus'); 46 Nr. 17 ('Iulianus imperator'); IV 5 Nr. 1. Ward, Cat. of romances II 638, 5. Little, Liber exemplorum Nr. 36 und 37. Neuhaus, Adgarlegenden S. 220. Anal. Boll. XLII (1924), 280.

¹⁾ Ueber das Fest Mariä Geburt (8. September) und seine allmählich erfolgte Verbreitung vgl. z. B. H. Kellner, Heortologie³ (1911) S. 174 f.

²⁾ Julianus Apostata (361—363). Das Legendenhafte der folgenden Erzählung bedarf keiner Hervorhebung.

tinus papa¹⁾ hanc enormem consuetudinem mutavit in melius, ita ut in eodem tempore omnes Christiani processionem facerent et cereos ardentem in manibus haberent in memoriam presentati domini nostri Ihesu Christi in templo, et hoc pro signo, quod in candela est ignis²⁾,
 5 lumen et cera. Cera significat Christi virgineam carnem, que nata est de Maria virgine sine corrupcione, sicut apes gignit ceram sine commixtione. Lumen significat animam in carne latitantem, ut lumen latitat in cera. Ignis vero vel lumen significat deitatem: ut ignis lucet, ita divina lux fidelem animam illuminat, 'quia Deus noster ignis consumens est'
 10 (*Deut.* 4,24). Sicut ergo beata virgo Maria obtulit Christum, in quo est deitas, anima et caro, ita nos debemus fidem Christi incarnationis in manibus et in operibus bonis demonstrare. Que fides optime per candelam ardentem videtur exprimi.

95 (III,75). De clerico, qui sancte Marie tam
 15 devote servivit, quod angelus ei celestia gaudia ostendit et virgo Maria dedit ei ad sugendum ubera, ut sanus fieret.

Quidam clericus erat in inferioribus partibus, cui cottidie crescebat studium beate virgini Marie deservire. In omnibus moribus erat pre-

95. Nicht aus dem Liber de miraculis Mariae c. 30 (Pez S. 367 und ed. Crane), wozu Ward, *Cat. of romances* II 613,32 und 647,30. Entspricht auch weder Nr. 184 noch 540 der *Initia mirac.*, *Anal. Boll.*

¹⁾ Gemeint ist Papst Sergius I. (687—701), von dem der Liber Pontificalis (ed. Duchesne I, 376 mit S. 381 Anm. 43; ed. Mommsen S. 215; *Vita Sergii* c. 14) berichtet: 'Constituit autem, ut diebus adnuntiationis Domini, dormitionis et nativitatis sanctae Dei genetricis semperque virginis Mariae ac sancti Symeonis, quod Ypapanti Greci appellant (Purificatio Mariae, Lichtmeß, am 2. Februar) letania exeat a sancto Hadriano et ad sanctam Mariam populus occurrat'. Unmittelbar ist oben vielleicht die *Legenda aurea* c. 37 (ed. Graesse S. 163 f.) oder eine gemeinsame Quelle benutzt: 'Quare autem ecclesia hoc ordinaverit, ut scilicet in hac die candelae accensae in manibus portentur, possunt assignari quattuor rationes. Primo propter removendam erroneam consuetudinem. Romani enim olim in calendis Februarii — Urbem de quinto in quintum annum cum cereis et facibus tota nocte illustrabant. — Ideoque Sergius papa hanc consuetudinem in melius commutavit, ut scilicet Christiani ad honorem sanctae matris Domini omni anno in hac die totum mundum cum accensis candelis et benedictis cereis illustrarent'. Vgl. über das Fest nach Usener, *Baumstark* u. a. Kellner a. a. O.³ S. 132 ff.; E. Michelsen, *Zur Entstehung und Geschichte des Lichtmeßfestes* (Festgabe für Richard Haupt, Kiel 1922, S. 149—196); D. De Bruyne, *L'origine des processions de la Chandeleur et des Rogations* (*Revue Bénédictine* 34, 1922, S. 14—26).

²⁾ Das Folgende = *Legenda aurea*, a. a. O. S. 164 f. (für 'lumen' steht 'lychnus'; vgl. Johannes Beeth, *Rationale div. off.* c. 81 = Migne, *Patr. Lat.* 202, 86 f. und Sicard, *Mitrale* V, 11 = eb. 213, 243 f.).

clarus, ita ut omnes invitaret ad ammiracionem et episcopum ad specialem eius dileccionem. Cum autem ille clericus esset 'lucerna Deo ardens et lucens' (*Ioh. 5,35*) et exemplum bonum ad imitandum, quod omnibus daret, tanquam alter Iob (*vgl. Iob 2,7*) gravi ulceris morbo in carne dicitur percussus, quod inter os et labia ceperunt nigrescere et fetere in tantum, quod eciam omnes gravabantur ipsum visitare. Igitur cum sic infirmaretur, ductus est ab angelo ad loca amenissima, que parata sibi dixit esse pro labore suo. Et tot ibi flores diversos mirabilis pulchritudinis et odoris vidit, quot versus cottidie in horis beate Virginis Marie cantabat. Tandem ducit eum ad quendam mirabilem locum, totum aureum et lapidibus preciosis super omnia humane mentis ingenia excellentem et pulchrum. Et cum illuc ingrederetur, vidit ibi reginam celi et angelorum dominam ultra omnem estimacionem radiantem. Que ipsum ad se ipsam vocans, eum amplectitur et fovet, ut mater filium suum, et prebuit ei ubera sua, dicens: „Suge, dilecte mi, ex hiis, unde suxit meus filius Salvator mundi Christus, quia non sunt tua labia digna, ut diucius infirmetur, que tocies studuerunt verba prophetica proferre“. Et statim sanus factus est integerrime et fetor eius in odorem suavissimum est conversus. Qui odor totam domum, in qua infirmabatur, ineffabili suavitate replevit, unde quasi novus homo omnibus apparuit. Quod cum audiret episcopus, ad eum accessit. Cui clericus visionem quando narrasset, gracias agens Deo Domino, post hoc statim clericus, episcopo vidente, Deo reddidit spiritum, pergens ad illam ineffabilem gloriam, quam ei promisit mater regis glorie.

96 (III,76). De milite, cui dyabolus pro uxore sua divicias reddidit, que per gloriosam virginem Mariam a dyabolo est erepta, dum corpus eius virgo induit.

Miles quidam erat dives valde et potens. Qui dum omnia bona sua indiscreta liberalitate dispergeret, ad tantam devenit inopiam, ut, qui

6 ingravabantur 2b. — 11 hum. gentis 2a. — 30 indiscrete 2a.

XXI, gehört eher zu Mussafia, Marienlegenden II 31 Nr. 72 ('Contigit in superioribus partibus Europe quendam clericum extitisse') und III 5 Nr. 12 (metrisch). R. Wilson Tryon, *Miracles of Our Lady*, Publ. of the Mod. Langu. Assoc. of America XXXVIII (1923), 338. Ward, a. a. O. II 636, 1. Zur Stoffgeschichte vgl. ferner Anal. Boll. XLII 40. Gil de Zamora, Bol. de la R. Acad. de Historia VII 110. Gautier de Coincy (ed. Poquet) Sp. 341. Herolt, *Prompt. mirac.* Nr. 32. Crane in *Romanic Review* II 253. De Vooy, a. a. O. S. 87. Ueber Marienmilch für Bischof Fulbert von Chartres (1006—28) vgl. Ward, a. a. O. II 637, 2, dazu Little, *Liber exemplorum* Nr. 9.

96. Aus der *Legenda aurea* c. 119 § 3 (ed. Graesse S. 513 f.). Ward, *Cat. of romances* II 661, 4. Mussafia, *Marienlegenden* II 65 Nr. 3. *Scala celi* des Joh. Gobii junior unter 'Mulier' f. 134v. Wright, *Latin stories* Nr. 29. R. Wilson Tryon, *Miracles of Our Lady*, Publ. of the Mod. Langu.

consuevit magna tribuere, iam inciperet minimis indigere. Habebat autem pudicissimam uxorem et beate Marie valde devotam. Appropinquante autem quadam sollempnitate, in qua predictus miles multa donaria consueverat elargiri, cum iam non haberet, quod tribueret, nimia confusione et verecundia ductus, quousque predicta sollempnitas transiret, desertum locum, meroris amicum, petiit, ut fortune sue incommoda plangeret et verecundiam evitaret. Et ecce! subito quidam equus valde terribilis, terribilem habens sessorem, ad eum accessit. Cuius sessor eum alloquitur et causam tante tristitiae ab eo sciscitatur. Cui cum omnia, que sibi con-
 10 tingerant, per ordinem enarrasset, ait ille: "Si michi in modico obtemperare volueris, magis quam ante gloria et divitiis habundabis". Spondet ille principi tenebrarum, quidquid iusserit, libenter se facturum, dummodo sibi impleat, que promittit. Et ille: "Ecce! perges in domum tuam et in tali loco requires et ibidem tot auri et argenti pondera et tot lapides
 15 preciosos invenies, quot habere volueris. Sed dum ista bona a me tibi tradita sunt, ad placitum tuum habeas et possideas, volo. Michi autem hoc facies, ut huc uxorem tuam tali die ad me ducas". Sub tali promissione miles hiis letus et gaudens domum revertitur et eo loco, quo dyabolus sibi dixerat, querens omnia reperit, que dixit. Quibus inventis, mox emit
 20 palacia, largitur dona, redimit fundos, comparat servos. Appropinquante vero die statuto, uxorem suam vocavit et dixit ad eam: "Equum conscende, quia aliquo gressu longius mecum pergere te oportet". At illa tremens et pavens et viri imperio contradicere non presumens, beate Marie se devote commendavit et post virum abire cepit. Cumque autem longius
 25 processissent et in via quamdam ecclesiam stare invenissent, illa de equo descendens ecclesiam intravit, viro exterius exspectante. Dum vero beate Marie virgini hec mulier se devote commendaret, subito illa obdormivit et virgo gloriosa Maria, predictae matrone in habitu et qualitate per omnia similis, de altari processit et foras exiens equum conscendit,
 30 matrona illa in ecclesia dormiente et remanente. Vir autem uxorem suam arbitrari esse profectus est. Cum autem ad locum statutum venissent, ecce! princeps tenebrarum cum impetu nimio veniebat et ad locum festinabat. Et cum appropinquasset, ille statim infremuit ac tremens et pavens accedere non presumpsit dixitque militi: "Infidelissime

1 nimis indig. 2b. — 6 locum nemoris 2a. — 9 contingerant: so Hss. — 28 et quantitate 2b. — 34 Avidissime hom. 2b.

Assoc. of America XXXVIII (1923), 327. Mielot Nr. 2. Jubinal, Nouv. rec. I 138 ('Dit du povre chevalier'). E. Levi, Il libro dei 50 miracoli Nr. 13. Exemplos Nr. 199. Castigos, Bibl. de autores españ. 51, 216. Gil de Zamora, Bol. de la R. Acad. de Historia VII 181. Pfeiffer, Marienlegenden S. 137. J. Werner, Aus Züricher Hss. (1919), Nr. 24. De Vooys, Middelnederl. Legenden en exempelen S. 197. Th. Zachariae, Kl. Schriften, Bonn 1920, S. 199. Anal. Boll. XLII (1924) 281. Roskoff, Gesch. des Teufels I 376. E. Falignan, Hist. de la légende de Faust, Paris 1887, S. XIV. Quellenschr. zur neueren deutschen Literaturgesch. (Gottfr. Keller, Sieben Legenden), 1919, S. XXXVII.

hominum, cur michi taliter illusisti et pro tantis beneficijs michi talia
 rependisti? Ego tibi dixeram, ut ad me adduceres tuam coniugem, et
 tu adducis michi Dei Genitricem. Volebam uxorem tuam propter hoc
 habere, nam ipsa uxor tua michi multas infert insidias et iniurias; de ea
 volebam expetere ulcionem, et tu ad me istam adduxisti, ut me tor- 5
 queat et in infernum mittat". Audiens hec vir vehementer stupebat et pre
 timore et ammiracione nimia loqui non poterat. Beata autem virgo
 Maria dixit ad demonem: „Qua temeritate, nequam spiritus, devote mee
 famule nocere presumpsisti? Non hoc tibi impune cedet, et nunc te hac
 plecto sententia, ut et ad infernum descendas et omnibus me cum de- 10
 vocione invocantibus de cetero nocere non presumas". Ille autem cum
 multo eiulatu recessit, et vir de equo exiliens se ad pedes beate Marie
 virginis prostravit. Quem Virgo beata increpans ad suam uxorem, que
 adhuc in ecclesia dormivit, iubet redire et omnes divicias demonis
 abicere. Rediens ergo miles, cum adhuc mulierem dormientem inve- 15
 niret, eam excitavit et sibi, que viderat, enarravit. Cum autem domum
 redissent et omnes demonis divicias abiecissent, in laudibus virginis
 Marie devotissime permanserunt et multas postmodum divicias ab ipsa
 beata virgine Maria receperunt.

97 (III, 77). De quodam homine per multa mala 20
 opera a dyabolo ducto ad iudicium Dei, quem
 sancta Maria, Veritas et Iusticia a dyabolo acce-
 perunt.

Ad iudicium Dei quidam in visione rapiebatur, qui peccatorum
 sarcina gravabatur. Et Sathan affuit et Deo dixit: "In huius anima nichil 25
 habetis proprium, sed mei pocius exstat; totum enim habeo inde publicum
 instrumentum". Cui dixit Deus: "Ubi est instrumentum tuum?" Et ille:
 "Instrumentum habeo, quod ore proprio dictatis et perpetuo duraturum
 concessisti; dixisti enim: 'Quacumque hora comederitis, morte moriemini'
 (Gen. 2,17). Cum ergo iste sit de progenie illorum, qui cibum vetitum 30
 comederunt, iure instrumenti publici necum in iudicio debet mori".
 Dixit autem Dominus: "Permittatur autem homini pro se loqui". Ille
 autem homo obmutuit. Dixit iterum demon: „Meus est, ut testor iterum,

1 tanta rep. 2b. — 15 Rediens *bis* enarravit *fehlt* 2a. — 29 con-
 sensisti 2b.

97. Aus der Legenda aurea c. 119 § 4 (ed. Graesse S. 514 f.). Initia
 mirac., Anal. Boll. XXI Nr. 22. Mussafia, Marienlegenden II 65 Nr. 4.
 Ward, Cat. of romances II 651, 5. Herbert, eb. III 395, 374 (= Welter, Spec.
 laicorum Nr. 374). Gil de Zamora a. a. O. XIII 192. Pfeiffer, Marien-
 legenden S. 127. De Vooy's, a. a. O. S. 272. Ueber das Motiv der 'Wag-
 schale bei Aburteilung eines Sünders vor dem Gericht Gottes und
 Marias Beistand als 'mater misericordiae' vgl. ferner Ward, a. a. O.,
 II 667, 9; 685, 50. Little, Liber exemplorum Nr. 43.

prescriptione, quia eum iam triginta annis possedi et michi tanquam proprius servus obedivit". Et ad hec ille homo iterum obmutuit. Demon iterum dixit: „Meus est, quia, si aliqua eciam bona fecit, tamen eius mala incomparabiliter vincunt bona sua“. Dominus autem nolens contra hunc hominem tam cito proferre sententiam, eidem octo dierum terminum concessit, ut de hiis omnibus rationem redderet. Cum ergo ille homo a facie Domini tremens ac timens abiret, quadam ei obviavit, causam tante tristitie requisivit. Cui cum ille omnia per ordinem retulisset, ait ille: „Ne timeas nec formides, quia de primo viriliter te iuvabo“. Cum ergo ab eo interrogaretur, quo nomine vocaretur, ait: „Veritas est nomen meum“. Invenitque alium, a primo recedens, qui promisit se eum iuvare efficaciter de secundo. Interrogatus autem, quo nomine vocaretur, respondit: „Iusticia vocor“. Die autem octavo homo ante iudicium venit et demon ei primum obiecit. Ad quod respondens Veritas ait: „Duplicem mortem esse novimus, corporis scilicet et gehenne. Illud ergo instrumentum, quod pro te allegas, non loquitur de morte gehenne, sed corporis. Quod quidem ex hoc verum est, quia, cum omnes homines in illa sententia, scilicet morte corporis, includantur, non tamen omnes gehenne ignibus moriuntur“. Tunc demon videns, quia in primo succubuit, de secundo sibi obicere cepit. Sed Iusticia pro eo affuit et taliter respondit demoni: „Licet cum multis annis eum in servum possederis, tamen ratio semper contradixit; semper enim ratio remurmurabat in ipso, quod tam crudeli serviebat domino“. Ad terciam dyaboli obiectionem homo ille neminem adiutorem invenit. Dixitque Dominus: „Afferatur statera, ut tam bona quam mala istius hominis omnia ponderentur“. Veritas autem et Iusticia tunc peccatori dixerunt: „Ad matrem Domini, in qua est Misericordia, que iuxta eam sedet, tota mente recurre et eam in tui adiutorium invocare stude“. Quod ille cum fecisset, beata virgo Maria ei in adiutorium venit et super stateram ex illa parte, ubi erant pauca bona, manum apposuit; dyabolus autem ex altera parte conabatur trahere. Sed virgo Maria, que est mater misericordie, prevaluit et peccatorem liberavit. Ipse peccator ergo ad se rediens in melius vitam mutavit et hoc in vita sua promeruit, ut eum Deus in celo coronaverit.

98 (III, 78). De milite, cui dyabolus corpore humano ut famulus servivit, ut corpus eius cum anima interimeret, si a salutatione Marie aliquo die cessaret.

Quidam miles quoddam in via positum castrum habebat et omnes transeuntes sine ulla misericordia spoliabat. Tamen beatam virginem

10 nom. nuncuparetur 2b. — 13 ante iudicem 2b. — 23 terciam illam obi. 2a. — 30 bona misericordiam app. 2a. — 34 coronavit 2a. b.

98. Aus der Legenda aurea c. 51 § 3 (ed. Graesse S. 221 f.). Initia mirac., Anal. Boll. XXI Nr. 1439. Teufel dient einem Raubritter: Abart der Fassung oben Nr. 73 (S. 190). Mussafia, Marienlegenden II 64 Nr. 3; III 50 Nr. 69 (aus Herolt, Prompt. mirac. Nr. 69); IV 8 Nr. 3.

Mariam cottidie salutabat nec pro aliquo impedimento sibi immergenti ab ipsa salutacione aliquo die cessare volebat. Accidit autem, ut quidam vir religiosus et sanctus inde transitum faceret et ipsum predictus miles continuo spoliare iuberet. Vir autem sanctus rogavit predones, ut eum ad dominum suum deducerent, quia ad ipsum haberet secreta eique libenter perferret. Adductus autem rogavit militem, ut omnes de familia sua in castro coram se congregari faceret, ut eis verbum Domini predicaret. Cum ergo congregati fuissent, ille ait: "Nequaquam hic omnes estis, sed aliquis adhuc de vobis deest." Cui cum omnes se ibidem adesse assererent, aiebat illis: „Diligenter perquirite et aliquem invenietis abesse". Tunc unus exclamans dixit, quod solus camerarius illic non venisset. Ille autem dixit: "Vere ipse est, qui solus deest". Pro eo ergo cito mittitur et in medium eorum deducitur. Cum autem ille virum Dei vidisset, revolutis terribiliter oculos caput ad instar insani agitabat nec propius accedere audebat. Vir autem sanctus dixit ei: "Adiuro te per nomen domini nostri Ihesu Christi, quis sis, nobis edisseras et quam ob causam huc veneris, omnibus hic palam pandas". Cui ille respondit: "Heu! adiuratus me prode cogor invitus: ego enim non sum homo, sed demon, qui formam hominis accepi et quatuordecim annis cum isto milite sic permansi. Nam princeps me ideo huc misit, ut diem, qua hic sue Marie salutacionem non diceret, diligentius observarem: tunc sic potestate accepta ipsum continuo strangularem et in malis operibus vitam suam finiens noster esset. Quacumque enim die illam salutacionem dicebat, in ipsum potestatem habere non poteram. Ecce! autem de die in diem diligenter eum observavi et nullum diem, quin ipsam salutaret, pretermisit". Hec miles audiens vehementer obstupuit et ad pedes viri Dei se proiciens veniam postulavit et in melius deinceps vitam mutavit. Vir autem sanctus dixit: "Precipio tibi, demon, in nomine domini Ihesu Christi, ut hinc statim abscedas et talem hactenus locum possideas, ubi nulli gloriosam Dei Genitricem invocanti nocere presumas". Hec ubi iussa dedit, demon abscedens evanuit.

99 (III,79). De monacho infirmo, qui vidit demones de exitu anime sue gaudere et postea peccata consilio Marie confessus a demonibus liberatus est.

In provincia Pertica¹⁾ in domo ordinis Cisterciensis, que vocatur Trappa²⁾, iacebat monachus infirmus. A quo cum ad servien-

6 proferret 2b. — 7 congregaret ut 2b. — 19 quia form. 2a. — 36 In prov. partita 2a.

99. Aus Caesarius, Dial. mirac. VII 9. Vgl. die Homilien, Band I, 74 Nr. 18.

¹⁾ Landschaft Perche südlich der westlichen Normandie.

²⁾ Kloster la Trappe am Iton bei Soligni-la Trappe (dép. Orne, arr. Mortagne, cant. Bazoches). Vgl. Janauschek, Orig. Cisterc. S. 105.

dum ei deputati exivissent et eger solus iaceret, ingressi sunt duo tetri spiritus, in angulo domus stantes tenebrosis manibus et dicentes: "Cras hora tertia cum magno gaudio deducemus animam eius ad infernum". Quo audito ille contremuit; habebat enim peccatum, quod nunquam volebat confiteri propter erubescenciam. Et respiciens vidit in alio loco matronam pulcherrimam dicentem: „Nolite nimis gaudere; ego dabo illi consilium, qualiter dentes vestros evadat". Et suspicans ille hanc esse beatam virginem Mariam sciensque viam evasionis esse illorum demonum confessionem, ergo priori suo est confessus omnia peccata sua et in bona fide liberatus spiritum exalavit.

100 (III,80). De viro luxurioso sancte Marie serviente, cui Virgo dulces cibos in fetido vase protulit in similitudinem.

Quidam fuit multum luxuriosus, sed tamen libenter sanctam Mariam virginem salutabat. Qui cum nocte quadam multum esuriret, venit beata virgo Maria et tulit ei cibum delicatissimum in vase fetidissimo. Cui cum obtulisset et ille vidisset cibum tam delicatum, inde libenter comedisset, sed tamen pro fetore vasis gustare non potuit, dicens: "O pulchra domina, delicatus est cibus tuus, sed non possum inde comedere pre fetore vasis". Que respondit: „Ita est et de me et de te: salutaciones tue dulces sunt michi, sed tamen pre fetore vasis, tui corporis, eas recipere dedignor".

101 (III,81). De muliere, que suis precibus apud sanctam Mariam obtinuit, ut vir suus de mala vita converteretur.

Quedam nobilis domina fuit, que per quindecim annos speciale obsequium exhibuit beate virgini Marie, ut in meliorem statum maritus eius converteretur, quia vir erat iniquus. Tandem ea orante ante lectum, viro dormiente, apparuit ei beata virgo Maria cum Filio suo, quem interpellabat pro ipsa muliere, replicans ei obsequium quindecim anno-

18 inde comedere multum appetit, sed 2b.

100. Ward, *Cat. of romances* II 651, 6. Herbert, *eb.* III 513, 7; 529, 18; 640, 23; 687, 1. Petrus Coelestinus c. 23. Welter, *Spec. laicorum* Nr. 361. Bromyard, *Summa predic.* unter 'Confessio'. *Magnum Speculum exemplorum* S. 364. Holik, *Index mirac.* Nr. 205 (Pelbartus, *Stellarium*). Bär, *Diss. Straßburg* 1913, S. 182f. Kosegarten, *Legenden* I c. 2. E. Levi, *Il libro dei 50 miracoli* Nr. 38. De Vooy, *Middelned. Legenden en exempelen* S. 98. Verwandt damit das entgegengesetzte Motiv vom Aus-sätzigem, der aus goldenem Gefäß trinkt = unwürdiger Priester, der das Sakrament doch gültig spendet: Jacques de Vitry (ed. Crane) Nr. 155 = Herbert a. a. O. 14, 94. *Gesta Romanorum* (ed. Oesterley) c. 12. Pelbartus, *Quadrag.* I 27, L. *Rosarium* (ed. 1503) II f. 121 vb (*Vitae patrum*).

101. Kann ich anderswo nicht nachweisen.

rum, quod fecerat pro marito suo. Qui respondens ait matri: „Non estimates pro magno, quod tibi et michi mulier impendit; omnis enim labor et sollicitudo eius non posset minimo meo dolori respondere, quem pro ea sustinui“. Et vertens se, ostendit suum dorsum laceratum et quasi spinis cruciatum. Quod videns domina illa mulier expavit vehementer. Tunc ait Dominus matri sue: „Fiat ei, sicut vis, quia nichil tibi negare possum“. Et sic disparuit beata virgo Maria, et salvatus est maritus domine precibus beate virginis Marie. 5

102 (III,82). De vidua, que filium ymaginis Marie tenuit captum, usquequo redderet sibi suum. 10

Quedam mulier, solacio viri sui destituta, unicum filium habebat, quem nimis diligebat. Quadam autem die filius ab inimicis capitur et in custodia vinculatur. Quod illa audiens, inconsolabiliter flebat et beatam virginem Mariam, cui multum fuit devota, pro liberatione filii sui importunis precibus exorabat. Tandem videns, quod nichil sibi proficeret, ad ecclesiam, in qua erat sculpta ymago beate Marie virginis, sola currens intravit et coram ymagine stans ipsam sic alloquitur dicens: „Virgo beata Maria, pro liberatione filii mei te sepe rogavi, et adhuc, mater misericordie, michi nequaquam subvenisti; tuum ergo pro meo filio imploravi auxilium et adhuc nullum de eo sencio fructum. Igitur, sicut filius meus michi ablatus est, sic et ego, virgo Maria, tibi Filium tuum auferam“. Et hec dicens statim accessit ad ymaginem, puerum quem Virgo in gremio baiulabat auferens, domum abiit accipiensque pueri ymaginem in lintheo mundissimo involvit et in archa recondens ipsam ymaginem pueri conclavi diligenter sefavit, bonum obsidem se pro filio suo habere gaudens et ipsum diligenter custodiens. Et ecce! sequenti nocte beata virgo Maria iuveni apparuit et ianuam carceris aperiens, inde ut exiret, ei precepit et dixit: „Matri tue, fili, dices, ut meum michi Filium reddat, ex quo reddidi sibi suum“. Qui exiens ad matrem suam venit et, qualiter beata virgo Maria eum liberavit, sibi enarrans. Illa autem magis exultans ymaginem pueri accepit et vadens 15 20 25 30

1 quod fecit 2b. — 15 pro deliberacione 2b. — 20 filium *fügen nach* ergo 2a. b *ein*.

102. Aus der *Legenda aurea* c. 131 § 4 (ed. Graesse S. 591 f.) (= Herolt, *Prompt. mirac.* Nr. 14. Ward, *Cat. of romances* II 662, 7. *Mussafia, Marienlegenden* II 65 Nr. 4; 79 Nr. 38. IV 7 Nr. 4. Little, *Liber exemplorum* Nr. 48. *Alphabetum narrationum. Magnum Speculum exemplorum* S. 652. Mielot Nr. 63. E. Levi, *Il libro dei 50 miracoli* Nr. 20. Gil de Zamora c. 14, 10, *Bol. de la R. Acad. de la Historia* XIII 194. *Miracoli della Madonna* Nr. 45. Pfeiffer, *Marienlegenden* S. 40. Kosegarten, *Legenden* I c. 4. Bär, *Diss. Straßburg* 1913, S. 83 ff. De Vooy, *Middelnederl. Legenden en exempelen* S. 121. *Zeitschrift für roman. Philol.* I 363. Ein ähnliches Motiv *Dial. mirac.* VII 45.

ad ecclesiam beate Marie reddidit, dicens: "Gracias vobis refero, Domina, que michi unicum filium meum restitulistis. Et nunc vobis Filium vestrum reddo, quia me meum filium a vobis confiteor recepisse".

103 (III, 83). De paupere iuvene, qui, cum esset
5 coram dyabolo, Mariam non negavit et ob hoc
infinita bona ab ea recepit.

In dyocesi Leodiensi iuxta Florenciam¹⁾ domum ordinis Premonstratensis mansit quidam iuvenis, cui pater suus reliquerat multas divicias moriens. Qui tantum in tornamentis et histrionibus studebat, ut in brevi omnia bona sua effudisset et multa de bonis suis cuidam militi iuxta se manenti vendidisset vel loco pignoris exposuisset. Cum iste iuvenis nichil haberet, ipse voluit recedere de terra sua. Sed quidam villicus suus, videns eum, ait: "Domine, quare estis vos tristis? Vultis vos dives fieri?" Ille respondit: „Volo, si possum“. Respondit villicus: "Sequimini me, et bene erit vobis". Et statim secutus est villicum. Et duxit eum per quendam locum palustrem, ubi cepit loqui cum dyabolo: "Adduxi vobis hominem nobilem, supplicans, ut ei antiquas divicias restituatis". Cui dyabolus: „Si voluerit michi esse devotus, dabo ei divicias". Respondit villicus: „Erit vobis libenter obsequiosus et fidelis, si dum habuerit istas“. Cui dyabolus: „Oportet eum primo abrenunciare Deo altissimo". Quod cum iuvenis renueret, dixit villicus: "Quid times tu pronunciare unum verbum? Dic: abrenuncio". Tandem iuvenis, a villico inductus, abrenunciavit ore et manu et effirmavit²⁾ Altissimum. Cui dyabolus: "Adhuc est opus imperfectum: eciam abrenunciare debet matri altissimi Dei". Ad quod iuvenis multum expavit et turbatus sine modo respondit: "Hoc nunquam facio". „Quare?" inquit villicus. "Fecisti, quod maius est; fac eciam nunc, quod minus est. Abnegasti Creatorem, abnega creaturam". Ac ille: "Nunquam eam abnegabo, eciamsi deberem in perpetuum mendicare ostiatim." Et sic negotio imperfecto ambo redierunt. In itinere venerunt ad ecclesiam semiclausam, in qua iuvenis exiliens de equo intravit, committens equum villico. Et prostravit se ante altare, ubi erat ymago beate virginis Marie, tenens Filium in ulnis, et cepit eam invocare, ex intimo corde flens et rogans et replens ecclesiam clamoribus. Eadem hora venit miles supradictus, qui bona

³ Et sic ulterius Marie servivit *fügt nach* recepisse *hinzu*, 2b. — 22 unicum v. 2b. — 27 quod magis est 2b.

103. Obwohl im Wortlaut teilweise umgestaltet, abhängig von Caesarius, Dial. mirac. II 12. Vgl. Mussafia, *Marienlegenden* I 984 Nr. 39; IV 8 Nr. 17 (a. 1230).

¹⁾ 'Floreffiam' richtiger Caesarius, heute Floreffe an der Sambre oberhalb Namur. Vgl. U. Berlière, *Monasticon Belge* I, Maredsous 1897, S. 111 ff.

²⁾ Richtiger 'exfestucavit' Caesarius.

sua in vadimonio habebat, et ostium ecclesie videns apertum, propter clamorem putavit ibi missam celebrari. Et inveniens iuvenem lacrimantem, credidit eum deplorare suam paupertatem. Et cum iuvenis constanter invocaret beatam virginem Mariam et non auderet invocare Deum altissimum, quem negaverat, utroque audiente, ymago beate Marie virginis locuta est Filio suo, quem tenebat in ulnis, in hec verba: "Dulcissime Fili, miserere huic homini". Puer vero nec quidquam respondit, sed faciem suam ab eo divertit. Cumque iterum mater rogaret Filium, asserens iuvenem a villico seductum, Filius dorsum matri sue vertit, dicens ei: "Homo iste negavit me, o mater. Quid ei faciam?" Post hec verba ymago beate Marie virginis surrexit et ymaginem Filii sui super altare deposuit eiusque pedibus substrata dixit: "Rogo te, Fili, ut propter me dimittas ei peccatum hoc". Mox puer elevans matrem suam, ait: "Mater, nunquam potui tibi negare aliquid: propter te totum ei dimitto". Surgens iuvenis exivit, tristis de culpa peracta, letus autem de indulgentia sibi data. Secutus est eum alius miles latenter de ecclesia, querens, quare tam tumidos oculos haberet. Respondit: "De vento michi est." At ille: "Non latet me causa tristicie tue. Habeo unicam filiam; quam si vis ducere in uxorem, tibi dabo et omnia tua tibi cum ea restituum et insuper heredem mearum diviciarum te faciam". Ac iuvenis letus de consensu militis et eius uxoris ista fecit, ducens filiam eorum in uxorem et concelebrans nuptias cum eis. Et omnia bona, que in vadimonio ab eo habuerunt seu eis vendita fuerunt, sub nomine dotis cum filia ipsorum iuveni sunt restituta.

2 putabat 2b. — 12 eique prostrata 2a. — 14 al., pr. te ei aliquid dim. 2b. — 21 facit 2b. — 23 in für sub 2b. — 24 Hier schliesst 2a; et^c (= sic?) est finis fügt 2b in roter Schrift unter Freilassung einer halben Spalte hinzu, wo aber auf der nächsten Seite noch 4 Abschnitte folgen.

II.

Die Schlußkapitel der Bonner Handschrift.

In 2b liest man zum Schluß auf fol. 106^v—107^r noch vier Erzählungen, die Meister als 2. Anhang S. 214—216 herausgegeben hat; er zählt 3 Abschnitte, da er 105 und 106 verbindet.

104. De penitencia imposita.

Quidam pessimus homo latro morabatur in silva. Qui venit ad heremitam clausum et confessus est ei peccata sua. Qui cum penitenciam suam repellebat, tandem precepit, quod, ubicumque inveniret
 10 signum crucis, flexis genibus adoraret, et docuit eum, ut diceret: „Adoramus te, Christe, quia per crucem sanctam tuam redemisti mundum“. Et recessit; et dum recederet, vidit inimicos suos et cepit fugam. Sed dum fugeret, vidit in terra signum crucis et eligens potius mori quam penitenciam dimittere, venerunt inimici sui et occiderunt eum. Cuius
 15 animam dum heremita cerneret ascendentem in celum sicut columba candidissima, dixit: „Heu miser, quanta sustinui adversa! At non sum adhuc mortuus, et hic sic leviter premiatur. Vadam ergo et fruar hic mundo et postmodum in fine agam penitenciam“. Et exivit de cella; sed dum iret, cecidit in fornicacionem. Et videns postea, de quanta
 20 perfeccione ceciderat, desperavit se et obiit et portatus est in infernum.

105. De perseverancia penitencie.

Fuit quidam heremita, qui in tanta paupertate penitenciam agebat, quod omni die post refeccionem oportebat eum ire ad fluvium ad bibendum, quod distabat per magnum spacium. Unde cum quadam die
 25 esset tedio et fatigacione affectus, ita ut prosterneret se in terram, tunc apparuit angelus Domini, mensurans illam viam virga aurea. Cui dixit sanctus pater: „Quid tu facis?“ Ille respondit: „Mensuro

9 receipt 2b. — 13 terram 2b. — 16 ad non 2b. — 19 de fehlt 2b. — 21 inpersever., doch in radiert 2b.

104. Jacques de Vitry (ed. Crane) Nr. 72, daraus Etienne de Bourbon Nr. 26. Herolt, Prompt. exemplorum M. 25 und Sermones (ed. 1495) 49, R. Odo von Cheriton (fehlt bei Hervieux) = Herbert, Cat. of romances III 60, 12; ferner 342, 15 (= Méon, Fabliaux et Contes II 202); 473, 27; 557, 213; 592, 110; 667, 266. Klapper, Erzählungen des Mittelalters Nr. 117. Scala celi unter 'Furtum'. Langlois, Nouvelles fr. du 15e siècle, S. 60; 96. Bolte-Polivka, Anm. zu den Kinder- und Hausmärchen der Brüder Grimm III (1918), S. 463. Zur Verzweiflung des Einsiedlers vgl. bereits Vitae patrum VI 3, 13 (Migne, Patr. Lat. 73, 1011), auch Fiori di virtù, Neapel 1870, 92. Ward, Cat. of romances II 665, 30.

105. Frei nach Vitae patrum V 7, 31 (Migne, Patr. Lat. 73, 900). Daraus Jacques de Vitry (ed. Crane) Nr. 128 = Herbert, Cat. of romances III 11, 58. Odo von Cheriton (Hervieux IV 328 Nr. 163) = Herbert a. a. O. 75, 177. Magnum Speculum exemplorum unter 'Angelus' S. 37.

viam istam, quia nunquam fecisti hic passum, qui non sit scriptus in libro vite“. Tunc pater confortatus ivit ad bibendum. Tunc cepit elongare magna via, qua iret ad bibendum.

106. Fuit quidam magnatus habens castrum, cui gravis erat omnis iniuncta penitencia. Tandem recepit a sacerdote, ut tantum una nocte solus maneret in ecclesia. Et dum sic staret in ecclesia in nocte, venerunt demones in specie inimicorum, quos habebat, et videbatur magna milicia et transibat coram hostio ecclesie, narrantes intra se, quomodo volebant ire ad capiendum ipsum cum uxore et filiis et castrum succendere. Audiens hoc ipse cepit esse multum tristis, sed nichilominus stetit et non movit se de ecclesia. Et demones processerunt cum suo exercitu. Et post aliquantulum temporis prospiciens iste per quandam fenestram, et ecce! totum castrum vidit comburi. Et iste cepit multum tristari et dolere pro uxore et filiis et pro possessionibus, sed non movit se. Et post aliquantulum audivit exercitum redire cum magno triumpho, filiis et familia vociferantibus: „Heu, pater, quomodo nos dereliquisti, ut iremus in captivitatem?“ Sed ille non movit se propter hoc, licet multum tristaretur. Ultimo iuxta diem venerunt duo ad hostium ecclesie pulsantes, se esse religiosos dicentes, missam dicere volentes. Quibus ille apperuit, et intrantes ecclesiam et non invenientes aquam ad lavandum manus, dixerunt illi, quod iret pro aqua. Sed ille recordatus penitencie noluit ire, et illi postea recesserunt. Mane facto cum exiret, ut reverteretur, valde desolatus erat, sed appropinquans castro respexit portas et vidit eas omnino illesas et castrum, et intrans domum suam invenit totam familiam sanam, sicut dimiserat. Et cogitans diabolicam temptationem fuisse, laudavit Dominum et sacerdoti retulit postea omnia, sicut acciderant; qui miratus est.

107. Quidam miles volens peccare cum quadam puella ivit eques et in nocte dimisit equum suum apud quandam suum amicum. Et dum iret ad puellam et excitaret eam, illa cepit dicere: „Dyabole, dyabole!“ At ille egrediens post parum, extimans quod sopita esset, reversus est ad eam; sed illa similiter fecit sicut prius. Miles autem timens reversus ad domum amici sui pro equo, et dum pulsaret ad hostium et puer quidam sibi aperiret, viso eo cepit introfugere, clamans: „Dyabole, dyabole!“ Et similiter fecit dominus domus, scilicet amicus suus, dum veniret ad eum. Cumque ille solveret equum suum, non accepit eum

36 acciperet 2b.

106. Das Motiv 'Ritter in Kapelle' ist bereits oben Nr. 3 (S. 131) behandelt. Dazu Martinus Polonus, Prompt. exempl. Nr. 15.

107. Freie Bearbeitung von Thomas Cantiprat., De apibus II 30 § 40 ('De milite quodam Theutoniae'): 'De adultero, qui vultum daemonis habebat'. Unsere Fassung paßt zu Little, Liber exemplorum Nr. 207 (Quelle: Exempla Deodati). Herbert, Cat. of romances III 631, 69; 659, 175.

ipse equus: acsi videret dyabolum, soluto capistro fugit et nunquam comparuit. Sed stupefactus miles non modicum, illico perrexit ad quandam heremitam. Cum pulsaret ad hostium, heremita cepit clamare et dicere: „Diabole, diabole!“ Sed confortatus intravit ecclesiam et
 5 fecit signum crucis; postea rogavit heremitam, ut audiret suam confessionem. Qua finita et penitencia iniuncta, sanatus est.

III.

Zusätze der Oxforder Handschrift.

1c bietet hinter dem 2. Buche der Libri miraculorum noch folgende
 10 *vier Geschichten:*

108. Quidam luxuriosus sacerdos habebat concubinam. Ad quam cum volebat accedere, ipsa dicebat istam antyphonam 'Salve, regina misericordie' ¹⁾ ante altare beate Virginis. Qui cum in quadam nocte raperetur a demonibus et suspenderetur in silva, liberatus est per
 15 beatam virginem Mariam.

109. Uxor cuiusdam rogabat beatam virginem Mariam, quod vindicaret eam de concubina mariti sui et redderet sibi maritum suum. Et accepit responsum a beata Virgine, quod non iudicaret eam, quia illa flectebat genua centum vicibus coram ipsa. Quibus auditis, ipsa
 20 concubina egit penitentiam.

110. Quidam miles de equo suo descendere consueverat in omnibus cymiteriis et flexis genibus orare pro defunctis. Quadam autem die cum hostes fugarent eum, ille descendit de equo ad cymiterium et flexis genibus oravit ad Dominum. Et ecce! omnes defuncti surrexerunt de
 25 sepulcris cum instrumentis suis, sacerdotes cum stolis suis et milites cum armis suis. Quo viso, hostes recesserunt et tandem percipientes militis sanctitatem, pacem cum eo fecerunt et ei veritatem ignotam retulerunt.

108. Finde ich nicht in den Marienmirakelsammlungen.

109. Ward, Cat. of romances II 621, 30; 627, 14; 685, 47/48. Mussafia, Marienlegenden 1927 Nr. 12. 929 Nr. 2. 949 Nr. 33. Jacques de Vitry (ed. Crane) Nr. 223 = Herbert, Cat. of romances III 18, 140. Guibert de Nogent, De laude s. Mariae c. 12 (Migne, Patr. Lat. 156, 573). Walter von Cluni, De miraculis b. Mariae c. 2 (eb. 173, 1382). Gautier de Coincy, Sp. 511. Scala celi des Joh. Gobii iunior f. 115r. Vinc. Bellov., Spec. hist. VII 100. Adgar (ed. Neuhaus) S. 209. Mielot, Miracles Nr. 15. Herolt, Prompt. mirac. Nr. 48. Klapper, Erzählungen des Mittelalters Nr. 108; 176. Anal. Boll. XLII (1924) 45.

110. Siehe oben Nr. 18 (S. 140).

¹⁾ Vgl. oben S. 171 Anm. 1.

111. In Vitaspatrum legitur, quod sanctus M a c h a r i u s invenit capud cuiusdam mortui et precepit in nomine Domini, ut iste, cuius esset, resurgeret. Et statim [apparuit] capud cuiusdam pagani. „Tu, quis es?“ dixit. Respondit: „Ego sum paganus et nolui credere in fide Ihesu“. „Et ubi es?“ „Ego sum“, inquit, „in inferno“. „Qualis“, 5 inquit, „locus est, in quo es?“ Respondit: „Ego dico tibi, quod super caput meum est ignis tanta quantitate, quantum distat celum a terra, super, subtus et a dextris et a sinistris. Et subtus me sunt Iudei, qui noluerunt credere, et sub eis sunt falsi Christiani, qui receperunt fidem ore et non tenuerunt eam moribus“. Et hoc dicto, redactum est [caput] 10 in pulverem.



111. Frei nach Vitae patrum III 172 (Migne, Patr. Lat. 73, 797) und ähnlich VI 3, 16 (eb. 73, 1013). Ward, Cat. of romances II 663, 15. Legenda aurea c. 18 (ed. Graesse S. 101). Reinholdt, Diss. Greifswald 1913, Nr. 11. Melander, Jocoseria III 264. Menéndez Pidal, Studies in honour of G. Elliott I (1911) S. 257.

II.
Leben,
Leiden und Wunder
des
heiligen Engelbert,
Erzbischofs von Köln
von
Caesarius von Heisterbach

(zugleich das 4. und 5. Buch
seiner Libri VIII miraculorum).

Herausgegeben von
Fritz Zschæck



Leben
H
Leben

Leiden und Wunder

heiligen Engelbert

Erzbischofs von Köln

Cassianus von Heisterbach

(englisch des 1 und 2. Buch
seiner Libri VIII tractatum)

Flowersgate von
Paris Xebach

Einleitung.

I. Wesen und Bedeutung des Werkes.

Zu den bedeutendsten Arbeiten des Caesarius von Heisterbach gehört ohne Zweifel die *Vita sancti Engelberti archiepiscopi Coloniensis*, die Biographie seines Zeitgenossen, des mächtigen Erzbischofs von Köln und Reichsverwesers Engelberts I., des Heiligen (1216—1225), aus dem Hause der Grafen von Berg. Hervorgerufen wurde diese *Vita*¹⁾ durch den tragischen Tod, den der Erzbischof am Abend des 7. November 1225 unweit Gevelsberg i. W. erlitt, weniger infolge eines Mordplanes seines Vettersohnes, Graf Friedrich von Isenberg²⁾, als infolge der Nervosität und Disziplinlosigkeit der lediglich mit der Gefangennahme des Erzbischofs beauftragten Leute des Grafen³⁾. Ursprünglich gedacht als 4. und 5. Buch einer gerade begonnenen neuen Wundersammlung von acht Büchern⁴⁾, ist sie nur als selbständiges Werk überliefert, eine der späteren kirchlichen Biographien, „welche noch geschichtlichen Wert haben“⁵⁾. Aus einer „Lebensgeschichte“, wohl derselben Art wie diejenigen, welche er im *Dialogus* bereits versucht hatte und die nicht mehr wurden als Anhäufungen von Einzelgeschichten aus dem Leben derselben Person⁶⁾, nur daß hier entsprechend dem Rahmen des Ganzen der Ton mehr auf den Wundern gelegen hätte, wurde schließlich eine Art Verteidigungsschrift der Köl-nischen Kirchenpartei, die ihrer Auffassung Ausdruck verleihen wollte,

¹⁾ So nenne ich sie kurz. Caesarius sagt in seinem Schriftenverzeichnis (oben Bd. I, 5 Nr. 19): 'Item scripsi actus, passionem et miracula domini Engelberti Coloniensis archiepiscopi'. Ähnlich spricht er in dem Brief an Erzbischof Heinrich von Molenark (unten S. 234) von 'vita, actus, passio et miracula', I, 1 (S. 235) von 'actus, passionem et virtutes', II, 11 (S. 270) von 'vitam, martirium et miracula', wo er den Inhalt dieser drei 'partes' noch näher erläutert.

²⁾ Friedrich wird fast stets als Neffe des Erzbischofs bezeichnet. In Wahrheit war er der Sohn seines Vetters, des Grafen Arnold von Altena.

³⁾ Vgl. Wolfgang Kleist, Der Tod des Erzbischofs Engelbert von Köln (Zeitschrift für vaterländische Geschichte und Altertumskunde... Westfalens 75, 1917, 1, S. 182—249, insbesondere 197).

⁴⁾ Siehe Caesarius' Vorwort zu den *Libri VIII miraculorum*, oben S. 16.

⁵⁾ W. Wattenbach, Deutschlands Geschichtsquellen im MA. II⁶ (Berlin 1894), 412.

⁶⁾ Vgl. Greven, Die Entstehung der *Vita Engelberti* des Cäsarius von Heisterbach (Annalen 102, 1918, S. 28).

daß Engelbert nicht das Opfer eines Totschlages, sondern eines mit allen Mitteln zu sühnenden Mordes sei ¹⁾. Darüber hinaus suchte Caesarius offenbar mit seiner Schrift nachzuweisen, daß Engelbert nicht nur als Märtyrer für die Ehre der Kirche gefallen sei, sondern auch daß er es verdiene, als Heiliger verehrt zu werden, womöglich als deutscher Nationalheiliger gleich dem englischen Thomas Becket. Bei Caesarius' bekannter, etwas einseitiger Begabung für das Zusammentragen und Ausmalen merkwürdiger Vorgänge ²⁾ ist wohl von vornherein anzunehmen, daß noch andere interessierte Persönlichkeiten geistigen Einfluß auf den Verfasser geübt haben, allen voran der Nachfolger Engelberts auf dem Erzstuhle, Heinrich von Molenark. Da dabei auch politische Gründe maßgebend waren, wenn auch nicht für Caesarius persönlich, so kann seine *Vita sancti Engelberti* als eines der letzten wertvollen Heiligenleben des Mittelalters mit starkem politischem Einschlag gekennzeichnet werden. Der Caesarius eigentümlichen Wahrheitsliebe in Einzelheiten, seiner bereits an vielen Wundergeschichten geübten Kunst der Situationsmalerei ist es zu verdanken, daß der geschichtliche Wert der *Vita* trotz der in sie hineingetragenen Tendenz ein nicht geringer ist. Freilich darf man an sie nicht den Maßstab einer modernen Biographie legen und etwa eine erschöpfende politische Würdigung des Helden erwarten.

II. Entstehung.

Ueber die Entstehung und die Textgeschichte der *Vita* hat sich in so ausgezeichnete Weise bereits der leider 1934 allzu früh der Wissenschaft entrissene Joseph Greven verbreitet ³⁾, daß hier nur übrig bleibt, das Wesentliche seiner Darlegungen zusammenzufassen und zu ergänzen. Wie oben schon angedeutet wurde, war die *Vita* ursprünglich als Teil der *Libri VIII miraculorum* gedacht, und zwar als viertes und fünftes Buch ⁴⁾. Das beweist trotz der Angaben des Caesarius in der *Vita* ⁵⁾ nicht nur die dahin gehende ausdrückliche Aussage im Schlußsatz des Prologs der *Libri* ⁶⁾, sondern auch die Andeutung im gleichen Satze, daß die acht Bücher je mit einem Buchstaben des Verfassernamens Caesarius anfangen sollten: in der Tat beginnt der Text der *Vita Engelberti* mit A ('Ad honorem'), der der *Miracula* mit R ('Referunt') (unten S. 235 und 283) ⁷⁾. Mit Recht nennt Greven die so bezeichneten Bücher die *Urvita* und weist darauf hin, daß sie in der *Vita*, so wie sie jetzt vorliegt, zum mindesten aufgegangen ist ⁸⁾. Wenn

1) Ueber diese Auffassung vgl. Kleist, a. a. O.

2) Vgl. Greven, a. a. O. 28.

3) a. a. O. 1—39.

4) Greven, a. a. O. 9 ff.

5) Im Widmungsbrief für Erzbischof Heinrich von Molenark, der die *Vita* einleitet (unten S. 234 f.), und in Buch 2, Kap. 11 der Schluß von „Qui etiam“ ab (unten S. 270).

6) Oben S. 16.

7) Vgl. oben S. 13.

8) Greven a. a. O. 13.

Caesarius von dem Auftrag des neuen Erzbischofs an ihn am Tage seiner Weihe, eine Lebensgeschichte Engelberts zu schreiben, erzählt, von seinem schwerlich ernst gemeinten Widerstreben dagegen und von seinem durch klösterlichen Gehorsam erzwungenen Nachgeben¹⁾, so ist diese Stelle wohl ein späterer Zusatz²⁾. Als weitere Aenderung ist ferner der Einschnitt zwischen dem 1. und 2. Buch der Vita anzusehen; doch der unmittelbar vorhergehende Absatz 'Hec de vita' usw. (unten S. 248 f.), der leicht als Zusatz erscheinen könnte, weist mit den vor dem 7. November 1226 geschriebenen Worten 'eo, quod nondum expletus sit annus, ex quo passus est' deutlich in die Entstehungszeit der Libri miraculorum, deren zwei erste Bücher 1225 bis 1227 geschrieben sind³⁾. Als Zusätze zur ursprünglichen Fassung darf man vielleicht den Bericht vom Tode Walrams III. von Limburg (zwischen dem 23. Mai und 2. Juli 1226) und von der Erkrankung Walrams I. von Monschau und Heinrichs IV. von Berg ansehen⁴⁾, sodann das ganze Schlußkapitel 17 des 2. Buches (unten S. 278 ff.). Ist bei jenem die Unbestimmtheit, mit der der Tod Walrams hier datiert ist, gewiß ein Zeichen dafür, daß die Stelle nicht im Sommer 1226 geschrieben sein kann, so bei diesem die auffällige Wiederholung der Doxologie am Schluß, da auch das vorhergehende Kapitel 16 mit einer solchen schließt.

Iohannes rex Iherosolimitanus²⁾ propter eum et cum eo Coloniam divertit. Ubi tam magnifice susceptus est, ut tam eius quam civitatis gloriam ammirari non sufficeret³⁾. Quod dictum est de Salomone, qui 10 regnavit in Iherusalem, quod 'reges terre desideraverunt videre faciem eius et audire sapientiam' eius et obtulerunt 'ei munera' (2. Par. 9,23.24), etiam de ipso exponi potest. Cognita eius sapientia atque potentia, et quod potentior esset imperio, reges terre, Francie scilicet et Anglie, Dacie, Boemie et Ungarie⁴⁾, miserunt ei munera in auro et 15 argento gemmisque pretiosis, eiusque aspectu et colloquio vel pro amicitia comparanda vel pro diversis causis et necessitatibus uti desiderantes. Hec que a me in eius laude scripta sunt qui legerit et illius gesta vidit, dicere poterit, quod regina Saba Salomoni dixit: 'Probavi', inquit, 'quod media pars michi nuntiata non fuerit. Maior est sapientia 20 tua et opera quam rumor quem audivi' (3. Reg. 10,7). Fama nominis eius et operum iam usque ad exteras nationes pervenerat, et timebant eum Saraceni⁵⁾. Cui nomen Salomonis realiter congruebat, eo quod esset multum pacificus, pacem diligens et pacem faciens⁶⁾. Gratia pacis reformande neque expensis neque corpori pepercit. Unde, si 'beati pacifici' (Matth. 5,9), immo quia beati, ipse beatus est. Qui cum aliquando argueretur a religiosis, quare exactiones faceret in populum 25

3 feudali 2b¹. — 4 in beneficiari 2a. — 5 Iherosol. fehlt 2b¹. — 9 gloriam civit. 2a. — 14 rege 2a. — scilicet fehlt 1a (nicht 1b). — 15 Hungarie 1b. 2b¹; et fügt 2a hinzu. — 19 potuit 2a. — 21 audivi von anderer Hand über der Zeile hinzugefügt 1a. — 23 Sarraceni 2a; Saraceni 2b¹. — 25 exensis 2b¹. — 26 et fügen vor ipse ein 2a. b¹.

¹⁾ Vgl. Knipping, Reg. III, 369.

²⁾ Johann von Brienne (1210—1225), später (1229—1237) Mitkaiser von Konstantinopel.

³⁾ Vgl. Chron. reg. Colon. a. 1224 (ed. Waitz S. 254).

⁴⁾ Philipp II. August von Frankreich, Heinrich III. von England, Waldemar II. von Dänemark, Ottokar I. von Böhmen, Andreas II. von Ungarn. Ueber eine Gesandtschaft Ferdinands III. von Kastilien (1223) s. Levison, Annalen 125 (1934), S. 108 ff.

⁵⁾ Sicher übertrieben. Vgl. indessen Ficker, Engelbert 142f. über den Anteil der Kölner an der Belagerung und Eroberung von Damiette 1219, vor allem ihre Lobpreisung im Bericht des Kölner Domscholasters Oliver. Vgl. die Ausgabe von R. Röhrich, Westdeutsche Zeitschrift X (1891), 194 f.; Hoogeweg, Die Schriften des Kölner Domscholasters... Oliverus (Bibliothek des Litterarischen Vereins in Stuttgart CCII), Tübingen 1894, S. 230 f. (vgl. eb. CXL ff.); Chron. reg. Colon., ed. Waitz S. 339.

⁶⁾ Hieronymus, Liber interpretationis Hebraicorum nominum (ed. P. de Lagarde, Onomastica sacra I, 63, 5. 71, 5): 'Salomon pacificus'.

sibi subiectum, humiliter se excusavit, culpam recognovit, dicens sine pecuniis pacem se non posse facere in terris. Tempore quodam de tali materia conferens cum magistro Iohanne abbate Sancti Trudonis¹⁾ aiebat: „Magister, nostis quid facere cogitaverim?“ Respondente illo:
 5 „Non, domine“, subiunxit: „Super omnes redditus meos XII scoltetos ordinare disposui²⁾, ut illis ceteri administratores rationem reddant et ex illis XII singulis mensibus singuli michi meisque ministrent; et non erit necesse ut aliena rapiam sive per exactiones aliquem gravem“.

10 7. [Quod sapiens fuerit et intelligens, spiritu pollens fortitudinis.]

Ditaverat illum gratia divina secundum usum exteriorem ‘spiritu sapientie et intellectus, spiritu consilii et fortitudinis, spiritu scientie et pietatis’, nec deerat ei ‘spiritus timoris Domini’ (*Is. 11,2,3*). Secundum
 15 usum exteriorem dixi, eo quod spiritualiter sine caritate haberi nequeant; statum eius interiorem Deus novit. Sed et quidam ex eius capellanis, qui conscientiam eius noverat, de ipso cum abbate nostro³⁾ conferens sic ait: „Licet dominus meus secularis habeatur, non tamen talis intus est, qualis foris apparet. Sciatis eum multas occultas consolationes habere
 20 a Deo“. Erat enim sapiens et intelligens; sapienter ad omnia respondit et quis quid vellet, facillime intellexit. Et cum venissent Coloniam fratres de novo ordine Predicatorum necnon et fratres qui dicuntur Minores⁴⁾, et graves eis essent quidam ex clero eisque coram archiepiscopo Engelberto diversa obicerent illos accusando, respondit: „Quamdiu
 25 res in bono statu est, stare sinite“. Cumque instarent tam priores⁵⁾ quam plebani et dicerent: „Timemus, ne isti sint illi, de quibus Spiritus sanctus per os beate Hildegardis prophetavit⁶⁾, per quos clerus affli-

3 Iohanne 2a.— 5 scultetos 2a.b¹.—7 amministrent 2a.b¹.—12 Visitaverat illum divina gracia 1b.—13 et fügen 2a.b¹ nach intellectus em.— 16 novit deus 2a.—17 sciam von erster Hand 1a.—18 Liceat 2a.—habeatur verbessert aus habatur 1a.— intus talis 2a.b¹. — 19 consol. hab. a Deo occ. 2a. — 20 ad omnia fügen nach sapiens 2a.b¹ hinzu. — 21 quidquid (dicere von anderer Hand über der Zeile hinzugefügt) 1a; quidquid discere v. 1b.— facile 2a.b¹. — Et fehlt 1b. 2a.b¹. — venisset 2a. — 23 quidam eis essent 2a. — 24 Engelberto fehlt 1b. — 25 sinite stare 1b. — 27 beate fehlt 2a. — Hyldegardis 1b; Hildegundis 1a.

¹⁾ Vgl. oben S. 18 Anm. 1.

²⁾ Es ist bei dem Plan geblieben; vgl. H. Foerster, Engelbert 53.

³⁾ Heinrich von Heisterbach; vgl. oben S. 15 Anm. 2.

⁴⁾ Die Dominikaner kamen etwa 1220, die Franziskaner wehrscheinlich 1222 nach Köln; vgl. J. Greven, Engelbert der Heilige und die Bettelorden (Bonner Zeitschrift für Theologie und Seelsorge II, 1925, S. 36, Anm. 12).

⁵⁾ Vgl. unten S. 251 Anm. 1.

⁶⁾ Hildegard von Bingen, Responsum ad Colonienses (= Brief 48, Migne, Patr. Lat. 197, Sp. 244—253); teilweise auch in Caesarius' Sonntagshomilien, oben Bd. I, 147 ff. Nr. 208. Vgl. Greven a. a. O. S. 38 f.

getur et civitas periclitabitur“⁴, verbum notabile respondit: „Si divinitus prophetatum est, necesse est ut impleatur“ (vgl. *Luc. 24,44*). Quo verbo compescuit omnes ¹). Spiritu consilii sic habundabat, ut in consiliiis dandis esset providus et in responsionibus tam promptus, ut consiliarii eius, sua parvi pendentes consilia, mutuo dicerent: „Dominus noster consilium suum ⁵ in bursa sua portat“. Spiritu fortitudinis ita pollebat, ut neque minis frangi neque blanditiis facile flecti posset, os habens agninum et cor leoninum. Hinc est quod dominus Conradus episcopus Portuensis et tunc temporis in Alemannia legatus ²) cum diceret predicto abbati Iohanni ³): „Unde est quod dominus Coloniensis ita timetur?“ respon- ¹⁰ dit ille: „Quadam gratia speciali Dei est“. Spiritus sciencie illi non deerat, quia tanto rationis vigeat acumine, ut prudenter inauditas et difficiles solveret questiones, quod multi litteratiores eo facere non poterant ⁴). Cui etiam spiritus pietatis tantus inerat, ut, si in turbis positus consideraret ex remoto pauperem sibi loqui volentem, nutu sive ¹⁵ per nuntium illum vocaret et, querimoniis eius cum multa patientia perauditis, efficaciter expediret. Hoc illi sepius contigisse certum est. Quam pleno sinu necessitatibus afflictorum sit compassus, subiecta declarant exempla.

8. [De compassione eius circa pauperes et afflictos, et quod tempore famis provincie subveniret.] ²⁰

Sedente eo Colonie in palatio episcopali ⁵) in iudicio, vidua quedam causam habens propius accessit, petens sibi dari advocatum, qui eius querimonias proponeret. Cui beatus episcopus compassus, advocatorum avaritiam non ignorans, vidue respondit: „Bona domina, licentiam habeatis loquendi. Vos melius nostis, que necessitas vos urgeat, quam alii“ ²⁵. Dicentibus scabinis: „Domine, hoc est contra ius civitatis“, non advertit verba illorum, hoc tamen adiciens: „Nos bene intelligimus verba“.

1 affligeretur 2b¹ (verbessert). — 4 suis fügt 1b vor respons. ein. — 6 nimis statt minis 2a. — 7 gerens fügt 1b nach cor hinzu. — 8 Conradus 2b¹. — 9 in über der Zeile 2a. — Alimannia 2a; Alemania 2b¹. — 11 Ex fügen 2a. b¹ vor Quadam hinzu. — illi sciencie 1b. — 12 et difficiles fehlt 1a. b. — dissolveret 1a (nicht 1b). — 13 multi 1b mit der Vita Thomae; multo 1a. 2a. b¹. — 17 eum fügt nach perauditis 1b hinzu. — sepius illi 2a. b¹. — 18 necessitatis 2a. — declarat 1a. — 20 et vor afflictos fehlt 2b¹. — 21 provide statt prov. 2b¹. — 26 noscitis 2a. — 27 scabinis 2b¹. — 28 eius fügen 2a. b¹ nach int. verba hinzu.

¹) Vgl. jedoch *Analecta Ordinis Fratrum Praedicatorum I* (Rom 1893, 1894), 450; Greven a. a. O. 35 ff.

²) Ueber Konrad s. oben S. 21 Anm. 1.

³) Vgl. oben S. 245 Anm. 1.

⁴) Von tanto an fast wörtlich aus Johann von Salisbury, *Vita s. Thomae c. 1* (Migne, *Patr. Lat. CXC*, Sp. 195; Robertson a. a. O. S. 302); vgl. Greven, *Annalen* 102, S. 36 f.

⁵) Vgl. H. Keussen, *Topographie der Stadt Köln im Mittelalter* II, 292 f. unter Domhof II; unten S. 281 Anm. 2.

Alio tempore descendente eo de palatio, occurrit quidam, in partibus superioribus nescio a quo se spoliatum conquerens. Qui statim in gradibus gradum figens, ita ut erat capatus et calcariatus¹⁾, stetit et cum multa patientia hominem audire cepit. Marescalco²⁾ dicente:
 5 „Domine, ascende equum, quia via longa est et tempus breve“, acsi non audiret, hominem monuit, ut causam suam peroraret. Cumque iterato clamaret marescalcus, conversus ad illum episcopus ait: „Modo negotium prolongastis“. Qui cum plene intellexisset, ubi vel a quo spoliatus fuisset homo, vocato notario³⁾, litteras in eodem loco scribi
 10 et sigillari fecit; quas viro largiens ait: „Vade et ostende ei, qui tibi tua tulit, has litteras et, si tibi non fuerint restituta, rursus ad me venias, et ego tibi equipollens restituam“. Sicque equum ascendit et abiit.

Ostendit et aliud signum magne pietatis. Anno preterito, quando
 15 annona vendebatur sex solidis et carius et, quod magis terruit omnes, nec ad emendum inveniretur⁴⁾, naves cum annona comparans potestative de provincia Moguntiensi iussit deduci et per cenobia, que magis indigebant, dividi⁵⁾. Eodem tempore in civitate Colonia et per totum episcopatum suum ad subsidium totius provincie cervisiam fieri inhi-
 20 buit, malens maximis redditibus, quos recipiebat a braxatoribus, carere quam questus sui causa populos fame perire.

Spiritu timoris Domini alienus non erat, quia nullus nostri temporis pontificum summo pontifici plus timoris et reverentie ipso exhibebat. Unde cum dominus Honorius papa mortem eius deplangeret,
 25 dixisse fertur hoc verbum: „Omnes de Alemannia timore ipsius me timebant“. Nam propter obedientiam quam pape regique exhibuit occisus est.

1 de für in 2a. — 6 suam fehlt 2a. — 8 prolongatis 2a (verbessert). — 11 restituta fuerint 2b¹. — 13 et vor abiit fehlt 1a. — 15 et vor quod ist es ähnlich 2a. — homines für omnes 2a. b¹. — 16 invenetur 2a; invenirentur 1a (nicht 1b); — 17 Maguntiensi 2b¹; Maguntinensi 1b. — 18 Coloniensi 2b¹. — 19 servisiam 2b¹. — 22 Spiritus 1a. — 25 Alemania 2a. b¹. — 26 pape et regi 2a. b¹; pape imperatorique 1b.

1) Mit 'cap(p)a' und 'calcaria' angetan. Vgl. Du Cange.

2) Erzbischöfliche Marschälle waren damals Hermann von Alfter und einer namens Heinrich (Heinrich von Lechenich?); vgl. Knipping, Reg. III, 2, Register S. 338 und 364.

3) Ueber Kölner Notare dieser Zeit s. J. Heinen, Beiträge zur Diplomatik Erzbischof Engelberts des Heiligen von Köln (Münsterische Beiträge zur Geschichtsforschung, Neue Folge I), 1903, S. 29 f.

4) Ueber den harten Winter 1224/25 mit nachfolgender Teuerung vgl. Chron. reg. Colon. Cont. IV zu 1224 (ed. Waitz S. 255); Emo Werumensis, Chron. 1225 (MG. SS. XXIII, 508); Aegidius Aureavall., Gesta episc. Leod. III, 94 (MG. SS. XXV, 119, Z. 27—33); oben S. 65 Anm. 1. Die Teuerung dauerte zwei Jahre.

5) Vgl. Engelberts Schreiben an die Nonnen von Oelinghausen, Westfälisches Urkundenbuch VII, Nr. 265; Knipping, Reg. III, 480.

9. [Quod religiosos semper honoravit.]

Religiosos, immo in religiosis Christum, ita honorare studuit, ut personis privatis assurgeret et tam humiliter cum eis loqueretur, acsi illis subditus esset. Sacerdotes seculares et pauperes valde, personis illustribus secularibus neglectis, de sua scutella comedere et de suo cypho bibere sepiissime coegit. Vestimenta sua aliquando satis pretiosa, quibus ad breve tempus usus fuerat, non istrionibus sed sacerdotibus, non scurris sed clericis dare consueverat. Et quia timor sine dilectione minus placet, beatam virginem Mariam, que 'mater' est 'pulchre dilectionis' (*Ecclus. 24,24*), id est Christi, qui fons est et auctor sancti amoris, in tantum dilexit, ut per annos aliquot omnes quartas ferias in eius honore ieiunaret et duabus vicibus, postquam factus est episcopus, limina eius in Rupe Amatoris ¹⁾ visitaret. 'Decorem domus' Dei cum sancto David sic dilexit (*Ps. 25,8*), sic desideravit, ut ecclesiam sancti Petri, que est mater omnium ecclesiarum provincie Coloniensis, renovare fratres hortaretur, promittens se quingentas marcas statim ad inchoationem offerre ac deinde annis singulis, donec fabrica consummaretur, marcas totidem ²⁾. Fecerat autem ante mortem suam vestimenta pontificalia ex purpura et lino subtilissimo, aurifrigio ³⁾ etiam et laminis aureis, margaritis et gemmis tanti decoris, ut cordis eius devotio in illis quasi in speculo reluceret. Semel tantum eisdem vestimentis usus est, et hoc in velatione sanctimonialium; quod officium sine lacrimis exercere non potuit. Calicem vero aureum ex gemmis pretiosis a diversis sibi regibus transmissis ⁴⁾, valoris, ut aiunt, plus quam quingentarum marcarum, ad honorem domus Dei fieri fecit; quem devotus super altare beati Petri apostolorum principis obtulisset, si non prius de calice passionis bibisset.

Hec de vita et actibus beati viri dicta sufficiant ex multis pauca.

1 honoraverit 2 b¹. — 4 Sacertotes 1a. — 5 secular. illustr. 1b; et fügt 2a nach illustr. hinzu, tamen nach secul. 2a. b¹. — cypho 2a; chipho 2b¹. — 6 coegit sep. 1b. — 7 histrionibus 2a. b¹; hystr. 1b. — 9 Deo fügt 1b nach minus hinzu. — 9 (que über der Zeile) est mater 2a. — 10 est fons 1b. 2a. — tocius fügen 2a. b¹ nach auctor hinzu. — amoris sancti 2a. — 11 omnes am Rund nachgetragen 2a. — 13 Ruppe vis. Am. 2a. — 14 David sancto 2a. — sic desideravit fehlt 1a. b. — ecclesia 2b¹. — 15 mater est 1b. 2b¹. — 16 quinquaginta 1b. — 21 in illis fehlt 2a. — tanquam für quasi 2a. — eiusdem 2a. — 24 regibus sibi transmissum 1b. — 25 aptari für fieri 1b. — 28 viri beati 2a.

¹⁾ Roc-Amadour, der berühmte Wallfahrtsort nördlich von Cahors (dép. Lot). Vgl. K. Corsten, Rheinische Pilger in Rocamadour (Annalen 125, 1934, S. 1—11).

²⁾ Lacomblet II, S. XVII hat diese Angabe über den Plan einer Erneuerung des Kölner Domes in Zweifel gezogen; Poncelet S. 651 Anm. 3 und Foerster a. a. O. 80 Anm. 37 sind mit Recht für ihre Glaubwürdigkeit eingetreten, ebenso Helen Rosenau, Der Kölner Dom (Veröffentlichungen des Kölnischen Geschichtsvereins 7), Köln 1931, S. 4.

³⁾ Vgl. oben S. 31 Anm. 1.

⁴⁾ S. oben S. 244 Anm. 4.

Non enim tam multa quam vera probitatis eius acta scribere proposui, ne michi ab hiis qui virum noverant de mendacio possit insultari, eo quod nondum expletus sit annus ex quo passus est, et ne congestorum copia legentibus generet fastidium¹⁾. Nunc autem, quam feliciter et difficulter de leva²⁾ temporalium per 'ascensum purpureum' (*Cant.* 3,10), id est martyrii meritum, ascenderit ad amplexum veri Salomonis, id est ad quietem divine contemplationis, stilus manifestet, quia, ut ait quidam ex eius concanonicis, sacerdos devotus ac litteratus, „aliam viam, per quam in tali statu positus ianuam regni celestis, que angusta est (*vgl. Matth. 7,14*), intrare potuisset, non considero“.

EXPLICIT DISTINCTIO PRIMA.

INCIPIIT SECUNDA.

1. [Quod propter defensionem ecclesie de Essende comes Fredericus in eius mortem latenter conspiravit.]

'Vas electionis' (*Act. 9,15*) beatus Paulus apostolus, electorum gloriam et divinam circa illos intelligens dispensationem, ait: 'Quos autem predestinavit, hos et vocavit, et quos vocavit, hos et iustificavit; quos autem iustificavit, hos et magnificavit' (*Rom. 8,30*). Quatuor hic enumerat: predestinationem, vocationem, iustificationem, magnificationem. Primum eternum est et est causa trium subsequentium. Quos Deus ab eterno predestinavit, hos in tempore vocat, iustificat et magnificat. Beatum pontificem Engelbertum ab eterno predestinatum predestinantis gratia ad martirii locum tempore et occasione quibus voluit vocavit, vocatum contritione, confessione et proprii sanguinis effusione iustificavit, iustificatum signis et virtutibus post mortem magnificavit et magnificare cottidie non cessat. De magnificatione eius celesti dicere non sufficimus, quia qualis vel quanta sit nescimus. Causa vero martirii eius, per quam illam promeruit, talis erat. Fridericus comes de

1 describere 2a. — 5 etsi diffic. 2a. b¹; difficulter *verbessert aus difficulter* || ter 1a. — 6 amplexus 2a. — 9 statu tali 2a. b¹; tum *fügt 2a hinzu* — 11 Expl. liber primus 2a. b¹. — 12 secundus in passione eiusdem 2a. b¹; VII. Idus Novembris. Capittula secundi libri *fügt 2a hinzu* — 13 Qualiter für Quod 2b¹. — 16 apost. Paulus 2b¹. — 20 et *fügt 2b¹ nach iustific. hinzu*. — 22 predestinat 2a. b¹. — 24 gratiam 2a. — 27 cottidie magnif. 2a. b¹. — 29 illa 2a. b¹. — Fredericus *und so immer 1b.*

1) Sulpicius Severus, Vita Martini c. 1,8 (ed. Halm S. 111): 'simul et legentibus consulendum fuit, ne quod his pareret copia congesta fastidium'.

2) Vgl. *Cant.* 2,6 und 8,3: 'Laeva eius sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me'. Vgl. oben S. 236.

Ysemberg¹⁾ advocatus fuit ecclesie de Hessende²⁾. Est enim abbatia regalis et ab imperatore tenetur. Iste Fridericus, fratre seniore³⁾ in fata decedente sine filio, ut fratris esset heres, recedens a clericatu factus est miles et tanto fortassis ad malignandum promptior, quanto a gratia remotior. Unde David in psalmo: 'Qui elongant se a te, peribunt. Perdidisti omnes qui fornicantur abs te' (*Ps. 72,27*). Non potest esse sine periculo et gratie detrimento, quando clerici, qui secundum nomen suum⁴⁾ de sorte sunt Dei, ordine mutato, militie se mancipant seculari. Tales, sicut exemplum habemus in multis, cum ad manum, ut dici solet, deteriorem tendunt, etiam malis peiores et crudelibus crudeliores fiunt. Hinc Iheremie dicitur a Domino: „Quid tu vides, Iheremia?“ Et dixit: „Ficus malas, malas valde“ (*Jer. 24,3*). Ficus male sunt mali religiosi, utputa monachi vel clerici; ficus male valde, cum ex illis fiunt laici. Fuerat enim Fridericus maioris ecclesie in Colonia canonicus⁵⁾. In comitem ex clerico mutatus, fit ecclesie Hessindensis nominaliter quidem advocatus, sed realiter inimicus. Non defensare, sed magis depredare didicit. Cum pater eius, comes Arnoldus de Altena⁶⁾, vir admodum prudens et modestus satis in genere suo, ratione advocatie satis indebite iam dictam vexaverit ecclesiam, 'iste novissimus' Fridericus 'exossavit' eam (*vgl. Jer. 50,17*). Advocatos sive scoltetos ecclesie contra voluntatem abbatisse sive sororum amovit, pro libitu novos restituit, homines monasterio quocumque iure attinentes tantis vexationibus angarians tantisque exactionibus excorians, ut nobilis illa ecclesia subsistere vel diutius eiusdem incubatoris insolentias sustinere non posset. Non legerat vel potius non attenderat scriptum (*Isai. 33,1*), si legerat, miserrimus ille: 'Ve qui predaris! Nonne

1 Ysemberch 1b; Ysynbergh 2b¹. — Essende 1b. 2a. b¹. — 2 regularis 2a. — 3 cedente 2a. b¹. — 4 fortasse 1b. — 9 habemus exemplum 2b¹; exemplum habes 2a. — 10 malum ut 2a. b¹. — 11 Quid tibi videtur 2a. b¹. — 13 maligni rel. 2a; rel. maligni 2b¹. — ut puto 2b¹. — 16 Essendensis hier 1b. 2b¹. — quidem fehlt 2a. b¹. — 17 depredari 1b. 2a. b¹. — Arnoldus comes 2a. b¹. — 19 vexaverat 2a. b¹. — 20 exossavit 2b¹. — 21 scultetos 1b. 2a; schultetos 2b¹. — 22 novas 2b¹. — instituit 1b.

¹⁾ Nach der Burg Isenberg an der Ruhr (Ruine in der Gemeinde Nieder-Bonsfeld im Kreis Hattingen) nannte sich mitunter dieser Graf Friedrich, der zweite Sohn des Grafen Arnold von Altena († nach 1205). Vgl. Th. Ilgen, Die ältesten Grafen von Berg und deren Abkömmlinge, die Grafen von Altena (Zeitschrift des Bergischen Geschichtsvereins 36, 1903, S. 46); über das Geschlecht auch B. Melchers, Die ältesten Grafen von Berg bis 1225 (eb. 45, 1912, S. 5 ff.).

²⁾ Essen an der Ruhr.

³⁾ Eberhard II. von Altena, gestorben bald nach 1207.

⁴⁾ kleros = sors.

⁵⁾ Vgl. Knipping, Reg. II, 1659 (Lacomblet II, Nr. 15), wo 1205 ein Kölner Domherr Friedrich als Zeuge auftritt, der wohl der Isenberger sein könnte.

⁶⁾ Vgl. oben S. 237 Anm. 6.

et ipse predaberis?' Abbatissa cum sororibus frequenter Coloniam veniens, cum coram prioribus¹⁾ suas miserias et Friderici violentias lacrimabiliter prius domino Theoderico²⁾ ac deinde eius successori Engelberto archiepiscopo exponeret, modicum profecerunt, eo quod
 5 amore cognationis multa circa illum dissimularet. Post annos aliquot sororum querimoniis dominus papa Honorius necnon et imperator Fridericus tediati, compatiētes sepe dicte ecclesie, cogentes episcopo litteras direxerunt³⁾. Qui cum ecclesie imperialis iniurias diutius dissimulare nec auderet nec vellet, comitem serius monuit, sed non
 10 profecit. Cui in tantum pepercit, ut ei de propriis redditibus annis singulis certam pensionem offerret, dummodo advocatia uti legitime vellet⁴⁾. Sed non acceptavit ille, 'quoniam in malivolam animam non introibit sapientia' (*Sap. 1,4*). Intelligens Fridericus voluntatem presulis, quod eum exheredare vellet, cognatis conqueritur et amicis. Et
 15 'ecce!' flante 'Beemoth' (*Iob 40,10*), cuius 'anhelitus prunas ardere facit' (*Iob 41,12*), sic succensus est ad episcopum interficiendum, ut verbis fumigantibus carbones, id est satellites suos, homines in malitia exercitatos et ad omne facinus pronos, ad parricidium inflammaret. Fridericus nomen Theutonicum est et interpretatur pacis dives, misero isti non nisi per antyphrasim, id est per contrarium, congruens.
 20 Nam pacis inops erat, pacis inimicos sibi socians. Mox cultelli, lancee et enses preparantur; a misero miseri falsis promissionibus animantur. „Ego sum“, inquit, „comes, castra fortia habens et terram. Duo ex fratribus meis episcopi sunt⁵⁾. Dux Walerammus, et terre nostre potentissimus, socer meus est⁶⁾“; cuius filius habiturus est comitiam de

1) sepius fügen nach Abbatissa 2a. b¹ hinzu. — frequenter fehlt 2a. b¹. — 5 dissimularent 1b. 2a. b¹. — 6 et fehlt 2b¹. — 7 tendiati 2a; attediati 1b. 2b¹. — litteras episcopo 2a. b¹. — 13 introivit 1b. — presulis volunt. 2a. b¹. — 14 exhereditare 2a. — 18 ad vor omne fehlt 2a. — 20 antifresim ursprünglich 2a; antyphrasim 2b¹, verbessert 2a. — 22 et fehlt 2a. b¹; ac 1b. — comparantur 2a. — promissis 2a. b¹. — 23 vestra für castra 2a. — habens in terram 2a. — 24 Walramus wie sonst 2a. — 25 comitiam 2a. b¹.

1) Zum Begriff der Prioren unter der Kölner Geistlichkeit vgl. G. von Below, Die Entstehung des ausschließlichen Wahlrechts der Domkapitel (Historische Studien XI), Leipzig 1883, S. 24 ff.

2) Vgl. oben S. 239 Anm. 6.

3) Diese Briefe sind nicht auf uns gekommen, dagegen solche Honorius' III. an Engelbert, die sich allgemein mit den Bedrückungen der Kirchenvögte befassen; vgl. Knipping, Reg. III 312, 313, 315.

4) Aehnlich berichtet Emo von Werum, MG. SS. XXIII, 509: 'promittens se velle ipsum de rebus patrimonii sui ditare, ne eidem plus iusto parceret; sed ille non acquievit'.

5) S. oben S. 237 Anm. 4—6.

6) Daß Friedrich eine Tochter Walrams III. von Limburg (namens Sophia oder Margarete) zur Frau hatte, bezeugen u. a. Reineri Leod. Ann. 1225 (MG. SS. XVI, 679), Gesta Trev., Cont. IV, 4 (eb. XXIV, 400); Levold von Northof, ed. Zschaeck S. 27, 1.

Monte¹⁾. Consobrinus sum Theoderici comitis Clivensis²⁾, cuius fratruelis est nobilis vir de Heynsberg³⁾. Godefridum comitem de Arnisberg⁴⁾, Ottonem comitem de Tickelinburg⁵⁾, Hermannum virum potentem de Lipa⁶⁾ et alios quam plures iniuriis affecit, lesit et offendit, nec est qui sanguinem suum vindicet. Omnes vos ditabo, protegam et sublimabo“. Simile huic tacito parricidio, antequam occideretur beatus episcopus, frater Friderici Engelbertus⁷⁾ cuidam honesto militi, sicut nuper ab eius ore audivi, proposuit dicens: „Tales et tales sunt cognati mei, tales ac tales affines mei“ — predictos nominans — „et quis michi fratribusque meis nocere posset?“ Respondente milite: „Nullus, maxime quamdiu vobiscum est dominus et cognatus vester archiepiscopus“, ille subiunxit: „Ponatur episcopus non superesse, et quis nobis vim vel contumeliam posset inferre?“ Cui respondit ut prius. Et satis displicuit ei verbum, postea bene intelligens, quare illud protulerit. Ex quo conicitur idem sacrilegium tunc primum, cum episcopus occisus est, non fuisse conceptum, sed diu pretractatum. Dicuntur eius conspirationi consensisse nonnulli potentes, quos fama non tacet et quos propter tempus nominare non licet. Sed veniet narrantibus hora, quia, sicut Salvator dicit in Evangelio, 'nichil opertum quod non reveletur et occultum quod non sciatur' (*Matth.* 10,26).

2. [Quod in Susatia inter dominum episcopum et comitem Fredericum de pace tractatum est.]

Post festum omnium sanctorum⁸⁾ Deo dilectus pontifex propter bo-

1 sum *fehlt* 1a. — 2 fratruelis 2a; frater 1a. — Heimsberg 2a; Hemisberg 2b¹. — Arinsberg 2b¹. — 3 Tickelinberg 2a, b¹. — Herrmannum 2a. — virum *fehlt* 2a, b¹. — 4 Lippia 2a. — 5 eius *für* suum 1a. — nos 2a. — protigam 2a. — 9 talis sunt 1a. — et *für* ac 2a, b¹. — sunt *fügt* 2b¹ *vor* affines *ein*. — affines 2a. — nobiles *fügt* 2b¹ *zu* predictos *hinzu*. — 11 et *für* est 2a. — 12 archiepiscopum non 2b¹. — 13 et *für* vel 2a. — contumelias 2a, b¹. — miles *fügen* 2a, b¹ *nach* Cui *hinzu*. — 14 intelligit 2a. — 15 conitur 2a. — non *fügt* 2b¹ *nach* sacrilegium *hinzu*. — 16 non *fehlt* 2a, b¹. — 17 pertractatum *von anderer Hand verbessert* 2b¹. — nonnullos 2a, b¹. — 19 dicit (*di* 2a) Salvator 2a, b¹.

¹⁾ S. oben S. 240 Anm. 8 und S. 241 Anm. 1.

²⁾ Dietrich VI. von Kleve (1202—1260), dessen Vetter Friedrich wohl durch seine Mutter war.

³⁾ Dietrich V. von Heinsberg († 1228) war Vetter Arnolds III. von Kleve (1193—1202), des Vaters von Dietrich VI. Arnold war mit Aleidis von Heinsberg verheiratet; vgl. R. Scholten, Clevische Chronik ... des Gert van der Schuren (Cleve 1884) S. 193.

⁴⁾ Gottfried II. von Arnberg (1185—1236).

⁵⁾ Otto II. von Tecklenburg (1203—1262).

⁶⁾ Hermann II. von Lippe (1196—1229).

⁷⁾ S. oben S. 237 Anm. 5.

⁸⁾ 1. November 1225.

num pacis Susatiam venit¹⁾. Venit et Fridericus cum fratribus suis episcopis, aliis cognatis suis atque consiliariis. Ubi cum triduo pro compositione laboratum esset, nulla via que Friderico placeret inveniri potuit²⁾. Induraverat enim dyabolus cor eius quasi lapidem et strinxerat illud quasi malleatoris incudem (*vgl. Iob 41,15*). Cuius consiliariis tunc temporis congruebat, quod de dyabolo, cuius membra per conspirationem effecti sunt, paulo superius ad Iob dictum est a Domino: 'Corpus', inquit, 'eius, quasi scuta fusilia, squamis se prementibus. Una uni coniungitur et ne spiraculum quidem incedit per eas. Una adheret alteri et tenentes se nequaquam separabuntur' (*Iob 41,6—8*). Ita erant, quidquid ore dicerent, conspiratores illi in concepta malitia pertinaces et indurati, ita coherentes et confederati, ut nullum pacis consilium corde possent admittere.

3. [Quod quibusdam religiosis mors eius revelata est, etiam quibusdam eum premunientibus non solum litteris, sed et verbis.]

Placuit circa idem tempus Spiritui sancto martiris sui finem quibusdam viris religiosis et hoc diversis in locis revelare. Monachus quidam congregationis nostre, iuvenis probate vite, abbati nostro secretius dicebat: „Domine, si habetis aliqua tractare cum archiepiscopo, ne differatis, quia citius morietur“. Post dies paucos infirmarius noster Winandus nomine³⁾ pro negotio quodam ad ipsum Susatiam directus est. Qui cum in Veteri Monte, domo ordinis nostri⁴⁾, pernottaret, mane recedente eo, superior subsecutus ait: „Est apud nos conversus quidam spiritum habens propheticum, sicut sepe experti sumus. Hic dicit tribulationem maximam in brevi venturam esse super dominum nostrum archiepiscopum. Propter quod rogo vos, ut moneatis

2 aliisque c. 2a. b¹. — 3 pacis *fügen nach* compos. *hinzu* 2a. b¹. — invenire 1a. — 4 enim *fehlt* 2a. — 5 id *für* illud 2a. b¹. — 7 post *fügt nach* paulo 2b¹ *hinzu*. — 8 eius *fehlt* 2b¹. — squamis 2b¹. — 9 incedat 1a. — 13 posset 2b¹. — 14 religiosi 2a. — 16 non *bis* verbis *fehlt* 2b¹. — 22 Wynandus 2b¹. — 23 et *für* est 2b¹. — 24 recedentem 2b¹. — eo *fehlt* 2a. b¹. — 25 habens spir. 1a. — sicuti 2a. b¹. — 26 dicit *fehlt* 2a. b¹. — iuveni ventura *für* in brevi vent. 2a; in br. venturum 2b¹. — 27 prophetat *fügt* 2b¹ *nach* archiepisc. *hinzu*. — Quapropter *für* Propter quod 2a. b¹.

¹⁾ Vgl. Knipping, Reg. III, 567 (Anfang November), wo es heißt: 'constituti apud Sosatum oppidum nostrum cum multa turba clarorum virorum'.

²⁾ Friedrich wurde im nächsten Jahre 1226 am Martinsfest, dem 11. November, nach Köln gebracht, am selben Tage, den 'episcopus ad vivens pro forma compositionis agenda ipsi prefixerat' (Chron. reg. Colon. Cont. IV. ed. Waitz S. 259).

³⁾ 'Winandus infirmarius noster' wird von Caesarius auch im Dial. mirac. IX, 2 und (ohne Namen) in den Homilien (oben Band I, 97 Nr. 33) erwähnt; vgl. auch Dial. mirac. X, 2 und 39.

⁴⁾ Altenberg.

ipsum, quatinus cautus sit super se et custodiat se“. Cui ille respondit: „Melius est, ut taceam, quia pro frivolo reputaret“. Veniens tamen ad eum, benigne ab eo susceptus est et expeditus, nec aliquid horum que dicta sunt recitare presumpsit. Nam die sequenti dominus episcopus litteras indices mortis sue accepit¹⁾. Quas cum legisset, in ignem mittens pede conculcavit, ne discordie seminarium fierent inter ipsum et cognatum suum comitem Fridericum. Recitavit tamen eas episcopo Mindensi²⁾, qui presens erat. Cui cum diceret ille: „Domine, propter Deum custodite vos, non solum propter vos, immo etiam propter utilitatem ecclesie vestre et salutem totius terre“, respondit ille: „Angustie michi sunt undique“ (*Dan. 13,22*), et quid michi faciendum sit, Dominus novit, prorsus ignoro. Ve michi, si tacuero. Si autem eis proposuero, dicent, immo amicis et cognatis de me conquerentur, quod parricidii crimen ipsis inpingam“. Non solum de Friderico, sed etiam de Godefrido et Willelmo fratribus eius suspicio fuit³⁾. Et adiecit: „Ego ab hac hora corpus meum et animam meam committo divine providentie“.

4. [Quod confessionem suam episcopo Mindensi faciens, fratribus Frederici, episcopo Monasteriensi et Osenburgensi, que sibi intimata fuerant manifestavit.]

Et assumens episcopum in capellam suam, solus soli confiteri cepit omnia peccata sua ab ineunte etate cum tanto ymbre lacrimarum, ut totum pectus eius infunderent et cordis maculas crebris stillicidiis, ut speramus, diluerent. Cui cum diceret dominus Mindensis: „Timeo aliquid latere adhuc in conscientia vestra, quod michi dictum non sit“, respondit beatus ille: „Dominus scit nichil me ex industria subticuisse“. Postea tamen plenius cogitans de peccatis suis, summo mane in priorem locum ducens confessorem suum confessor Domini in spiritu humilitatis et in animo contrito, quod memorie occurrerat, rursus cum tantis lacrimis confessus est, ut in tali persona talem gratiam lacri-

1 (super se *fehlt*) seque custodiat 2a. b¹. — 3 ab eo *fehlt* 2a. b¹. — eorum 2a. b¹. — 6 ne ne disc. 2 b¹. — 8 Mindensis 1a, *verbessert*; Mindensens 2a; Myndenens 2 b¹; Meldens *von erster Hand*, Mindens *am Rande* 1 b. — pro Deo 2a. b¹. — 9 etiam *fehlt* 2 b¹. — 10 nostre 2a. b¹. — 11 sit *über der Zeile* 2a, *fehlt* 2 b¹. — 12 prosus 1a. — 14 eis *für* ipsis 2 b¹. — 15 Willelmo 2a. b¹. — 16 meum *fehlt* 2a. b¹. — divine comm. prov. 2a. b¹; div. prov. comm. 1 b. — 19 Osnaburgensi 2 b¹. — 21 Assumensque 2a. b¹. — cepit conf. 2a. b¹. — 23 eius pectus 1 b. — 24 diluerunt 2a. — Myndenens 2a. — 25 (aliquid *fehlt*) adhuc latere 2a. b¹. — 26 ille beatus 2 b¹. — me ex industria nichil 2a. b¹.

1) Unten c. 7 (S. 260) berichtet Caesarius, daß dieser Brief von Graf Friedrichs Knappen Herenbert Rennekoie geschrieben worden sei; vgl. Kleist a. a. O. 187 f.

2) Konrad I. von Rügenberg (1209—1236).

3) Vgl. unten S. 279, Anm. 2.

marum episcopus Mindensis mirari non sufficeret, et ille merito cum propheta dicere posset: „Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam“ (Ps. 118,136). Teste eodem episcopo, cuius relatione hec comperta sunt, sic se contritione cordis coram Domino mactavit, sic se oris confessione mundavit, tam sollicitè utraque iustificatione se preparans, acsi ipsa die moriturus esset. Postea, conscientia serenata, confidenter ait: „Modo voluntas Dei de me fiat“. Ecce! sic verus et summus sacerdos, homo Christus Iesus, qui se in ara crucis offerre dignatus est hostiam propitiationis pro peccatis nostris (vgl. 1. Ioh. 2,2), sacerdotem penitentem pro diluvio lacrimarum suarum abluere et emundare voluit, ut Deo Patri per martirium offerendus in holocaustum esset hostia pura, hostia sancta, hostia placens et immaculata¹⁾. Sacerdotes veteris testamenti hostias offerendas prius lavabant.

Interim pulsatum est ad ostium capelle, et non permisit aperiri dominus archiepiscopus, eo quod haberet oculos ex fletu adhuc tumidos et humidos. Cumque pulsantes perseverarent et dicerent, quia Monasteriensis et Osenbrucgensis episcopi ad ostium starent, postquam oculos exterserat et faciem siccaverat, intronmissi sunt; ponensque manus super humeros illorum, dexteram super scapulam unius et sinistram super scapulam alterius, ait: „Vos, domini, ambo cognati mei estis. Ego, sicut optime nostis, in nullo vos lesi, sed in quantum potui, semper promovi necnon et fratres vestros. Et ecce! a diversis tam literis quam verbis michi intimatum est, quod frater vester, comes Fredericus, quem intime dilexi et cui non nocui, malum michi machinetur, volens me occidere“. Ad quod verbum illi simulantes, quod in corde non habebant, pavidi responderunt: „Absit hoc, domine, absit; nec est necesse vos de hoc verbo pertimescere, quia nunquam ascendit in cor eius. Omnes per vos ditati, honorati et sublimati sumus“. Hoc verissimum erat. Nam Theodericum electus in archiepiscopum statim promovit in maiorem prepositum²⁾, deinde in episcopum Monaste-

1 Myndensis 2a. b¹. — 3 custodivi 2a. b¹. — 6 acsi bis serenata fehlt 2a. — 10 profluvio für pro diluvio 2a. b¹. — 15 und 18 hostium 2a. — 16 humidos et tum. 2a. — 18 Osenburgensis 2a; Osnaburgensis 1 b. 2 b¹. — 19 siccaret verbessert in siccarat 2a. — Für ponensque bis 21 ait hat am Rande Quibus dominus archiepiscopus ait 2a; Quibus et ait im Text 2 b¹. — 21 Nach domini fügt et 2a hinzu. — 24 comes Fr. fr. vester 2a. b¹. — 28 vos nach pertimescere 2a. b¹. — 29 et fehlt 2a. — 30 verissime 2 b¹. — Theodericus 2a; Theodricus 2 b¹. — 31 propositum 2a.

¹⁾ Vgl. das Meßgebet u. a. im Sacramentarium Gregorianum c. 1, 26 (ed. H. Lietzmann, Liturgiegeschichtliche Quellen III, 1921, S. 3): ‘Offerimus praeclaræ maiestati tuæ — — hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam’; Rom. 12, 1: ‘hostiam viventem, sanctam, Deo placentem’.

²⁾ Vor April 1217, da am 10. dieses Monats Dechant und Domherren von Soest von Honorius III. die Bestätigung des Rechts der freien Propstwahl erwirkten (Potthast, Regesta I, 5515); vorher war eben Dietrich dort Propst gewesen.

riensem ¹⁾, Engelbertum vero in prepositum Beati Georgii ²⁾ et postea in episcopum Osinbrugensem ³⁾, Philippum fratrem illorum in maioris ecclesie Colonie canonicum, insuper illum faciens thesaurarium ⁴⁾. Eodem tempore, quo occisus est, laboravit, ut frater eorum Bruno fieret maior prepositus ecclesie Traiectensis. Hec idcirco commemoravi, ut lector cognoscat, qualem vicem ei rependerint. Revera ‚retribuebant‘ ei ‚mala pro bonis‘ (Ps. 34,12) et cum loqueretur illis et pro illis bonum, impugnabant eum gratis (Ps. 119,7; Jer. 18,20).

5 [De eo quod de Susatia et versus Suelme festinans viduam in via vindicavit.] 10

Comes Fridericus, ut conceptam malitiam melius dissimulare posset, verbo tenus pro bono pacis sibi a domino episcopo oblata acceptavit, cum ipso de Susatia exiens eumque tam familiariter deducens, ut ei episcopus diceret: „Cognate, cum multa iocunditate simul ascen-
demus ad sollempnem curiam regis, quam in Nuringberg ⁵⁾ celebra- 15
brabit cum principibus“. Sciens Fridericus, quod postera die ecclesiam dedicaturus esset in Suelme ⁶⁾, nacta occasione, exemplo Iude, petita licentia, ad satellites suos rediit; quos ad diversas destinans insidias quid facturi essent instruxit et, quanto studiosius poterat, animavit. Erat enim feria sexta post festum Omnium Sancto- 20
rum ⁷⁾ et Domini electus, die eadem sanctis omnibus per passionis

1 vero in. prepos. (propos. 2a) Beati (Sancti 2b¹) Georgii et postea *fehlt* 1a. — 2 Osenburgensem et Ph. 2a; Osinburgensem et Ph. 2b¹. — eorum 2a. — maiori ecclesia 2a. b¹. — 5 Trai. eccl. 2a. b¹. — 6 vicem *am Rande hinzugefügt* 2a. — rependerunt 2b¹. — 9 de *fehlt* 2b¹. — exiens *fügt* 2b¹ *nach* Susacia *hinzu*. — Swelme 2a. — 15 Nuringberch 2b¹. — celebrabat 2a. — 17 dedicaturus esset eccl. 2b¹. — Swelme villa, nacta 1b. — 19 erant *für* essent 1b. — 21 dominus 2b¹.

1) Am 22. Juli 1218 wurde er gewählt.

2) Der Erzbischof hatte sich selbst die Propstei von St. Georg in Köln bis zum Empfang des Palliums (24. April 1218) bewahrt, sie aber vor dem 28. Juni 1218 auf seinen Verwandten Engelbert von Altena übertragen (Knipping, Reg. III, 210, 302 u. a.).

3) Nach Juni 1224.

4) Als Domkustos erscheint er seit 1222; vgl. Knipping, Reg. III, 344; unten S. 283 Anm. 2.

5) Vgl. unten S. 271 Anm. 3.

6) Ueber den Tag der geplanten Kirchweihe in Schwelm (zwischen Wuppertal-Barmen und Hagen in Westfalen) gehen die Quellen auseinander. Nach Chron. reg. Colon. Cont. IV (ed. Waitz S. 256) sollte sie am 9. November sein (‘ecclesia Suelme, quam ipse sequenti dominica erat consecraturus’), während die Gesta Trev., Cont. IV, c. 4 (MG. SS. XXIV, 400) mit Caesarius auf den 8. November führen: ‘Martirizatus est beatus Engilbertus in vigilia sancti Willebrodi, advesperascente iam die, feria sexta (Nacht auf Samstag, den 8. November), adhuc ieiunus, prope villam Swelme, in qua proximo die ecclesiam erat consecraturus’.

7) Der 7. November.

meritum sociandus, ad dedicationis locum venire ieiunus disponebat. Cui eodem die vidua quedam occurrit, super duabus causis sub interminatione divini nominis iudicium illius flagitans. Cuius vociferatione Domini sacerdos commotus, ne in hoc inferior videretur iudice iniquitatis, de quo Dominus dicit in Evangelio, 'qui Deum non timebat et hominem non reverebatur' (*Luc. 18,2*), mox de equo descendit et, sede composita, loco ducis ad iudicandum sedens, super feodo, de quo vidua conquesta est, sententiam quesivit et accepit. Pro se enim et contra viduam sententiam audiens latam, ex multa cordis compassione cum effectu protulit verbum memoria dignum: „En, domina“, inquit, „feodum, de quo conquesta estis, vobis per sententiam est ablatum michique adjudicatum. Sed ego propter Deum, vestre compassus miserie, illud vobis relinquo. Alterius negotii vestri querimonia ad me non pertinet“. Simile aliquid legimus in hystoria Romana de pio principe Traiano ¹⁾.
 15 Qui cum esset in expeditione positus et militia vallatus, vidua illi vetustissima in foro occurrens et iniuriam suam illi conquerens, cum ille diceret se iustitiam ei facturum cum rediret et illa responderet reditum eius esse incertum, mox dominus orbis substitit, viduam audivit et vindicavit, omnia sua illi restituens. Amplius aliquid operatus est princeps
 20 noster. Traianus per iudicium vidue fecit iustitiam, Engelbertus omne iudicium convertit in misericordiam. Et quia 'sine fide impossibile est placere Deo' (*Hebr. 11,6*), si imperator opus illud pietatis exercuit zelo iustitie, non appetitu secularis glorie, poterat ei esse ad mitigationem pene, quod sacerdoti Domini, eo quod vir esset catholicus, contritus et confessus, meritum fuisse creditur vite eterne. Opus imperatoris,
 25 eo quod extra caritatem fieret, mortuum remansit; opus vero episcopi, quod ex caritate factum speramus, glorie martirii multum eum habilitavit.

6. [Quod comes Fredericus crebrius ad ipsum veniens statum eius exploravit.]
 30

Cumque properaret ad locum destinatum, comes Fridericus circa

1 disposuit 2a. b¹. — 4 sacerdos Dei 2a. b¹. — 7 feude 2b¹. — 9 cum eff. fehlt 2a. b¹. — 10 Eya für En 2a. — feodum 1b. 2b¹. — 12 id für illud 2a. b¹. — 13 ad me non pert. querim. 2b¹. — 14 die für de 2a. — principio 2a. — 15 millicia 2a. — 19 sua fehlt 2a. b¹. — 21 vertit 2b¹. — 22 opus fehlt 2a. b¹. — illiud 2b¹. — 24 chathol. 1a. 2b¹; et fügen 2a. b¹ hinzu, doch in 2b¹ getilgt. — 25 meritorium 2a; meritorium 2b¹. — 27 caritate 2a. — eum fehlt 2a. b¹.

¹⁾ Caesarius' Quelle war hier nicht die älteste Darstellung der Fabel, die Northumbrische Vita Gregorii Magni c. 29 (ed. Gasquet, A Life of Pope St. Gregory the Great, Westminster 1904, S. 33), sondern die davon abhängige interpolierte Vita des Paulus Diaconus c. 27 (Migne, Patrol. Lat. 75, Sp. 56 f.) oder eher eine daraus schöpfende Chronik. Vgl. zu der Erzählung Arturo Graf, Roma nella memoria e nelle immaginazioni del medio evo II (Turin 1883), 1 ff.

meridiem ad eum venit, certificari tantum volens, quo tenderet, qui vel quanti cum eo essent. Quem cum episcopus salutaret et, ut secum pernoctaret, plurimum invitaret, non acquievit ille, aliquid ut prius occasionis pretendens. O cor agninum, o oculus columbinum, cor sine felle, oculus sine suspicione! Invitat amicus hostem, domesticus latronem, hostia carnificem. Comite recedente et pontifice procedente, tempus adest vespertinum. Vesperis vero dictis, rursus adest comes. Quem videns a longe Conradus comes Tremonie¹⁾ ait ad episcopum: „Domine, creber comitis huius accessus vel recessus multum michi suspectus est. Et nunc tertio venit, et non sicut ante in palefrido, sed in dextrario²⁾. Consulo ut vos dextrarium vestrum ascendatis“. Cui ille respondit: „Hoc nimis esset notabile. Non eum timeo, quia non nocui illum“. Cumque appropinquaret, consideraverunt colorem vultus eius totum immutatum. ‘Heu! quam difficile est’, ut quidam ait, ‘crimen non prodere vultu’³⁾. Et cepit eum alloqui episcopus et dicere: „Sciebam, cognate, quod tandem maneres mecum“. Et non respondit ei, conscius ipse sibi, et pergebant simul. Propter quod quidam tam ex clericis quam ex militibus suspicione territi subtraxerunt se illorum comitatu. Nam magna pars episcopalis familie cum cocis dudum ad hospitium preparandum precesserat et pauci cum pontifice remanserant. Sole properante ad occasum, hostia cum immolante properat ad aram, ut fieret Domino sacrificium vespertinum, quod dignius erat in lege. Passus est Christus sexta feria, hora sexta⁴⁾, scilicet in meridie, ut declararet se mediatorem Dei et hominum. Engelbertum vero pati voluit eadem feria, sed in fine diei, ut ostenderet eum per bonum finem, non per precedentem vitam coronatum. Per caudam hostie bonus finis designatus est in lege. Hostiam sine cauda offerre non licuit (vgl. *Levit.* 22,23), neque Deo vita bona sine bono fine placebit. Sciens scriptum beatus ille: ‘Qualem te invenero, talem te iudicabo’⁵⁾, maxime a religiosis expetere solebat, quatinus ei finem bonum suis orationibus apud Deum optinerent. Quod et factum est ordine tali.

3 vellet *fügt nach* pernoct. 1a *hinzu*. — 7 rursus adest comes (adest c. rurs. 2a) 2a. b¹; rursus comes adest 1b. — 8 a longe Conr. comes (videns *an Rande hinzugefügt*) 2a. — Conradus 2b¹. — 9 sive *für* vel 2a. b¹. — 10 est susp. En nunc 2a. b¹. — 11 vobis *fügen* 2a. b¹ *nach* Consulo *hinzu*, et *nach* ut 2a. — 13 vultus (vultum 2b¹) eius col. 2a. b¹. — 15 aloqui 2a. — 16 maneat 2b¹. — verbum *fügen nach* ei 2a. b¹ *hinzu*. — 18 comit. ill. 2a. b¹. — 19 totis *für* cocis 2a. — 23 feria sexta 1b. 2a. — 24 mediatorem 2a; esse *fügen* 1b. 2a. b¹ *hinzu*. — Engelbertum *hier* 2b¹. — 29 iudico 2a. b¹.

¹⁾ Konrad I. von Dortmund (1200 bis um 1230); vgl. K. Rübél, Geschichte der Grafschaft und der freien Reichsstadt Dortmund (Dortmund 1917), 101 ff.

²⁾ Das Streitroß im Gegensatz zum ‘Pferd’, Zelter.

³⁾ Dieser Vers aus Ovid, *Metamorph.* II, 447 wird von Caesarius auch oben S. 53 angeführt.

⁴⁾ Vgl. u. a. Matth. 27, 45.

⁵⁾ Von mir nicht ermittelt. Poncelet vergleicht zweifelnd Ezech. 24, 14. Vgl. auch Jakob Werner, Lateinische Sprichwörter und Sinnsprüche des Mittelalters (= Sammlung mittellatein. Texte her. von A. Hilka III), 1912, S. 74 Nr. 16: ‘Qualem te video, talem temet fore dico’.

7. [De morte eius et quod Suelme delatum est corpus eius.]

Circa crepusculum ventum est ad locum insidiarum. Ecce! comes enormitatem concepti facinoris considerans et abhorrescens, dicere cepit
 5 ad suos: „Ve michi misero! Quid est quod facere volui, ut dominum et cognatum meum occiderem?“ Quem mox hii, quos ipse dudum flatu Beemoth¹⁾ succenderat, reaccendentes, sic ad facinus instigaverunt, ut ad instar colubri venenum, quod ad modicum evomuerat, ardentius resumeret. Qui mox cum Herenberto²⁾ de nece episcopi tractans, voluntatem suam ei exposuit. Statim ille, secundum quod edoctus fuerat
 10 a fratre suo dapifero, assumpto secum Herinberto de Swerten³⁾, dominum archiepiscopum precesserunt. Et cum in ascensu montis essent, comes ait: „Domine, hic est via nostra“. Cui episcopus respondit: „Dominus nos custodiat“. Non enim sine suspicione fuit. Tunc comes
 15 parum expectans, alios famulos post ipsum destinavit, precipiens eis, ut Herenberto assisterent in eo quod inciperet. Cumque viam concavam, que in supremitate duabus semitis hinc inde cingebatur, episcopus ingrederetur, premissi servi comitis cum tanto strepitu ingressum preantecipaverunt, ut etiam ipse dominus episcopus, sicut hodie testis est cellerarius de Hemmerade⁴⁾, turbatus miraretur. Alii a dextris, alii a sinistris gradiebantur, quidam vero retro cum comite insidias observantes
 20 sequebantur. Tunc Herenbertus, signum eis dans qui in latebris erant, tam horrificum emisit sibilum, ut non solum homines traditionem ignorant, sed et equi quibus insidebant stuperent. Mox hii qui preces-

1 Swelme 2a. — 3 crepulcum 2a. — loca 2a. — Et fügen 2a. b¹ vor Ecce hinzu. — 4 abhorrens 2a. b¹. — 7 Behemot 2a; Behemoth 2a. b¹. — 8 evomerat 2b¹. — 11 Herenberto 2a. b¹. — 12 esset 2a. b¹. — 13 vestra 1b; nostra fehlt 2a. b¹. — 14 parum exp. comes 2a. b¹. — 16 iam für viam 2b¹. — 17 summitate 2b¹. — dominus fügen 2a. b¹ vor episcopus ein. — 19 pontifex für dominus episc. 2a. b¹. — 20 Hemmerode 2b¹. — turbatur 2b¹. — a vor sinistris fehlt 2b¹. — 23 sibilum 2a. — solum fehlt 2a. b¹. — 24 insedebant 2a. b¹.

1) Vgl. oben S. 251 Z. 15.

2) Herenbert Rennekoie wird er unten S. 260 genannt.

3) Vielleicht ist hier für Herinbertus Ricbertus zu lesen. Ein Ricbertus de Sverte (Schwerte nahe der Ruhr südöstlich von Dortmund) ist 1200 als Sohn seines gleichnamigen Vaters urkundlich bezeugt (Westfäl. Urkundenbuch VII Nr. 2). Zu denken gibt, daß ein Bruder Ricberts des Jüngeren, Giselher (vgl. ebenda) 1231 allein als Zeuge auftritt (Nr. 382).

4) Heinrich, nach jüngerer Angabe der spätere Abt von Himmerode, Heinrich II. von Bruch (1226/29—1235); vgl. C. Wilkes, Die Zisterzienserabtei Himmerode im 12. und 13. Jahrhundert S. 42. Trifft die Angabe zu, so sind in der eb. S. 60 aufgestellten Cellerarenliste unter Nr. 5 zwei Heinrich zu unterscheiden, für 1224/25 der hier erwähnte Cellerar, für 1231—1241/42 ein anderer gleichen Namens. Vgl. oben S. 109 Anm. 1.

serant, extractis gladiis, reversi sunt. Quo viso, miles quidam, qui inter ipsos et episcopum erat, territus clamavit: „Domine, ascendite cito dextrarium vestrum, quia mors in ianuis est“. Ducebatur enim a tergo eius a nobili adolescente de Hemmersbach¹⁾. Videntes famuli comitis, quod dextrarium ascendisset, obicerunt se ei et vulneravit eum unus graviter in crure, nullo eum defendente, excepto Cûnrado de Tremonia²⁾, qui se, extracto gladio, Herenberto Rennekoie³⁾ obiecit. Quem idem Herenbertus preveniens, magno ictu in fronte eum percussit. Avertente se Cûnrado ab eo, alius eum inter scapulas vulneravit. Ecce! iste est Herenbertus, qui paulo ante dominum episcopum premunierat, ut, si secus quam ipse speraret res eveniret, ipse se excusare posset⁴⁾. Videntes ista qui erant cum episcopo, ‘omnes, relicto eo, fugerunt’ (*Matth. 26,56*), et impletum est in illis, quod per prophetam de capite nostro scriptum est: ‘Percutiam pastorem et dispergentur oves’ (*Matth. 26,31*).

Quid post hec de episcopo gestum sit, tum propter suorum fugam, tum propter noctem imminuentem, quia plene sciri non poterat, nutu Dei actum est ad martirii eius ordinem modumque declarandum, ut comes Fridericus ab Urbe rediens Coloniam captivus duceretur⁵⁾; qui culpam suam palam confessus parricidii reos nominatim expressit, etiam fratres suos supradictos de reatu accusans. Captus est cum eo cum altero quodam Tobias notarius suus⁶⁾, qui in vinculis positus ad pe-

2 qui von anderer Hand über der Zeile ergänzt 1 a. — 4 nobile 2 a. — Hemirsbach 2 a. b¹ (verbessert). — 5 famili 2 a. — 6 unus cum in crure grav. 2 a. — 7 defensante 2 a. b¹. — milite fügen 2 a. b¹ nach excepto hinzu. — Conrado 2 a; Conrardo 2 b¹. — 8 Rinekoye 2 a; Renekore verbessert in Rinekore 2 b¹. — 8 Herenbritus 2 a. — 9 eum fehlt 2 a. b¹. — Conrado 2 a; Conrardo 2 b¹. — alio ictu für alius 2 a. b¹. — 10 inter scap. eum 2 b¹. — Hernbertus 2 b¹. — 16 ipso für episcopo 2 a. b¹. — 21 supradictos fehlt 2 a. b¹. — et fügen 2 a. b¹ nach est hinzu. — et cum milite für cum altero 2 a. b¹. — 22 Thobias 2 b¹ und so immer. — eius für suus 2 a. b¹.

¹⁾ Vielleicht der in einer Urkunde vom 6. Juli 1260 als Zeuge auftretende Edelherr Gottfried von Hemmersbach (an der Erft westlich von Köln, Kreis Bergheim); vgl. Lacomblet, UB. II, Nr. 493. Der eb. Nr. 59 und 67 genannte Gottfried kommt nicht in Betracht.

²⁾ Ueber Konrad vgl. oben S. 258 Anm. 1.

³⁾ Ficker, Engelbert S. 163 (mit Anm. 6 S. 263) glaubte darin den Namen des Märkischen Ministerialengeschlechts von Rinkerode zu erkennen, das nach dem Ort gleichen Namens im Landkreis Münster benannt ist; darin ist ihm die neuere Literatur mit Ausnahme von Poncelet und Foerster (a. a. O. 119 f.) gefolgt. Doch vermutet Poncelet a. a. O. 656, Anm. 1 mit Recht, daß Rennekoie als Beiname, nicht als Ortsname aufzufassen ist. In der Münsterschen Chronik des Florenz von Wevelinkhoven (J. Ficker, Die Münsterschen Chroniken des Mittelalters, Münster 1851, S. 30) ist der Beiname zu Rydenkaten geworden.

⁴⁾ Vgl. oben S. 254 Anm. 1.

⁵⁾ Vgl. unten S. 279 f.

⁶⁾ Urkundlich nicht nachweisbar.

tionem quorundam canonicorum, qui me ad scribendum amplius sollicitaverant, ut verius scribi posset, qualiter vel a quibus beatus episcopus sit occisus, spe consequende venie etiam scripto manifestavit, Deum testem invocans in anima sua se vera dixisse, secundum quod
 5 ipsius comitis in agone et aliorum nefandorum Rome confessio patefecit. Et hec de hiis dicta sufficiant.

Cumque dominus episcopus adhuc esset in via concava, satellites premissi per frenum ipsum rapiantes, sicut scribit Tobias, dextrarium eius cum tanta violentia verterunt, ut frenum ei e manibus traherent.
 10 Qui cum ex utraque parte viam declinare non posset, quia arcta et concava fuit, media via in descensu fugit. Illis autem eum insequentibus, Ioachym dextrarium in femore vulneravit et, cum ex neutra parte in via ipsum preire possent, Herenbertus extra viam in equo prosiliens in acutissima semita, sicut confessus est, ipsum preveniens per capucium cappe arripuit et eum ex latere ad se inclinans secum ad terram traxit. Et mox
 15 vi surgens episcopus, quia fortior illo erat, extra viam fugit in rubum, solo Herenberto per fimbriam cappe illi inherente. Cumque clamorem in rubo comes audisset, propius accedens clamasse dicitur: „Apprehendite et tenete eum, quia fortior nobis iam efficitur vir“. Et cum
 20 verba supplicationis emitteret episcopus et diceret: „Sancte Petre, quid michi imputant isti homines?“ frendens Fridericus ait: „Cedite latronem, cedite, qui et nobiles exheredit et nemini parcat“. Tunc Gissilerus¹⁾ videns Herenbertum cappe eius inherentem, festinanter descendit et furibunde post eos currens primum vulnus in capite sibi
 25 fecit; secundo ictu vibrato, ut puto, manum illi amputavit; cuius corpus idem Gissilerus etiam gladio transfixit. Verba sunt Tobie. Eadem hora Iordanis, qui ab eo proscriptus fuerat, superveniens maximum vulnus in capite eius infixit, — sicut se iactavit in Ysenberg, — secundo dicente episcopo: „O we!“ Tunc ipsum seorsum inclinantes²⁾, Heren-

2 possent 1a. — 3 etiam scripto *fehlt* 2a. b¹. — 4 animam sua 2a. — 7 Porro cum *für* Cumque 2a. b¹. — positus *fügen* 2a. b¹ *nach* concava *hinzu*. — 8 ipsum *fehlt* 2a. b¹. — Tobias 2a. — cum tanta viol. dextr. eius 2a. b¹. — 10 decl. viam 2a. b¹. — 12 Ioachim 2a. b¹. — eius *fügen* 2a. b¹ *nach* dextrarium *hinzu*. — parte in *fehlt* 1a. — 13 non *fügen* 2a. b¹ *nach* preire *hinzu*. — Herinbertus 2a. — presiliens 2a. b¹. — 14 capē (= capere) 2a; capere 2b¹, *vom Korrektor getilgt*. — arru- puit 2a. — 16 violenter surgens beatus episcopus 2a. b¹. — fugit *bis* clamorem *fehlt* 2a. b¹. — 19 iam *fehlt* 2a. b¹. — 22 Gisilbertus 2a. b¹; Gisellerus quidam 1b. — 24 cursitans 2a. b¹. — capite eius dedit illi 2a; capite illi dedit 2b¹. — 25 vibrans ferrum manum ei ut puto (ut p. ei 2b¹) abscondit 2a. b¹. — 26 Gisilbertus 2a; Ghisilbertus 2b¹. — 27 Ior- danus 2a. b¹. — 28 capiti *für* in c. 2a. b¹. — sicut *fehlt* 2b¹. — Isenberg 2a; Ysenberch 2b¹. — 29 O ve 2b¹. — seorsum ipsum (*am Rande verbes- sert aus ipsius* 2a) 2a. b¹.

¹⁾ Wohl nicht der Bruder Ricberts von Schwerte; vgl. oben S. 259 Anm. 3.

²⁾ Die Annahme eines Schreibfehlers statt *inclinans* oder *inclinatus* (vgl. Kleist a. a. O. 196 Anm. 3) ist wohl unnötig.

bertus primo cultello eum perforavit, comite eiulante et clamante: „Heu me miserum! 1) Nimis factum est“. Cui cum predictus Gissilerus caput precidere vellet, a Godefrido, quem comes ad prohibendum miserat, per capillos abstractus est. A quercu autem, ubi primo cedi ceperat, usque ad locum ubi detractus est et extinctus, ubi super martirium eius capella fabricata est 2), vix decem passus distant. Ubi super eum velut canes rabidi atque famelici filii perditionis congregati cultellis acutissimis ad hoc preparatis sic totum corpus eius confoderunt, ut a vertice usque ad plantam nulla pars corporis a vulnere vacua remaneret, ita ut dicere posset cum propheta in persona Christi, cuius membrum effectus est pro iustitia moriendo: ‘Circumdede runt me canes multi, concilium malignantium obsedit me’, et cetera (Ps. 21,17). Tunc unus ex eis *) fertur eum sub pede incidisse, ut probaret, si obisset. Sicque ad equos suos singuli recurrentes, ubi comes erat convenerunt, corpore in terra relicto. O presumptio ceca, furor mille mortibus plectendus! O insania non hominum, sed beluarum, que non est reverita tam audacter, tam crudeliter et tam viliter occidere christum Domini, sacerdotem Domini, pontificem magnum et non qualemcumque pontificem, sed pontificum patrem ac principem et, quod magis terrere debuerat, ducem fortissimum ac Romani regni tutorem. Patrato tanto parricidio, homines dyabolo pleni cum suo comite, immo totius malitie fomite, recedentes, Domini sacerdotem, acsi unctus non esset oleo, reliquerunt in sterquilino.

Miles quidam, Leonius nomine 3), qui illi adheserat, cum primum tentus vulneraretur, Henricum cellerarium de Hemmerode 4), qui modicum precesserat, insecutus ait: „Heu, domine cellerarie, quid faciemus? Dominus noster archiepiscopus graviter vulneratus est et a comite Friderico captivus abductus“—recitans, que viderat, ita esse putabat. Cui ille, supra quam credi potest turbatus, respondit: „Pium est, ut

*) exemplo eius, qui latus Domini lancea aperuit (vgl. Joh. 19, 34) fügen 2a. b¹ hinzu.

1 eum cult. 2a. b¹. — ut aiunt fügen 2a. b¹ nach comite hinzu. — 2 Gisilbertus 2a; Ghisilbertus 2 b¹. — 5 extractus für extinctus 2a. b¹. — hodie fügen 2a. b¹ vor super hinzu. — 7 ac für atque 1b. 2a. b¹. — 8 perfoderunt 2a. b¹. — 10 prophata 2a. — 12 consilium 2a. b¹. — 20 et für ac 2a. b¹. — 23 Leonies 2a. b¹. — 24 Hemmerode 1b; Hemenrade 2a; Hemenroede 2 b¹. — 27 captus 2a. b¹. — est fügen 1b. 2a. b¹ nach abductus hinzu. — recitans bis putabat fehlt 1b. 2 b¹. — 28 super 2a.

1) So trennt den Satz (statt nach nimis) Poncelet a. a. O. 946. Von den Hss. haben ein Zeichen zwischen miserum und nimis nur 2a und 1b.

2) Bei Gevelsberg nordöstlich von Schwelm; vgl. Kleist a. a. O. 191 f. Die über der Mordstelle errichtete Kapelle wurde zuerst aus Holz gebaut (vgl. unten S. 310, 314), dann aus Stein. Später wurde sie Kirche eines Zisterzienserinnenklosters; vgl. A. Ludorff, Die Bau- und Kunstdenkmäler von Westfalen, Bd. [31] (Kreis Schwelm), Münster i. W. 1910, S. 6 ff.

3) Urkundlich nicht nachweisbar.

4) Vgl. oben S. 259 Anm. 4.

revertamur et videamus, quid circa illum agatur vel quo ducatur⁴. Qui cum simul reverterentur ad locum occisionis, audiunt clamores licitorum in nemore errantium. Erat enim nox. Cumque girarent et circumspicerent, offenderunt in corpus martiris extinctum, confossum ipsoque aspectu nimis horrendum. Et consternati valde, suadente cellerario, ne indenter a feris corpus, si ibi nocte eadem remaneret, forte attractari posset, abeuntes de proximis domibus carrucam fetidam, qua ipsa die fimus fuerat eiectus, adducunt. Et ecce! corpus gloriosi principis, quod reliquerant ex parte vestitum, pene totum reperiunt nudum. Nam preter femoralia et camisiam, que collo eius herebat, nichil illi dimiserant; wambasium¹⁾ vero et pillium eius iuxta corpus invenerunt. Que omnia ita sanguine erant infecta et dilaniata, ut quasi nullo usui necessaria spoliatores negligerent. Per que hodie multi beneficia sanitatum consequuntur. Cellerarius vero, miles et elemosinarius corpus tollentes et lintheamini involventes vehiculo imposuerunt. Quod Suelme perducentes, cum in ecclesia illud ponere decrevissent, non permisit sacerdos²⁾, contaminationem basilice pretendens, cum magis sanguine martiris dedicaretur. Propter quod et alia quedam, in quibus martiris gratiam demeruit, usque hodie graviter satis in suo corpore divinitus flagellatur. Positum est tamen in domo eiusdem sacerdotis, in qua³⁾ pernoctare et comedere proposuerat Dei sacerdos vivus, et due candelæ ad dedicationem preparate circumposite, una ad caput et altera ad pedes. Dividentibus inter se vigilias, cum cellerarius usque ad mediam noctem iuxta corpus sederet et cursum beate Dei genitricis et virginis Marie lectitaret, sicut usque hodie testis est, numquam aliquid horroris ex illius contactu, sicut de cadaveribus occisorum fieri assolet, passus est. Haut dubium quin ex presentia sanctorum angelorum gratia hec, qui circa corpus martiris celestes excubias celebrabant. Fuerat enim idem Henricus³⁾ ante conversionem miles et tanto fortassis ad huiusmodi opus expeditior et audacior quanto assuetior.

*) hospitari consueverat et in qua *fügt 1b hinzu (ursprünglich?)*.

4 confessum 2a. — 6 attractari possit 2a. — 9 relinquere 2a. — reperiunt 2a. — 10 camis. et femor. 1a; femuralia 2a. — adherebat 2a. b¹. — nil 2a. b¹. — ei für illi 2a. — 11 wambosium 2a. — pillium 2b¹. — 13 multa 2a. — 15 lintheamini 1b. 2a. b¹. — Swelme 1b. — 18 a für in 2a. — 19 satis grav. 2a. b¹. — 20 Positus 2b¹. — eadem für eiusdem sac. 2a. b¹. — 21 nimis für vivus 2a. b¹ (vom Korrektor getilgt). — 23 noctis fügen 2a. b¹ nach vigilias hinzu. — 26 caveribus 1a, verbessert. — 29 fortasse 2a. b¹.

1) Deutsch 'wams', „eine unter der Rüstung eng anliegende Jacke aus Filz oder anderem derbem Stoffe“. Vgl. Du Cange unter *gambeso*; M. Heyne, Fünf Bücher Deutscher Hausaltertümer III (Leipzig 1903), 296 f.

2) Schwerlich der 1240 bis 1250 bezeugte Pfarrer Berthold (vgl. unten S. 313 Anm. 1), da die gleich von Caesarius erwähnte Krankheit des Priesters offenbar so schwer war, daß er an der weiteren Vernehmung des Amtes gehindert wurde.

3) Der Cellerar von Himmerode; vgl. oben S. 259 Anm. 4.

8. [Quod corpus eius ad cenobium Bergense delatum est.]

Mane ¹⁾ martiris corpus currui inponentes, cum illud deducerent, plures ex familia episcopi, qui timore mortis dispersi fuerant, deducen-
 tibus sociati sunt. Venientibus eis ad novum castrum, quod ipse beatus
 episcopus de propriis expensis edificaverat ²⁾, cum intrare vellent, ut
 5 ibi corpus lavarent et componerent, negatus est eis introitus timore,
 ut estimo, Henrici nunc comitis de Monte ³⁾. Quibus Randolfus, prior
 tunc in Bergis ⁴⁾, ante idem castrum occurrit; quo duce, ad monaste-
 rium festinatum est. Cumque propinquarent monasterio, conventus cum
 10 cruce et incenso exiens illis occurrit. Corpore sacro de curru in fere-
 trum posito, quidam de senioribus, Henricus nomine ⁵⁾, nunc eiusdem
 monasterii prior, lintheamen de capite martiris revolvit, vultum eius
 cruentum atque confractum fratribus ostendens. Quo viso, lacrimati
 15 sunt valde, de tam dilecti patris morte et tali morte plurimum consternati.
 Specialiter enim dilexerat Bergense cenobium, utpote a suis
 proavis fundatum. Henricus vero, cum ob cruris sui infirmitatem in
 uno pede nutaret, cogitans beatum virum a nocentibus innocenter occi-
 sum, occisi brachium nudum nuda manu tetigit, et plena fide eandem
 20 benedictionem ad crus nudum transmittens, gradum pedis vacillantis
 roboravit. Nam, sicut ab eius ore nuper audivi, ipsa hora cepit levius
 habere et gradatim proficere. Deinde cum vocibus lacrimosis corpus
 oratorio introferentes, eadem nocte quibusdam fratribus quaedam mirifice
 visiones de gloria martiris ostense sunt, in sompnis tamen. Postea cum
 25 magna diligentia in cenobio corpus lotum est et evisceratum, mirra et
 sale conditum vestibusque sacerdotalibus decenter indutum ⁶⁾.

2 eius für est 2a. — 5 illis für eis 2a. b¹. — 6 ut fehlt 1a. — 8 Rudolphus 2a; Randolfus 2b¹. — 10 appropinquarent 2a. b¹. — 11 in feretrum de curru deposito 2a. b¹. — 13 lintheamen 1a; lintheamen 2a. b¹. — 16 cenob. Berg. 2a. — 17 in fehlt 2a. b¹. — 21 ore eius 2a. — 25 eodem fügen 1b. 2a vor cenobio hinzu.

¹⁾ 8. November 1225.

²⁾ Die schon 1160 erbaut gewesene Neuenburg, heute Schloß Burg an der Wupper (vgl. Lacomblet, UB. I, 401) kann Engelbert höchstens erweitert haben; vgl. W. Harleß, Zur Geschichte von Schloß Burg, Barmen 1891, S. 5; Knipping, Reg. III, 536.

³⁾ Vgl. oben S. 240 Anm. 8 und S. 241 Anm. 1.

⁴⁾ Als Prior des Klosters Altenberg ist Randolf zwar nicht urkundlich nachweisbar, aber er ist ohne Zweifel identisch mit dem 1236 als Bruder Johanns von Bleyse (Oberpleis östlich vom Siebengebirge) und 1239 bezugten Mönch Randolph von Altenberg; vgl. Knipping, Reg. III, 915 Mosler, Urkundenbuch der Abtei Altenberg Nr. 142.

⁵⁾ Noch 1238, 1239 als Prior bezugt; vgl. Knipping, Reg. III, 915 und Mosler, a. a. O. Nr. 142. Da Caesarius diese Stelle wohl 1226 geschrieben hat (s. oben S. 226 ff.) und bei Randolf tunc vermerkt steht, so muß Heinrich seit 1226 Prior gewesen sein.

⁶⁾ Vgl. dazu auch unten S. 308.

Eodem tempore, exceptis punctionibus parvis, XLVII vulnera in martiris corpore numerata sunt¹⁾; nec hoc sine sacramento: quadragenarius numerus est penitentiae, septenarius vero dona significat spiritualis gratiae. Accepit ergo Christi martyr XLVII vulnera in signum, quod per cordis penitendum et oris confessionem accepit septiformem gratiam Spiritus sancti, cuius dono perductus est ad gloriam martirii. Nulli dubium sit quin vera contritio et pura confessio peccata deleant quoad culpam, satisfactio exterior penam, ita tamen si contritio fuerit insufficientis. Et quae satisfactio dignior et efficacior martirio? Nulla prorsus. Duo sunt, per quae plena fit remissio, mediante contritione, in adultis: baptismus aquae et baptismus sanguinis. Utrouque satisfecit Deo beatus Engelbertus. Quidquid enim macularum post primum contraxit, secundo, ut speramus, totum diluit. In omnibus siquidem membris, in quibus peccaverat, punitus est. Punitus est in capite multipliciter, sicut apparet in eius pillio, scilicet in vertice, in fronte et occipite, in tympanibus, labiis et dentibus, et tam graviter, ut rivuli sanguinis inundantes et decurrentes fossas oculorum, aurium, narium orisque influerent et replerent. Punitus est etiam in gutture et collo, in humeris et dorso, in pectore et corde, in ventre et coxis, in cruribus et pedibus, ut cognoscas, lector, quali baptismo Christus in martire suo diluere dignatus sit, quidquid culpe contraxerat superbiendo, videndo, audiendo, olfaciendo, gustando, cogitando, luxuriando, operando, tangendo, gradiendo sive aliis quibuscumque levitatibus, omissionibus et negligentibus circa disciplinam. Sicut testis est magister Iohannes, abbas Sancti Trudonis²⁾, proposuerat ante mortem suam beatus martyr renuntiare negotiis regni et pro peccatis suis cruce signari atque personaliter transfretare. Nam circa illud tempus, quo in episcopum electus est, signatus fuerat³⁾,

1 quadraginta septem hier (nicht Z. 4) 1a. — 3 dona sign. fehlt 2a. b¹. — 4 igitur für ergo 2a. b¹. — 5 acceperit 2a. b¹. — 7 est für sit 2a. b¹. — vera für pura 2b¹. — deleant fehlt 2a. b¹. — 9 sufficiens 2b¹. — 10 fit plena 2a. — 11 scilicet fügt noch adultis 2b¹ hinzu. — 15 in fügt vor occipite 2a hinzu; in für et 2b¹. — 18 implerent 2a. — gutture 2a. — gutture, collo et hum. 2b¹. — 21 superbiendo bis 266,4 revertamur ergänzt am unteren Rande 2a, fehlt 2b¹. — et fügt nach audiendo 2a ein. — 24 magistri 2a.

¹⁾ Dieselbe Zahl der Wunden teilen die Gesta Trev. (MG. SS. XXIV, 400) mit, nur eine ihrer Hss. berichtet von 'quadraginta octo'. Von 38 spricht die Chron. reg. Colon. ed. Waitz S. 256; von 37 Ann. Reineri Leod. (SS. XVI, 679), von 33 Ann. S. Rudberti Salisb. (eb. IX, 783) und danach Hermann von Altaich (eb. XVII, 387), von 32 Gotifredi Viterb. cont. Funiac. (eb. XXII, 343).

²⁾ Ueber ihn vgl. oben S. 18 Anm. 1.

³⁾ Zum zweiten Male wahrscheinlich am 25. Juli 1215 bei der Krönung Friedrichs II. zu Aachen, nachdem er schon 1212 am Kreuzzug gegen die Albigenser teilgenommen hatte; vgl. u. a. Knipping, Reg. III, 138; Poncelet 632 Nr. 24.

sed propter necessitatem communem detentus, domino papa Honorio dispensante ¹⁾, pro se milites misit cum sumptibus magnis. Certe, certe non sine causa ad gloriam martirii pervenit. Nunc ad ea unde digressi sumus revertamur.

9. [De eo quod Colonie delatum cum merore totius civitatis susceptum est, et de destructione turris Valantie.]

Feria secunda ²⁾ pontificis corpus Coloniam deducitur et ad gradus ecclesie sancte Dei Genitricis ³⁾ cum merore totius civitatis suscipitur. Quantus illic tunc fuerit gemitus, dolor et planctus clericorum, clamor et ululatus ministerialium, plebis diversi sexus et etatis vociferatio pastoris sui mortem deplorantium, probitatis eius insignia replicantium et Friderico mille mortes inprecantium, nullius vox dicere, nullius stilus describere sufficit. Preferebatur feretro camisia martiris sanguine purpurata, que ad compassionem movit universos. Nec mirum, si Colonia tanto pastore viduata planxit, quia ille erat maxima columnna ecclesie, honor cleri, inter proceres regni famosissimus, patrie pater et, ut breviter dicam, speciale decus sui temporis. Tam fidelis erat ecclesie sibi commisse, ut tempore quodam uni ministerialium suorum diceret: „Non tu tam sollicitus es, quomodo liberos tuos, quos unice diligis, hereditas, quomodo ego sollicitor hereditare beatum Petrum et ecclesiam eius“. Rei publice tam utilis fuit, ut neque corpori neque expensis parceret, dummodo multis prodesset.

Deportatur corpus martiris per ecclesiam beate Virginis cum lacrimis multis, cum crucibus et thuribulis, in domum beati Petri ⁴⁾ ibique deponitur; cui multa beneficia per multos dies tam in missis quam in psalmis more christiano inpenduntur. Diu enim stabat in eadem ecclesia intumulatum corpus, eo quod per futurum antistitem priores et ministeriales curie regie illud presentare cogitassent et de occisoribus eius conqueri; sicuti factum est. Nam propter hoc ipsum corpus sacrum

2 miles von erster Hand 1a. — 6 de fehlt 2a. — 7 Vallantie 2b¹. — 10 tunc illic 2a.b¹. — 12 replencantium 1a. — 15 passionem von erster Hand 1a. — 17 templi für ecclesie 2a.b¹. — 21 sollicitior 2b¹. — 24 curiam (coriam 2a) episcopalem für eccles. b. Virg. 2a.b¹; per eccl. b. Virg. fehlt 1b. — 26 tam fehlt 2a. — 27 in eadem eccl. stabat 1b. 2a.b¹. — 28 intumulatum corpus 2a. — per fehlt 1b. — 30 secuti 1a. — ipsum fehlt 2a.b¹.

¹⁾ Wahrscheinlich noch 1219 sandte er zur Lösung dieses Gelübdes vergeblich den Dekan Hermann und den Kanoniker Gottschalk an die Kurie; vgl. Dial. mirac. III, 33.

²⁾ 10. November 1225.

³⁾ Die Stiftskirche St. Mariengraden an der Ostseite des Doms.

⁴⁾ Die Mariengraden benachbarte Domkirche. Vgl. über diese zuletzt K. Corsten, Der alte Dom und das römische Forum in Köln (Annalen 126, 1935, S. 1 ff.).

decoquentes et a carnibus ossa separantes¹⁾, in turri antiqua et dis-
 soluta, que est in fronte ecclesie contra meridiem²⁾, carnes sepelierunt,
 ossa vero in scrinio sunt reposita. Et sicut testantur qui aderant, ita
 martiris calvaria gladii cedentium confracta fuerat et comminuta, ut,
 5 de caldario corpore extracto, particulatim vix posset coniungi. Cum
 tristis rumor occisi pontificis ecclesiam perturbasset, dux Waleram-
 mus³⁾ dolorem super dolorem eius addens, tertia die occisionis⁴⁾, an-
 tequam corpus eius venisset Coloniam, congregata militia copiosa et
 multitudine rusticorum, castrum Valanciam, quod beatus vir ad mu-
 nimentum terre non procul a castro Rodensi cum maximis sumptibus
 10 edificaverat⁵⁾, absens obsedit et post paucos dies cum magno suorum
 tripudio deiecit. Nam propter episcopi interitum repentinum et Wale-
 rammi adventum improvisum, qui in castro erant, eo quod copia vic-
 tualium, armorum et defensorum eis deessent, hostibus illud reddi-
 15 derunt. Walerammus autem, ut a facto se excusare posset, sicut et fecit,
 personaliter adesse noluit, sed fratrem suum Gerardum cum filio Wale-
 rammo⁶⁾ ad destructionem castri direxit. Ad confusionem suam illud
 exstructum dicebat. Gerardus vero, qui in destructione castri plurimum
 fervebat, eodem die, quo sollempne tricenarium castri constructoris age-
 20 batur Colonie, ipse vita defunctus per mortem⁷⁾ in Wasinberg⁸⁾

1) (et fehlt) carnes ab ossibus separaverunt 2a. b¹. — in turri bis Z. 3 re-
 posita fehlt 2a. b¹. — 4 fuerant 1a. — 5 id fügt 2b¹ nach vix hinzu. —
 6 Walramus immer 2a; Walravius immer 2b¹. — 9 multitudo 2a. —
 Valantiam 2b¹. — 10 terre munim. 2b¹. — 14 illis 2b¹. — 15 autem
 fehlt 2a. b¹. — 18 in fehlt 2a. — multum statt plurimum 2a. b¹. — 19 con-
 structores 1a. — 20 ipsa 2a. — vite 2b¹. — destructus 2a. b¹. — in fehlt
 2b¹. — Wassinberch 2a. b¹.

1) Vgl. Dietrich Schäfer, Mittelalterlicher Brauch bei der Ueberfüh-
 rung von Leichen (Sitzungsberichte der Berliner Akademie der Wiss. 1920,
 S. 478—498); über die Behandlung der Leiche Engelberts S. 485.

2) Ein ehemaliger, links vom Domeingang nach Mariengraden zu ste-
 hender Turm (neben einem zur Rechten), Ueberbleibsel der von den Nor-
 mannen zerstörten fränkischen Königspfalz, an deren Stelle damals ein
 Friedhof die beiden Kirchen trennte. Vgl. Keussen, Topographie I (= Köln
 im Mittelalter, Topographie und Verfassung, 1918), S. 25* f.; Greven
 a. a. O. 102, S. 22.

3) Walram III. von Limburg; vgl. oben S. 240 Anm. 5.

4) 9. November 1225.

5) Burg Valanz oder Velandshus bei Herzogenrath ('castrum Ro-
 dense') erbaute Engelbert wahrscheinlich 1216 während seiner siegreichen
 Fehde gegen Walram; vgl. Knipping, Reg. III, 160; M. S. P. Ernst, His-
 toire du Limbourg IV (Lüttich 1839), 50. Heute heißt die Stelle „Wildnis“
 (bei Merkstein im Landkreis Aachen).

6) Gerhard, Herr von Horn und Wassenberg (1215—1225), der 4. Sohn
 Heinrichs III. von Limburg, und Walram I. von Monschau (1226—1242).

7) Gerhard starb also nicht, wie L. A. Cohn, Stammtafeln zur Ge-
 schichte der deutschen Staaten und der Niederlande, Braunschweig 1871,
 T. 221 und ihm Folgende angeben, am 7. September, sondern am 7. De-
 zember 1225 (vgl. Ernst a. a. O. 52, 61).

8) Ueber Wassenberg vgl. oben S. 239 Anm. 3.

sepelitur. Quem post quinque menses frater suus dux Walerammus secutus, eandem viam universe carnis ingressus est¹⁾. Post cuius mortem duo filii eius, Walerammus iunior et comes Henricus, gravi admodum infirmitate correpti, satis vexati sunt, nec adhuc plene convaluerunt. Causam vero mortis illorum sive infirmitatis istorum Deus novit.

10. [Quod Ludewico canonico Rodensi in canone apparens in choro martirum se esse dicebat, occisorum suorum vindictam predicens.]

Sexta feria, quando castrum predictum destruebatur, septenarium¹⁰ martiris agebatur²⁾. Cuius rei gratia sacerdos quidam Ludewicus nomine, regularis canonicus Sancti Gabrielis in Rode³⁾, eiusdem vocabuli castrum vicinum pro anima martiris missam celebraturus ascendit. Cumque, dictis secretis, post 'Sanctus, sanctus' canonem inchoaret, ecce! sanctum episcopum sacro altari, pontificalibus indutum, vultu¹⁵ hilari astare videt. Qui cum signa faceret super panem et calicem, beatus pontifex per totum canonem sacerdoti se conformans, eodem modo et eisdem vicibus elevata dextera sancta signavit. Cumque ventum fuisset ad illum locum, ubi defuncti nominantur, et ipsum sacerdos nominasset, expleto sacramento, ait illi episcopus: „Frater, non est²⁰ necesse, ut me inter mortuos nomines, quia cum Deo sum et in choro martirum gaudio fruens indicibili“. Et adiecit: „Noveris pro certo, quod omnes qui me occiderunt vel quorum consilio occisus sum, male peribunt et citius quam credi possit“. Sicque disparuit. Ille vero, missa completa, omnibus que viderat recitavit, ita omnia esse, ut dictum est,²⁵ Deum testem invocans.

5 Cum (von anderer Hand verbessert in Cām) vero m. ill. causa sive 1a. — 7 Ludovico (can. Rod. fehlt) 2b¹. — 8 martirem 2b¹, verbessert 2a. — 11 Ludovicus 2b¹. — 14 secretis dictis 2a. — 16 halari 2a. — 17 totum fehlt 1a (nicht 1b). — 18 sancta consignavit dext. (dextra 2a) elev. 2a. b¹. — 21 inter mortuos me 2b¹. — quia für et 2a. b¹. — 22 fruor 2a. b¹. — 24 Illeque vero 2a. — 25 sicut für ut 2b¹.

¹⁾ Herzog Walram III. starb zwischen dem 23. Mai und 2. Juli 1226 (Ernst a. a. O. 60 f.). Gleich Ernst, der behauptet, Caesarius habe hier ungefähr den 7. Mai 1226 als Walrams Todestag festgelegt, ist daran festzuhalten, daß urkundlich nur der 23. Mai als terminus post quem in Frage kommt. Läßt man Caesarius' Angabe gelten, so fällt Walrams Tod dann in die Zeit vom 23. Mai bis zum 6. Juni, d. h. vor Vollendung des 6. Monats nach dem Tode Gerhards, was durchaus annehmbar ist. Vgl. auch unten S. 270 Anm. 3.

²⁾ 14. November 1225. 'Septenarium' ist die Totenmesse während der 7 Tage und im besonderen am 7. Tage nach dem Tode. Vgl. Du Cange unter dem Worte.

³⁾ Das Augustiner-Chorherrenstift Klosterrath bei Herzogenrath war St. Maria und Gabriel geweiht; vgl. Hauck, Kirchengeschichte Deutschlands III³, 1029; Fabricius V. 1, S. 373 f.; Franz Büttgenbach, Klosterrath, Geilenkirchen 1893. In Klosterrath wurde Walram III. beigesetzt (Ernst a. a. O. 61).

11. [De electione Henrici episcopi, et quam fervens fuerit vindicare sanguinem martiris.]

Sequenti die, sabbato scilicet¹⁾, turris Valancie destructa est et die eadem turris a prioribus contra faciem Damasci²⁾ Colonie erecta est.
 5 Quia status terre in morte pontificis valde fuerat turbatus, timentes priores et clerus, ne forte cives cum Walerammo propter privilegia, que dominus Engelbertus ab eis extorserat³⁾, aliquid moliri possent contra libertatem ecclesie, sicut eis postea dure satis est impositum⁴⁾, diem XVII^o Kalendas Decembris, qui nonus fuerat a morte pontificis⁵⁾,
 10 electioni prefixerunt. In qua, mediante et cooperante domino Theoderico Treverense archiepiscopo⁶⁾, Henricus Bunnensis prepositus⁷⁾ in pastorem et archipresulem consensu unanimi electus est. Quo secundum morem residente in sede episcopali, clamores ministerialium de morte domini sui conquerentium renovantur; a quibus camisia mar-
 15 tiris in sinum eius deponitur. Et mox iuravit, ut dicitur, quod sanguinem eius, quoad viveret, vindicaret. Quam studiosus et quam fervens fuerit et sit in executione eiusdem vindicte, ita ut neque corpori neque pecuniis parcat, sequentia declarabunt.

4 clero für prioribus 2a. b¹. — 7 communis utilitatis causa confecerat statt ab eis extorserat 2a. b¹. — 8 satis dure impos. est 2a. b¹. — 9 octavo decimo 1a. — 11 Treverensi 2a. b¹. — Bonnensus 2a; Bunnensis 1b. 2b¹. — 12 in fehlt 2b¹. — 15 sinu 2b¹. — 16 studiosius 1a.

¹⁾ 15. November 1225.

²⁾ Caesarius lehnt sich auch hier an Johann von Salisbury an, Vita Thomae Cantuar. c. 22 (Migne, Patr. Lat. 190, 204; Robertson, Materials II, 317): 'assertor ecclesiasticae libertatis (vgl. Z. 8) et quasi turris erecta in Ierusalem contra faciem Damasci, malleus impiorum'. Damascus steht bildlich für die Feinde der Kirche; vgl. z. B. zu Cant. 7, 4 ('Nasus tuus sicut turris Libani, quae respicit contra Damascum') Anselm von Laon, Enarrat. in Cant. cant. (Migne a. a. O. 162, 1220): 'Fuit quidem Damascus contraria semper Hierusalem — et interpretatur Damascus „potus sanguinis“, per quam significantur persecutores sanguinolenti'; Rupert von Deutz, Commentarii in Cant. cant. VI (eb. 168, 945): 'Damascus namque interpretatur „bibens sanguinem“ et illum significat, de quo Apostolus loquitur dicens (Gal. 4, 29): „Sed quomodo tunc is qui secundum carnem natus est persequabatur eum qui secundum spiritum, ita et nunc“.'

³⁾ Vgl. dazu Ficker a. a. O. 37 f.; C. Hegel, Die Chroniken der deutschen Städte XII (1875), S. XXXVI f., XLIII f.; F. Lau, Entwicklung der kommunalen Verfassung und Verwaltung der Stadt Köln, Bonn 1898, S. 98 ff.; Knipping, Reg. III, 157, 1992. Vgl. auch unten S. 305.

⁴⁾ Gemeint ist hier wohl, was Knipping, Reg. III, 573, 586 vermerkt.
⁵⁾ 15. November 1225. Allein 1a hat 'octavo decimo Kalendas Decembris', was nicht der 9. Tag nach Engelberts Tode war; der 15. November wird durch die Chron. reg. Colon. ed. Waitz S. 257 und Alberich von Trois-Fontaines (SS. XXIII, 917) bestätigt.

⁶⁾ Dietrich II. von Wied war 1212—1242 Erzbischof von Trier.

⁷⁾ Heinrich läßt sich seit 1216 als Propst von St. Cassius in Bonn nachweisen.

Qui etiam ad gloriam martiris dilatandam coram altari beati Petri in die ordinationis sue in sacerdotem ¹⁾ exiguitati mee humiliter satis iniungere dignatus est, quatinus gestorum eius insignia necnon et ea que per eum operatur Dominus miracula ad posterorum notitiam scripto perpetuarem. Et cum me excusarem, dicens michi talia non licere, priori meo, qui presens erat, precepit, ut michi ad iniuncta obedire preciperet. Quod et fecit. Cum enim multos in sua dyocesi viros habeat sapientes et eloquentes, utputa theologos, rethores et philosophos, qui eiusdem beati antecessoris eius vitam, martirium et miracula eleganti stilo describere et flore rethorico depingere possent, si materia laude digna sermone insipido a me fuerit conscripta, non michi, quem obedientia cogit, sed magis ei, qui iniunxit, imputandum est. Est autem propositi totam scribendorum materiam in tres partes dividere, ita ut prima loquatur vitam eius et actus que vivens egit, secunda martirium eius, mortis causam et vindictam, tertia signa et sanitates que per illum operatur Dominus. Hiis autem quasi ex abrupto insertis, ad historiam revertendum est.

12. [Quod inimicitie orte sunt inter ipsum et ducem Walramum et cives Colonienses.]

Cum electioni presentes essent dux Walerammus et filius eius comes Henricus, in tantum eis dominus archielectus commotus est, ut feoda que pater a beato Petro ²⁾ tenebat vel que filius tenere debebat porrigere recusaret, et hoc propter supradicti castris destructionem ³⁾. Civibus etiam gratiam suam negavit ob concremationem privilegiorum et societatem cum Walerammo factam necnon et alia quedam ⁴⁾, de quibus omnibus non est huius temporis texere historiam.

13. [Quod Fredericus in curia regis Henrici proscriptus sit.]

Ascendens ad colloquium regis archielectus in Franckinfort ⁵⁾, cor-

2 exiguitate 1a. — 6 indicta für iniuncta 2a. b¹. — 8 utpote 2b¹. — 14 qui für que 2b¹. — 19 ducem fehlt 2b¹. — 20 comes fehlt 2b¹; Henr. comes 2a. — 21 domnus hier 2a. — eius für eis 2a. — pheoda 1a; feoda 2b¹. — 23 predicti 2a. b¹. — 24 cremacionem 2a. b¹. — 29 archelectus 1a. — Franckfort 1a; Franckinfort 2b¹; Franckfordiam 1b.

¹⁾ 20. September 1226; s. Chron. regia Colon. ed. Waitz S. 258. Vgl. zu diesem Satze oben S. 228. Ueber den Petruschor und Petrusaltar im Westen des alten Doms s. Corsten, Annalen 126 (1935), 11 ff.

²⁾ Von der Kölner Kirche.

³⁾ Vgl. Knipping, Reg. III, 572. Schon am 31. Juli 1226 kam es zu einer Aussöhnung zwischen dem Herzog und dem Erzbischof, eb. 586.

⁴⁾ Vgl. Knipping, Reg. 573. Die Worte sprechen vielleicht dafür, daß diese Stelle vor der Urkunde niedergeschrieben ist, in der der Erzbischof 1226 den Bürgern der Stadt Köln alle ihre vor der Wahl Engelberts besessenen Privilegien bestätigte; vgl. Knipping a. a. O. 595, 596.

⁵⁾ Dort wurde der Erwählte von Heinrich VII. mit den Regalien investiert; Knipping III, 574; unten S. 271 Z. 16.

pus martiris duobus abbatibus ordinis Cisterciensis deferendum comisit, scilicet Godefrido abbati de Bergis¹⁾ et Henrico abbati de Valle Sancti Petri²⁾. Quod cum presentatum fuisset Henrico regi ac principibus necnon et mortis eius insignia, id est camisia, wambasium³⁾ et pillium, hiis qui corpus precedebant cum gladiis evaginatibus secundum iura legum super Fridericum latronem vociferantibus, turbatus est rex et omnes qui erant cum illo, maxime tamen rex puer, quia, sicut deflere solet filius patrem et puer suum tutorem, ita ipse extinctum planxit pontificem. Friderici proscriptionem, in curia regis Nurnberg sententia principum sollempniter factam⁴⁾, ibidem renovavit, abiudicatis ei tam allodiis quam feodis. Feoda libera adiudicata sunt dominis suis, allodia heredibus proximis; ministeriales et homines a iuramento ei facto absoluti. Uxor eius vidua, liberi eius orphani sunt iudicata (vgl. Ps. 108,9). Ubi etiam in persona archielecti denuntiatum est, ut, quicumque Fridericum ei captum exhiberet, mille marcas Coloniensium ab eo reciperet⁵⁾. Infeodatus a rege archielectus cum corpore martiris Moguntiam descendit; ubi dominus Cünradus Portuensis episcopus et legatus⁶⁾ in adventu Domini concilium congregaverat⁶⁾. Ibi enim congregati fuerant ex eius precepto diversarum urbium episcopi et abba-

1 Cistersiensis 2a. — 4 et vor mortis fehlt 2a. b¹. — camisiam 2b¹. — wambosium 2a; wambazium 2b¹. — 9 episcopum für pontificem 2a. b¹. — solemni fügen vor curia 2a. b¹ hinzu, während regis fehlt. — Nurenberg 2a; Nurenberch 1b. — sententia princ. sollempn. fehlt 1b. 2a. b¹. — 10 abdicatis ei 1b; omnibus ei abiud. (verbessert aus abindicatis 2a) 2a. b¹. — 11 feudis. Feuda 2b¹. — 12 heredibus fehlt 2a. b¹. — 13 iudicati 2a. b¹. — 15 marchas immer 2b¹. — Colonienses 2a; Coloniën 2b¹. — 16 recipiet 2a. — infeodatus 2b¹. — 17 Mogunciam 1a. 2a. b¹; Magunciam 1b. — Conradus 2a; Conrardus 1b. 2b¹. — 18 consilium celebravit 2a. b¹.

1) Gottfried war 1225—1238 Abt von Altenberg; vgl. Mosler, Urkundenbuch der Abtei Altenberg S. XX.

2) Ueber Heinrich von Heisterbach s. oben S. 15 Anm. 2.

3) Der Hoftag zu Nürnberg fand anlässlich der Hochzeit König Heinrichs mit Margareta, der Tochter Herzog Leopolds VI. von Oesterreich, am 29. November 1225 statt; vgl. Böhmer-Ficker, Nr. 3993a; Winkelmann, Kaiser Friedrich II., Bd. I (1839), S. 469 Anm. 1. Ueber die Gerichtssitzung König Heinrichs am 1. Dezember vgl. u. a. Böhmer-Ficker Nr. 3994a; Winkelmann a. a. O. 469; Kleist a. a. O. 229. Nur die Vita und Levold von Northof (ed. Zschaeck S. 27) berichten ausdrücklich, daß die Reichsacht schon in Nürnberg verhängt worden ist. Im übrigen vgl. besonders die Chronik von Reinhardtsbrunn (SS. XXX, 1, S. 603).

4) Von einer ausgesetzten großen Belohnung (maximum premium) spricht auch Alberich (SS. XXIII, 917).

5) Ueber ihn vgl. oben S. 21 Anm. 1.

6) 30. November 1225. Das Konzil dauerte wohl bis zum 10. Dezember und behandelte außer der Mordsache eine Reihe von Kirchenstatuten. Vgl. auch den Bericht Emos von Werum (SS. XXIII, 510), der nicht Augenzeuge war; Böhmer-Ficker, Nr. 10054a, 10055; Hefele-Leclercq, Histoire des conciles V, 2 (1913), S. 1449 f. Zu Winkelmann a. a. O. I, 470 Anm. 2 vgl. Kleist 230 Anm. 3, der an der Folge: Nürnberg (29. XI, 1. XII), Frankfurt (spätestens 8. XII), Mainz (30. XI bis 10. XII) festhält.

tes multi. Qui super nece presulis valde consternatus, in sermone suo multis eum preconiiis extulit, martirem predicans, ceteris episcopis, qui bonis ecclesiarum suarum cognatos et nepotulos suos infeodant vel, dum illa diripiunt, dissimulant, exemplum eum statuens. In eodem concilio ab eodem Cûnrado, tunc totius Alemannie legato, etiam Fridericus spirituali gladio punitur; quia, cum eum excommunicarent, cum universis ecclesiarum prelatis illic congregatis precepit per omnes provincias legationis sue, id est Coloniensem, Moguntiensem, Treverensem, Bremensem et Medeburgensem, in omnibus ecclesiis per omnes dominicas cum extinctione candelarum eundem excommunicari, et non solum ipsum, sed et omnes eius adiutores, a quibus vel quorum consilio presul occisus est, necnon et omnes qui reos foverent seu communicarent. In eodem concilio presentantur legato littere Theoderici Monasteriensis episcopi et Engelberti Osenburgensis electi, germanorum Friderici¹⁾; primo de sacrilegio se excusante et quod paratus esset canonicè se expurgare, secundus in episcopum se ordinari petivit. Cumque legatus responderet se proniorem esse ad parcendum quam ad puniendum, dummodo se expurgare possent, diem eis prefixit in Purificatione in concilio Leodicensi²⁾. Quo cum venissent, nobilibus conductum ex mandato domini cardinalis eis prestantibus, cum se canonicè cum septem episcopis purgare non possent, prioribus Coloniensibus multisque aliis eos accusantibus, legatus ex consensu episcoporum plurimorum, qui presentes erant, ad dominum papam illos transmisit. Cui et inter cetera etiam hoc scripsit: 'Examini vestro dirigimus duos hos episcopos graviter de domni Engelberti nece infamatos'.

14. [De pena Arnoldi militis, cum martiri male-diceret.]

Ut autem ad superiora redeamus, corpus martiris a duobus supradictis abbatibus³⁾ per Reni alveum Coloniã reducitur. Cumque venis-

1 multum für valde 2a. b¹. — consternati 2a, verbessert. — 2 in eodem concilio fügen nach eum 2a. b¹ hinzu. — extulerat 2a. b¹. — 3 infeudant 2b¹. — 4 consilio 2a. b¹. — 5 Conrado 2a; Conrardo 2b¹. — Alimanie 2b¹; Al(i) getilgt)manie 2a. — 6 excommunicaret 2a. b¹. — 8 Mogunciensem 2a; Maguntinensem 2b¹. — 9 Medenburgensem 2a (am Rande Magdeburgensem). — 11 episcopus für presul 2a. — 12 sive ipsis commun. 2a. b¹. — 13 consilio 1a, 2a. b¹. — 14 Engilberti hier 1a. — Osinburgensis 2b¹. — 15 de doppelt 2b¹. — excusantes 2b¹. — quod fehlt 2a. b¹. — cononice 2a. — 17 esse fehlt 2b¹. — 18 excusare für expurg. 2a. b¹. — (ut fügt 2b¹ hinzu) in consilio Leod. (Leodiensi 2b¹) in Pur. 2a. b¹. — consilio sämtliche Hss. — 19 eis vor ex 2a. b¹. — 21 expurgare 2a. b¹. — 24 hoc eciam 2b¹. — hos duos 2a. b¹. — 29 cum (que fehlt) 2b¹.

¹⁾ Ueber beide vgl. oben S. 237 und 255 f.

²⁾ S. auch den ausführlichen Bericht Emos von Werum als Augenzeugen, SS. XXIII, 510 f., ferner Kleist a. a. O. 232 ff. Das Konzil fand am 2. Februar 1226 statt.

³⁾ Oben S. 271.

- sent contra Weisleige¹⁾ villam duobus miliaris a Colonia distantem, miles quidam Arnoldus nomine, de litore prospiciens et quia pontificis ossa deducerent intelligens, in contumeliam martiris erupit et ait: „Multi dicunt, quod dominus iste, qui multos lesit, dampnificavit et exhereditavit, sanctus sit et miracula faciat. Hoc si verum est, quod tamen ego non credo, 'hec faciat michi Deus et hec addat' (*1. Reg. 14,44*), ut, antequam moriar, insanus efficiar“. Dampnificaverat enim eum in quadraginta marcis beatus episcopus pro culpa filii feminam vi opprimentis; cui tamen multum pepererat, ut culpam morte plectendam dampno tam tollerabilis pecunie multaret. Et ut ostenderet Deus, quam periculosum sit homini 'ponere in celum os suum' (*vgl. Ps. 72,9*), eadem die maledico vertiginem capitis immisit et, cum post modicum aliena loqueretur, uxorem cum ceteris accurrentem cedere cepit, necnon et sacerdotem, qui ad confessionem eius audiendam vocatus fuerat. Quid plura: tenetur, vincitur, custoditur, sicut furiosus. Qui sequenti die post multa verba blasphemie sine viatico et confessione spiritum insanus efflavit. 'Induerat' enim 'maledictionem sicut vestimentum et intraverat sicut aqua in interiora eius' (*vgl. Ps. 108,18*). Unde nemo sibi malum imprecetur, quia, licet 'benignus sit spiritus sapientie', sicut divina dicit scriptura, 'non liberabit maledictum a labiis suis' (*Sap. 1,6*). Miles quidam, qui predictas blasphemias Arnoldi audivit nec tamen comperescere poterat blasphemantem, ista michi retulit, et vix est aliquis in eadem villa, quem tantum lateat miraculum. Audiant ergo recentem militis huius penam et utinam non eternam dampnationem, qui ob quamcumque causam martiri detrahentes et glorie eius invidentes dicere solent: „Nequaquam credere possumus virum superbum, avarum et totum seculo deditum miracula posse facere“. Considerant, quid aliquando fortassis fuerit; sed quid per martirium factus sit, non attendunt. Credant saltem salvatum, quem demones martirem confitentur.
- 30 15. [De obsessio in Medeburg, quale ei testimonium perhibuerit.]

Est in civitate Medeburg²⁾ quidam obsessus, demonem habens tam

1 Weslige 2a. b¹. — miliaribus 2a. b¹. — 4 exheredavit 2b¹; hereditavit 2a. — 5 ego fehlt 1a (nicht 1b). — 6 mi(c)hi Deus fac. 2a. b¹. — hec vor addat fehlt 2a. b¹; hoc 1b, wo das 1. hec fehlt. — 8 marchas 2b¹. — sui fügen nach filii 2a. b¹ hinzu. — 10 muletaret 2b¹. — 11 est für sit 2a. b¹. — os suum in celum 2a; in celo os suum 2b¹. — 13 accurr. fehlt 2a. b¹. — tedere 2b¹. — necnon fehlt 2a. — 17 intravit (= Vulgata) 2a. b¹. — 18 malum debet imprecari 2a. b¹. — 19 sicut bis scriptura fehlt 2a. b¹. — 20 tamen semper fügen 2a. b¹ nach non hinzu. — 21 quidem 2a. b¹. — audivit Arn. 2a. b¹. — 22 aliquis est 2b¹. — 23 vicinia für villa 2a. b¹. — retentam 2a, verbessert. — 28 fortasse 2a. b¹. — 29 credant verbessert aus credunt 1a; credent 2a. b¹. — 30 Medenburch hier 2b¹; Medenberg 2a; Mehdaburgensi 1b. — 32 Et in 2b¹.

1) Wesseling zwischen Köln und Bonn.

2) Magdeburg.

durum, ut nullius exorcismos timeat vel respondere velit nisi uni sacerdoti, qui specialem gratiam contra ipsum accepit a Domino. Hic demon sepe eidem sacerdoti nova et occulta dicere consueverat. Sabbato proximo¹⁾, quando sexta feria occisus est episcopus, precepit sacerdos demoni, ut aliquid novi sibi diceret. Illo diutius reluctantante et presbitero instante, miro modo cepit dyabolus ridere, cachinnare manusque complodere. Cui cum sacerdos diceret: „Quid habes et que est causa tanti tripudii tui?“ respondit ille: „Eya! eya! sero Engelbertus ille, qui Colonie episcopus erat, occisus est“. Stupente sacerdote ac dicente: „Mentiris“, iterum respondit: „Cito percipies“. Cui sacerdos: „Fuisti in morte eius?“ „Fui“, inquit. „Non tantum graminis est super terram, quot ibi congregati fuimus“. Cui cum diceret sacerdos: „Et quid factum est de anima eius?“ lugubri voce respondit: „Quando oculi eius obducti sunt sanguine et involuti, anima nobis ablata est, et quo devenerit ignoro“. Post tres dies audientes de morte pontificis admirati sunt, quibus prius innotuerant verba demonis. Civitas enim Medeburgensis a loco occisionis pene quatuor distat mansionibus. Licet dyabolus mendax sit ab initio et pater eius (vgl. *Ioh. 8,44*), constat tamen ex evangeliorum testimonio eum aliquando vera dicere contra propriam voluntatem, maxime cum exorcizatur, uti hoc esse speramus, quod subiungimus.

16. [De obsessa apud Sanctum Thomam, que eius meritum universis ecclesie Coloniensis episcopis referebat, et quod diverse sint species martirii.]

In dyocesi Treverensi in cenobio sanctimonialium ordinis Cisterciensis, quod ad Sanctum Thomam vocatur²⁾, ante hos duos menses³⁾ energumina quedam, in oratorio eiusdem martiris⁴⁾ de statu quarundam animarum tam secularium quam claustralium interrogata, tam rationabiliter de omnibus respondit, ut presentes eam vera dixisse non

8 cui für tui 2b¹ — ille Eng. 2a. b¹. — 9 et für ac 1a. — 11 tanti 2a. b¹. — 12 fuimus congreg. 1b. — 14 sang. ac involuti 1b. — 16 annotuerant 2b¹. — Megdeburgensis 1a. — 19 enim für tamen 2b¹. — 20 exorzizatur 2a. — esse fehlt 2a. b¹. — 24 quod fehlt 2a. — sint diversa 2b¹. — 25 Cisterciensis 2a. — 27 ene(r auf Rasur)gumin(a auf Rasur) 1a; quedam energumina 1b; energuminus quidam 2a. b¹. — 28 interrogatus 2a. b¹. — 29 eum 2a. b¹.

1) 8. November 1225.

2) Das Cistercienserinnenkloster St. Thomas an der Kyll im Kreis Bitburg unterstand Himmerode. Vgl. u. a. J. Marx, Geschichte des Erzstifts Trier II, 1 (Trier 1860), S. 581 ff.; Carl Schorn, Eiflia sacra II (Bonn 1889), 623 ff.; Wilkes, Himmerode 72 f.; E. Wackenroder, Die Kunstdenkmäler der Rheinprovinz XII, 1 (Kreis Bitburg), 1927, S. 273 ff.

3) Wohl des Sommers 1226.

4) Thomas von Canterbury.

ambigerent. Quam cum domina Elizabeth, eiusdem domus abbatissa ¹⁾, interrogasset, si esset in morte episcopi Engelberti, et dyabolus respondere nollet, adiuratus fortissimis exorcismis, ut diceret veritatem, sic ait: „Queris, si fuerim in morte eius? Etiam fui, immo consilio meo interfectus est. Ego Fridericum et satellites eius inspiravi, ego ad facinus illos animavi, ego ut opere malitiam conceptam implerent effeci“. Cui cum dicerent: „Et ubi est anima eius?“ respondit: „Heu! heu! subtracta est michi et sociis meis, qui illic conveneramus. Sic se ante mortem preparaverat, sic se laverat“ — contritionem et confessionem notans — ¹⁰ „ut nostri iuris nichil esset in illo“. Et adiecit: „Nostis quare tanta miracula faciat?“ Respondentibus eis: „Non, sed volumus, immo precipimus tibi in nomine Christi, ut nobis edisseras“, subiunxit: „Quando volutabatur in suo sanguine et iam moriturus erat, occisoribus suis ex toto corde ignovit, dicens hoc verbum: ‘Pater, ignosce’ et cetera (*Lucas* ¹⁵ 23,34). Propter hoc verbum tam potens effectus est cum Altissimo, ut non ei negetur, quidquid petierit ab illo. Et hoc sciatis pro certo numquam aliquem episcopum sedisse Colonie in sede episcopali, qui ita possit cum Deo quomodo Engelbertus et tanti meriti sit apud Deum“.

Quod si verum est, obici potest de sancto Materno, apostoli Petri ²⁰ discipulo ²⁾, et sancto Severino ³⁾ aliisque eque sanctissimis ecclesie Co-

1 Quem 2a. b¹. — 2 episcopi *fehlt* 2a. — 3 validissimis für fortiss. 2a. b¹. — exorcismis 2a. — 4 eius *fehlt* 2b¹. — meo cons. 1b. — 7 diceret 1b. 2b¹. — subtracta 2b¹. — 9 confess. et contritionem 1b. — 13 sanguine suo 1b. — 14 Pater bis verbum *am unteren Rande ergänzt* 1a. — illis (quia nesciunt quod faciunt *fügt 1b hinzu*) für et cetera 1b. 2a. b¹. — 15 und 18 coram für cum 1b. — 18 ita statt quomodo von 1. Hand *getilgt und verbessert in* ut 2a. — 20 sc̄imis von 1. Hand 1a.

¹⁾ Auf sie werden die *Admonitiones morales per visiones datae* zurückgeführt, die F. W. E. Roth veröffentlicht hat, *Zur Geschichte der Mystik im Kloster St. Thomas an der Kyll* (Studien und Mitteilungen zur Geschichte des Benediktiner-Ordens 37, 1916, S. 185; Trierisches Archiv 28/29, 1919, S. 62), die anheben: *‘Est in Treverensi diocesi cenobium, in quo sanctimoniales sub habitu religioso ordinis Cisterciensis Deo omnipotenti militant. — In quo sororum quedam Elizabeth nomine, fundatoris loci ipsius (Ludwig von Deudesfeld; s. die Urkunde von 1185, Mittelrheinisches Urkundenbuch II, 112 Nr. 70) filia, dum vicesimum etatis sue ageret annum, in abbatissam electa est et in eodem officio annis circiter quadraginta perdurans ipsum cenobium — laudabiliter satis et utiliter gubernabat’.*

²⁾ Maternus, der erste bekannte Bischof von Köln (um 313), wird in der Legende zum Apostelschüler. Vgl. W. Levison, *Die Anfänge rheinischer Bistümer in der Legende* (Annalen 116, 1930, S. 5 ff., besonders 19 ff.); E. Winheller, *Die Lebensbeschreibungen der vorkarolingischen Bischöfe von Trier* (= Rheinisches Archiv 27), Bonner Dissertation 1935, S. 28 ff.

³⁾ Severinus (um 397) ist der an dritter Stelle in den Katalogen genannte Bischof von Köln. Vgl. W. Levison, *Die Entwicklung der Legende Severins von Köln* (Bonner Jahrbücher 113, 1909, S. 34 ff.); MG. SS. rer. Merov. VII, 213 ff.

loniensis episcopis, quorum irreprehensibilis extitit vita et sanctitas in Christo probata. Ad quod respondetur istum fuisse martirem, illos non. 'Consummatus in brevi' per martirium Engelbertus 'explevit tempora multa' (*Sap. 4,13*). Super totius tabernaculi pulchritudinem, per cuius cortinas et columnas ecclesie ordines prefigurati sunt, pelles erant arietum rubricate (*Exod. 39,33*). Arietes, qui duces gregum sunt, significant ecclesie prelatos, qui verbo et exemplo, sive utriusque testamenti cognitione, quasi duobus cornibus gregem sibi commissum custodire tenentur. Quorum pelles rubricantur, cum pro commissorum salute vel zelo iustitie mortem sustinentes, uti beatus Engelbertus, 'lavant stolas suas in sanguine agni' (*Apoc. 22,14*). Ipse revera fortis aries fuit, qui duobus cornibus suis, id est duplici potestate, spirituali et materiali, in hostes ecclesie Colonien-¹⁰ sis impingens illos ventilavit. Quodsi obicitur de sancto Evergislo¹⁾ et sancto Agilolfo²⁾ Coloniensibus episcopis, qui et ipsi passi sunt, responderi potest non tam meritoriam fuisse causam martirii eorum sicut in Engelberto. Primus illorum noctu a latronibus occulte occisus est³⁾, alter vero aperte a predonibus, qui diocesis sue terminos pervaserant⁴⁾. Illos martires fecit pietas et innocentia vite, istum vero virtus obedi-²⁰ entie et zelus iustitie. Sicut diverse sunt species martirii, ita sunt diverse cause martirii. Ut ait auctoritas: 'Agnus occisus est ab origine mundi' (*Apoc. 13,8*). Agnus Christus est, qui in quibusdam suis membris occisus est propter innocentiam ut in Abel, in aliis propter iustitiam ut in prophetis, in aliis propter zelum legis ut in Machabeis, in aliis propter constantiam fidei ut in apostolis; tempore moderniori in sancto Thoma episcopo Cantuariensi⁵⁾ occisus est propter libertatem ecclesie conservandam. Eadem causa mortis extitit in presule nostro Engelberto. Occubuit ille pro libertate ecclesie⁶⁾ Cantuariensis, iste

1 est für extitit 2a. b¹. — 8 cognitione getilgt und am Rande von anderer Hand initione verbessert 2a. — 11 lavit stolas suam 2a. b¹. — 14 forte lügt 2a nach Quodsi hinzu. — Evergillo 1a. — 15 Agilolfo 1a; Agilolpho 2a. b¹. — ibi für ipsi 2a. — 16 sicut Engelberti 2a. b¹. — 19 obed. virtus 2a. — 20 ita bis martirii fehlt 2b¹. — diverse sunt 2a. — 21 est fehlt 2a. b¹. — 23 in aliis bis prophetis fehlt 1a (vom 1. in aliis zum 2. abirrend). — 24 per zelum 2a. — 28 propter libertatem 2a.

¹⁾ Eberigisil war um 590 Bischof von Köln, wird aber in der Legende zum Märtyrer Evergisilus des 5. Jahrhunderts. Vgl. Levison, Bischof Eberigisil von Köln (Festschrift Albert Brackmann dargebracht, Weimar 1931, S. 40—63).

²⁾ Agilolf war um 747 Kölner Bischof.

³⁾ Nach der Vita Evergisli c. 9 (Analecta Bollandiana VI, 1887, S. 196); vgl. Levison (s. Anm. 1) 61.

⁴⁾ Vgl. die Passio Agilolfi (Acta SS. Julii II, 720 ff.) und W. Levison, Bischof Agilolf von Köln und seine Passio (Annalen 115, 1929, S. 76—97).

⁵⁾ Thomas Becket († 1170). Seine Passio von Johann von Salisbury lag Caesarius vor; vgl. Greven a. a. O. 34 ff. und oben S. 237 (Anm. 7, 9), 240 (Anm. 1), 246 (Anm. 4), 269 (Anm. 2), unten Anm. 6, S. 283 (Anm. 1), 308 (Anm. 1).

⁶⁾ Johann von Salisbury, Vita Thomae c. 24 (Migne 190, 206; Robertson, Materials II, 319): 'Et ego pro Deo meo mori paratus sum et pro assertione iustitiae et ecclesiae libertate'.

vero pro defensione ecclesie Essendiensis. Liberavit ille ecclesiam Anglicanam sanguine suo de gravi iugo regis Henrici; liberavit iste eque morte sua ecclesiam sue defensionis commissam de intollerabili exactione comitis Friderici. Et licet beatus Thomas ante passionem multa
 5 sustinuerit incommoda, dampna et exilia, que non sustinuit Engelbertus, in ipsa tamen passione plus doloris, angoris et confusionis certum est eum Thoma tollerasse. Ille enim, sicut legimus¹⁾, in capite uno ictu cesus a sacrilegis relictus est in templo; iste vulneribus multis et a lictoribus plurimis toto corpore confossus, nudus relictus est in sterquilinio. Sanctus Thomas occisus est ab eis qui eum aperte oderant; sanctus
 10 vero Engelbertus, quod maiorem inferre solet dolorem et augere invidiam, a cognatis et amicis, de quibus nichil mali presumebat et quos ipse sublimaverat. Unde philosophus dicit²⁾: 'Duplicatur dolor, cum ab eo a quo bonum merueras venit'. Item: 'Tanto magis iniuria
 15 affectior, quanto proximus est qui fecit'. Hinc David dicit in psalmo: 'Quoniam si inimicus meus maledixisset michi, sustinuissem utique' (Ps. 54,13), et cetera que sequuntur.

Relato sacro corpore eius a predictis abbatibus Coloniam, in ecclesia beati Petri in sepulchro decentissime preparato iuxta mausoleum
 20 nobilissimi presulis et archiducis Philippi³⁾ in dextra parte ecclesie contra portam meridionalem⁴⁾ gloriosus martyr Engelbertus, angelice libertati donatus, sexto Kalendas Ianuarii⁵⁾ dominus Cónradus Portuensis episcopus et sedis apostolice legatus coram innumerabili multitudine diverse dignitatis, ordinis, sexus et etatis sepelivit. Quanta illic
 25 cottidie signa fiant, in libro virtutum eius ex parte declarabitur. Passus est autem beatus martyr anno gratie millesimo ducesimo XXV, mense

1 Ensindensis 2a. — 2 de fehlt 2a. — 5 et fehlt 2a. b¹. — 6 angoris fehlt 2b¹. — 7 cum für eum 2a. — tolerasse hier 1a. — capita 2a. — 8 mensa am Rande verbessert in templo 2a. — 10 aperte eum 2a. b¹. — 11 at für et 2a. — 12 mali fehlt 2a. b¹. — 15 afflictior 2b¹. — proximus 2b¹. — in psalmo fehlt 2b¹. — 18 cuius 2a; eius fehlt 2b¹. — 19 decentissimo 1a (nicht 1b). — mansoleum, am Rande von anderer Hand verbessert 2a. — 21 angelica libertate 2a. b¹. — 22 mrii für Ian. 1a; marci 1b. 2a; martii 2b¹. — domnus 2a. — Conradus 2a; Conrardus 2b¹; alle Hss. mit Ausnahme des ändernden 1b haben die falsche Satzkonstruktion. — 26 autem est 2a.

1) Vgl. u. a. eb. c. 26 (Migne a. a. O. Sp. 206 f.; Robertson II, 320).

2) Von mir nicht ermittelt.

3) Erzbischof Philipp von Heinsberg (1167—1191).

4) Ueber die Gräber der Erzbischöfe Reinald, Philipp und Engelbert in der Stephanuskapelle im Untergeschoß des von Reinald erbauten Nordwestturms des alten Doms vgl. Corsten, Annalen 126 (1935), 20 f. Ueber das weitere Schicksal des Sarkophags und der Gebeine Engelberts vgl. Ficker a. a. O. 268; Poncelet 643 f.

5) Am 27. Dezember 1225 ('iärii' ist über 'mrii' = 1a zu 'martii' = 1b. 2a. b¹ geworden). Vgl. zuletzt Poncelet 662 Anm. 2; Foerster a. a. O. 130 Anm. 12.

nono, die septimo¹⁾, anno pontificatus sui decimo^{*)}), sub tertio Honorio papa, imperante Friderico secundo, monarchiam celi et terre gubernante domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.

17. [De celeri vindicta occisorum eius et de miserabili morte Frederici comitis.]

Nunc dicere superest, sub quanta celeritate et cum quanta severitate omnipotens Deus famuli sui sanguinem sive per semet ipsum sive per humanum ministerium vindicaverit. Quantum ei displicuerit sacrilegorum actio, licet martiris placuerit passio, pena subsequens manifestat. Vox animarum pro Christo interfectorum est in Apocalipsi: 'Usquequo, Domine sanctus et verus, expectas et non vindicas sanguinem nostrum de hiis, qui habitant in terra?' (*Apoc. 6,10*) Non diu Dominus expectavit, non annum, non mensem, sed statim martiris sui Engelberti sanguinem ad se de terra clamantem (*vgl. Gen. 4,10*) vindicare cepit. Vindicavit gladio materiali, vindicavit gladio spirituali et, sicut martir octava die mortis sue Ludowico Rodensi predixerat, tam festinanter et tam acriter, ut a nobis credi non posset. „Noveris“, inquit²⁾, „per certo, quod omnes, qui me occiderunt vel quorum consilio occisus sum, male peribunt, et hoc citius quam credi possit“.

Nam die quarta³⁾ unus satellitum funestorum ab Henrico comite⁴⁾ Tuicii⁵⁾ captus, in insula Rheni⁶⁾ ante civitatis menia rotali pena plexus est sine omni misericordia. Non multo post unus capitur et vinculatus Coloniam mittitur, qui pedibus ad equos ligatus, cum per plateas civitatis horribiliter nimis tractus fuisset, membris omnibus securi confractis, in rota extra muros⁷⁾ positus est. Dicuntur itidem alii duo non Colonie, sed alibi consimili pena puniti. Ceteri vero tam milites

*) vite vero XL^o fügt 1b hinzu.⁸⁾

1 IX^o, am Rande verbessert Novembrio 2a; Novembri 1b. — septima 1b; VII^o die 2a. — 4 infinita für omnia 2a. b¹. — 7 cum quanta ergänzt 2a am Rande. — 12 non fehlt 2b¹. — 15 vindicari 2a. — 17 diē (= diem) 2a. — mensis für mortis 1a. — Ludewico 2a; Ludovico 2b¹. — 22 Nutii captus est, in 2b¹. — Reni 1b. 2a; Revi 2b¹. — 24 ducitur für mittitur 2b¹. — 26 duo alii 2a. b¹. — 27 puniri 2a.

1) 7. November.

2) Oben S. 268.

3) 10. November 1225.

4) Heinrich IV. von Limburg, jetzt Graf von Berg.

5) Deutz.

6) Die Rheininsel, die als Richtstätte diente, lag gegenüber dem südlichen Teil des mittelalterlichen Kölns, oberhalb und unterhalb des Südendes der Stadtbefestigung von 1106 (am Neckelskaulturm), heute im Rheinauhafen aufgegangen.

7) Entweder auch auf der Rheininsel, oder vor dem Severinstor, wo später Graf Friedrich von Isenberg hingerichtet wurde; vgl. unten S. 281 Anm. 3.

8) Diese Angabe, die mit einem Zusatz von 2a. b^{1.2} zu III, 56 (unten S. 316) übereinstimmt und vielleicht in 1a ausgefallen ist, führt auf 1185 als Engelberts Geburtsjahr; vgl. oben S. 237 Anm. 8.

quam servientes timore mortis natale solum cum possessionibus deserentes, cum duce suo sathana usque hodie circueunt terram et perambulant eam (vgl. *Iob 1,7*)¹). Ipse autem totius mali caput Fridericus cum duobus fratribus suis Willelmo et Godefrido²), ut supra dictum est, excommunicatus ac deinde proscriptus, proiectus a facie Dei, sicut Cayn, qui fratrem suum occiderat, 'vagus et profugus' factus est 'super terram' (vgl. *Gen. 4,14*), nusquam acceptus, nusquam tutus, ita ut dicere posset: 'Omnis qui invenerit me, occidet me' (*eb. 4,14*). Interim castrum eius in Ysenburg, quod inexpugnabile videbatur, in ultionem pontificis obsidetur, redditur et solo tenus destruitur³). Cum obsessi plures essent et vite necessariis habundarent, in tantum timor illos invaserat, ut diu castrum tenere non auderent. De quo uxor Friderici cum liberis educta est, ut ei merito congrueret, quod de Iuda traditore scriptum est: 'Fiant filii eius orphani et uxor eius vidua. Nutantes transferantur filii eius et mendicent et eiciantur de habitationibus suis. Scrutetur fenerator omnem substantiam eius et diripiant alieni labores eius. Non sit illi adiutor nec sit qui misereatur pupillis eius' (*Ps. 108,9—12*). Nam et de omnibus suis Fridericus cum uxore, liberis et fratribus eliminatus est. Theodericus vero episcopus Monasteriensis cum fratre Engelberto Osenburgensi electo in concilio Leodicensi suspensi profecti sunt Romam⁴). Profectus est et cum eis Fridericus eadem spe qua et illi. Cumque aliquanto tempore episcopi in curia stetissent nec proficerent, eo quod se sufficienter excusare nequirent, procuratoribus ecclesie Coloniensis reclamantibus et litteris principum eos accusantibus, ambo depositi sunt⁵), et non multo post tum ex dolore, tum, quod credibilis est, ex divina ultione mortuus est Theoderi-

1 possessoribus deferentes 2b¹. — 2 circueunt 2a, *verbessert*; circueunt 1b; circumeunt 2b¹. — 3 caput *fehlt 1a (nicht 1b)*; capud mali 2a. — 4 Willelmo 2a. b¹. — 6 Domini für Dei 2a. b¹. — 8 invet (me *am Rande nachgetragen*) 2a; me *fehlt 2b¹*. — 9 Isenburch 2b¹; Ysenberch 1b. — ultione 2a. b¹. — 12 invasit 2a. b¹. — 15 transfererantur 1a. — 18 et vor de *fehlt 2a. b¹*. — Fred. suis 2a. — 19 Theodericus *hier auch 2b¹*. — 20 Osynburgensi 2b¹. — consilio *die Hss.* — Leodiensi 1b. 2b¹. — 22 et ipsi. Cum (que *fehlt*) 2a. b¹. — 23 excusare non possent 2a. b¹. — 25 ex vor dolore *fehlt 2a.* — 26 das 2. tum *verbessert der Rubrikator am Rande in animi 2a.* — credibile 1a.

1) Ueber den Tod dreier von ihnen in der Fremde vgl. unten S. 230 Z. 1.

2) Der Verdacht, der auf beide fiel (vgl. oben S. 254 Z. 14), war ungerechtfertigt, so daß sie später unbehelligt blieben.

3) Im Winter 1225/26; vgl. oben S. 223, Anm. 3. Vgl. ferner Chron. regia Colon. 1225 (ed. Waitz, S. 257); Catal. III. archiep. Colon. auctarium (SS. XXIV, 353); Albert von Stade 1225 (eb. XVI, 359); Reiner von Lüttich 1225 (eb. 679).

4) Vgl. oben S. 272. Sie traten die Reise nach Rom am 7. März 1226 an; vgl. Kleist a. a. O. 234.

5) Vgl. Emo 1225 (SS. XXIII, 511), Alberich 1226 (eb. 917), Reiner von Lüttich 1225 (eb. XVI, 679).

cus et in locis peregrinis sepultus¹⁾. Mortui sunt ibidem ex parricidis tres²⁾. Mortua est etiam uxor Friderici morte subitanea³⁾; cuius viscera quae fuissent eiecta, ita cor eius ex dolore, ut aiunt, emarcuerat et evanuerat, ut vix fabae quantitatem excederet. Mortuus fuerat ante eam pater suus, dux Walerammus, cum fratre Gerardo, viri potentes⁴⁾. Sicque miser Fridericus, spe ubique destitutus, cum Rome non inveniret misericordiam sibi placentem⁵⁾, vel potius misericordia indignus vel, quod credibilius est, ad maiorem indignioremque penam divinitus reservandus, digressus ab Urbe, personam suam dissimulando, quantum potuit, cum duobus Leodium venit. Ubi a quodam, qui eum Rome viderat, cognitus et quod ipse Fridericus esset proditus, a quodam milite Leodicense nomine Baldewino⁶⁾ fraudulenter satis captus est et domino Henrico Coloniensi episcopo plus quam pro duobus milibus marcarum⁷⁾ venditus. At, Deo dispensante, eodem pene die anno revoluto, quo beatus martyr Engelbertus cum merore multorum civitati mortuus est illatus, Fridericus cum desiderio multorum per portam oppositam captivus est invectus⁸⁾. Qui die quarta⁹⁾, quando videlicet primum martiris septenarium celebriter agebatur, ipse nimis turpiter, revoluto anno, in rota tormentaliter levabatur¹⁰⁾. Cui congruere videtur, quod a Domino per Ezechielem ad regem Egypti dictum est: 'Expandam

4 et evan. fehlt 2b¹. — 6 invenerit 1a. — 8 credibile 1a. — reservatus 2a. b¹. — 9 suam fehlt 2a. b¹. — 12 et ist vom Rubrikator am Rande für a verbessert 2a. — 13 archiepiscopo 1b. 2a. b¹. — pro fehlt 2a. b¹. — 14 ac für at 2a. b¹. — 15 est illatus mort. 2a. b¹. — 16 appositum 2a. b¹. — 18 primum episcopi septen. celebrabatur, ipse 2a. b¹. — 20 Egypti 2a. b¹.

¹⁾ Nach den Nekrologien starb er am 18. oder 22. Juli 1226; vgl. J. Ficker, Die Münsterischen Chroniken des Mittelalters (Münster 1851), S. 30, 348. Der Elekt Engelbert von Osnabrück verlor zwar sein Bistum, wurde aber am 11. Januar 1227 vom Papst mit Pfründen versorgt (Westfälisches Urkundenbuch V, Nr. 335; MG. Epist. saec. XIII, Bd. I, S. 254 f.) und wurde später abermals Bischof von Osnabrück (1239—1250).

²⁾ Vgl. oben S. 279 Anm. 1.

³⁾ Nach Reiner (vgl. eb. Anm. 5) starb sie mit einem Söhnchen.

⁴⁾ Vgl. zu seinem und Gerhards Tod S. 267 f.

⁵⁾ Vgl. indessen dazu Kleist a. a. O. 235 f.

⁶⁾ Balduin von Gennep nach Reiner von Lüttich und Alberich (a. a. O.). Nach Levold von Northof (ed. Zschaeck S. 28) hieß es, daß Friedrich von Balduin als Gast geladen worden war; vgl. Kleist, a. a. O. 236 Anm. 2.

⁷⁾ 'pro duobus milibus marcarum et centum marcis' Chron. reg. Colon. ed. Waitz S. 258.

⁸⁾ Am 11. November 1226; vgl. oben S. 266 Anm. 2 und Chron. reg. Colon. S. 259: 'Qui in festo Martini, sequenti scilicet die, anno sequenti, qua corpus lacerum gloriosi archiepiscopi Colonie est receptum, — Colonie presentatus est'.

⁹⁾ 'tercia die' dieselbe Chronik, wo der Tag der Ankunft anscheinend nicht mitgezählt ist. Caesarius' 'septenarium' (vgl. oben S. 268 Anm. 2) führt vom Todestag, dem 7. November, auf den 14.

¹⁰⁾ Vgl. Reiner, Chron. reg. Colon., Albert von Stade, Alberich von Trois-Fontaines a. a. O.

super te', inquit, 'rete meum et extraham te in sagena mea et proiciam te in terram. Super faciem agri abiciam te, et habitare super te faciam omnia volatilia agri¹⁾, et implebo colles sanie tua, et irrigabo terram fetore sanguinis tui' (*Ezech. 32, 3—6*). Universa hec impleta sunt et
 5 impletur in Friderico. Captus est et venditus, extractus et vinculatus, in terram proiectus et securi contractus, sicque super rotam positus esca factus est volatilibus agri (*vgl. Deut. 28,26*), colles quibus superpositus est implens sanie sua et terram subtus irrigans fetore sanguinis sui. Per triduum illud, quo vinctus tenebatur in palatio²⁾, extra muros civitatis in monticulo, qui est iuxta portam Sancti Severini³⁾, columpna ex lapidibus erecta est alta satis et in illa rota plaustrum plumbo vestita, ut durare posset, exaltata. Super hanc funibus tractus est, prius tamen brachiis et cruribus in terra securi contractis. Erat enim anniversaria dies, in qua martyr sacerdoti Rodensi predixerat omnes suos occisores morte
 15 mala esse perituros⁴⁾. Quod intelligimus vel de morte corporis vel de morte anime vel de utroque. Licet enim mala et turpi morte perierit in corpore Fridericus, speramus tamen eandem penam anime eius fuisse medicinam, eo quod bene contritus et diligenter atque frequenter tam privatim quam publice confessus se reum clamaverit et penam
 20 sibi illatam patienter sustinuerit, etiam ad confringendum membra singula ultro offerens. Et cum in dorso eius fabricaret (*vgl. Ps. 128,3*) carnifex ille immisericors, ictus sedecim per securim ei infligendo, non emisit vocem, ita ut omnes mirarentur. Postea usque ad matutinas in corpore durans, fertur tamen orasse et circumstantibus, ut pro se
 25 orarent, supplicasse. Fortassis ex merito martiris Engelberti, qui moriens pro inimicis oravit, gratia hec Friderico. Cum omnia hec que dicta sunt contigerint infra annum primum, haud dubium quin de aliis sacrilegis hiis similia vel forte maiora audituri simus. Et de hiis satis. Nunc autem de miraculis et beneficiis, que ad ipsius merita declaranda
 30 prestantur infirmis, aliqua dicenda sunt ad honorem domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto honor sit et imperium in secula seculorum. Amen.

2 terra 1a. — 5 est, venditus et extr. 2a; et fehlt 2b¹. — 7 super fügt 2b¹ nach colles hinzu. — 12 tamen: es ist eher cū als tñ zu lesen 2a. — 17 eius fehlt 2b¹. — 20 sibi fehlt 2a.b¹; illam für illatam 2a. — 21 dum 2a.b¹. — eius fehlt 2a.b¹. — 23 immisit 2b¹. — matutinos 2a.b¹. — 27 contigerunt 2b¹. — 28 forte fehlt 2a.b¹. — 31 et fehlt vor imperium 2a.b¹.

¹⁾ cæli die Vulgata.

²⁾ Ueber den von Reinald von Dassel erbauten erzbischöflichen Palast auf der Südseite des Domhofs vgl. Keussen, Topogr. I, 91* f. und II, 292; H. Vogts, Die Kunstdenkmäler der Rheinprovinz VII, 4 (Stadt Köln II, 4), 1930, S. 336 f.

³⁾ In der Nähe lag der Judenfriedhof, daher der Name am Judenbüchel oder am Toten Juden; vgl. Keussen, a. a. O. I, 133*, 147* und II, 316a, c; A. Kober, Grundbuch des Kölner Judenviertels (Publikationen der Gesellschaft für Rheinische Geschichtskunde 34), 1920, S. 56 ff. Ueber das Severinstor Vogts, a. a. O. 89 ff.

⁴⁾ Vgl. oben S. 268.

INCIPIT PROLOGUS CESARII IN MIRACULA DOMINI
ENGELBERTI COLONIENSIS ARCHIEPISCOPI ET MARTIRIS.
LIBER TERTIUS.

‘Oculi Heli caligaverunt et non poterat videre lucernam Dei, antequam extingueretur’ (1. Reg. 3,2.3). Lucernam Dei esse eum, cui divinitus datum est ecclesiam verbo, scripto vel exemplo illuminare, Salvator, qui lux lucis et fons luminis est, in evangelio ostendit, cum ait: ‘Nemo accendit lucernam et ponit eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt’ (Matth. 5,15; Luc. 11,33). Quia beatus pontifex Engelbertus, cuius actus et passionem in duobus libellis pro modulo ingenii mei dudum explicavi, minus in usu habuit gratiam predicandi sive sacras scripturas exponendi vel spiritualiter conversandi, [multorum oculi in illius contemplatione caligaverant, vitam forinsecam in eo considerantes] et divinam electionem, qua ab eterno predestinatus est, ignorantes; at postquam per mortem carnis extinctus est, per lucem miraculorum declarata sunt opera eius meritoria, que sibi conquesierat operibus Deo notis, maxime, ut supra dictum est, contritione, confessione et pro iustitia sanguinis sui effusione. Cum heu! tristis rumor occisionis eius insonuisset, multi qui actus eius seculares noverant, de salute eius desperantes, aiebant: „Heu! modo perdidit corpus et animam“. Audierant enim, quod a cognato suo Frederico comite occisus esset, eo quod eum exhereditare vellet. Unde necesse erat, ut signa eum sequerentur. Signa enim non sunt de substantia sanctitatis, sed quedam indicia sanctitatis. Nec fuisset necesse dominum episcopum Engelbertum miraculis claruisse post mortem, si vite perfectioris fuisset ante mortem. Beatus Evergislus et sanctus Agilolfus Colonienses episcopi, ambo a nocentibus innocentes occisi, martirio coronati sunt; qui tamen post mortem paucis admodum signis claruerunt¹⁾, quia non erat necesse, ut post mortem commendarent miracula, quos ante

1 Mit der Ueberschrift Liber tercius de miraculis eius. Prologus beginnt 2b²; der Prolog fehlt 1a; das 3. Buch fehlt fast ganz 1b. — 2 Coloniensis und et martiris fehlt 2b¹. — 4 caligaverant Vulgata. — 7 est fügt 2a nach qui hinzu; est nach lux getilgt 2b¹. — 13 multorum bis considerantes fehlt 2a. b^{1.2} und hat nur Gelenius S. 191 wohl aus der Schwelmer Hs., dafür fehlt bei ihm et divinam bis ignorantes; beide Lücken sind durch Homoioteleuton bewirkt (vgl. Poncelet 628 f.). — 15 ac für at 2b^{1.2}. — 17 conquesierat verbessert in conquisierat 2a. — 18 et fügt 2a nach contrit. hinzu. — 21 audiantur 2a. — 22 comite fehlt 2a. — 23 exhereditare 2b¹, am Rande von anderer Hand 2a. — 26 perfectionis 2b¹. — 27 Engelbertus für Evergislus 2a, am Rande verbessert. — Agilolfus 2a; Agilolphus 2b^{1.2}. — 28 innocenter 2b^{1.2}. — sunt fügt 2a nach occisi hinzu.

¹⁾ So Caesarius. Mehr rühmen ihre Wunder die Verfasser der oben S. 276 Anm. 3 und 4 genannten Vitae Evergisli c. 11 (Anal. Boll. VI, 197 f.) und Agilolfi c. 16 ff. (Acta SS. Julii II, 724).

mortem commendarat vita sanctissima. Voluit Dominus in martire suo demonstrare, quantum ei placeat pro iustitia stare, et ut occisoribus suis terrorem incuteret per miracula. [Unde nobis de illo non est dolendum, sed quasi de martire gloriandum, quia, si causa martirem facit¹⁾, sicut et facit, et ipse vere martir est]. Martirii eius meritum duo commendant, videlicet vindicta de inimicis eius et gratia sanitatum, quam cottidie exhibet de infirmis. De hiis miraculis ad iussionem successoris eius domini Henrici archipresulis aliqua scribere propono, et ea tantum que michi a personis veridicis sunt relata sive a venerabili viro Goswino, ecclesie beati Petri canonico²⁾, ab ore eorum quos martir sanavit excepta. Preterea miracula magna et crebra fiunt in loco qui vocatur Givelberg³⁾, ubi occisus est, ut ibi spiritu, hic corpore presens esse non dubitetur.

EXPLICIT PROLOGUS.

15 INCIPIUNT MIRACULA BEATI ENGELBERTI COLONIENSIS ARCHIEPISCOPI ET MARTIRIS.

1. [De Hermanno milite de Glibach, quem a paralisi beatus Engelbertus sanavit.]

20 Referunt⁴⁾ militem quendam esse in villa que dicitur Glibach, Hermannum nomine⁵⁾, qui duobus annis et amplius sic in paralisi labo-

2 placeret 2b². — 3 Unde bis martir est fehlt 2a. b^{1.2}, hat wieder nur Gelenius S. 191 wohl aus der Schwelmer Hs., vgl. Poncelet 629. — 6 de fügt 2a nach videlicet hinzu. — eius fehlt 2b². — 9 relata sicut a 2b¹. — 10 Goeswino 2b¹. — beati von anderer Hand am Rande nachgetragen 2a. — 12 Gijvelberg 2b^{1.2}; Givelsberg Gelenius. — 14 Expl. prol. Incipiunt bis martiris fehlt 2b². — 15 beati bis martiris fehlt 2a. b¹. — 17 Die Kapitelüberschriften fehlen 1a wie in den beiden ersten Büchern. — paralasi 2a. — 18 sanavit sanctus Engelb. (Eng. fehlt 2b²) 2b^{1.2}. — 19 Glybach 2b¹. — 20 sic fehlt 2a. b^{1.2}.

¹⁾ Johann von Salisbury, Vita Thomae c. 22 (Migne a. a. O. 190, Sp. 205; Robertson a. a. O. II, 317): 'Et si causa martyrem facit, — quid sanctius causa eius?'

²⁾ Der Domkanoniker Goswin von Volmarstein, der 1219 und als Domkustos 1235—1238 begegnet (als solcher unterbricht er die Kustodie Philipps von Altena, die 1222 und wiederum 1243 bis 1263 bezeugt ist (vgl. Knipping, Reg. III, 2, S. 381 und oben S. 256 Anm. 4); vgl. Knipping, Reg. III, 251, 612; R. Krumbholtz, Urkundenbuch der Familien von Volmerstein und von der Recke, Münster 1917, Nr. 136, 151, 152, 154 und S. XXIII Anm. 4. Vgl. unten S. 285 Anm. 1.

³⁾ Gevelsberg nordöstlich von Schwelm.

⁴⁾ Der Anfang von 'Referunt' entspricht dem 5. Buchstaben des Namens Cesarius; vgl. oben S. 13 und 16.

⁵⁾ Glimbach im Kreis Erkelenz. Ritter Hermann wird sonst nicht erwähnt, aber 1242 erhält ein Rutger de Glibach, Ministerial und Küchenmeister Herzog Heinrichs IV. von Limburg, von seinem Herrn ein Geldlehen (Lacomblet, UB. II, 269). Der Hof Glimbach (zur Wijden) am Friesenwall in Köln (vgl. Keussen a. a. O. I, 96*, 409 f.) gehörte wohl dieser Familie.

rabat, ut, quasi victus infirmitate, lecto decubans non nisi in dorso dormire neque nisi alienis manibus se posset vestire. Die quadam, cum eum moneret frater suus carnalis, quatinus sancto martiri Engelberto supplicaret, ut meritis eius sanitatem reciperet, respondit ille: „Ego me deduci feci ad Sanctum Quirinum Nussiam¹⁾ et ad Dominam nostram Rûremundi²⁾ et ad limina plurimorum sanctorum, sed non sum exauditus, forte exaudiri indignus“. Instante fratre, ut votum faceret martiri, miles manibus familie sue in curiam se petivit exportari atque deponi. Iacens vero in terra, plena fide, fuis lacrimis, votum fecit, ut, si per merita archiepiscopi sanaretur, nudis pedibus et sine lineis sepulchrum eius visitaret devotus. Sequenti die in eundem locum deportatus eandem iteravit orationem. Putant simplices laici maioris efficacie votum esse, si fiat sub divo quam sub tecto³⁾. Tertia die in predicto loco votum iam iteratum negligere timens, eo quod ministri non adessent, anxius circumspexit. Et ecce baculum cernens iuxta lectum stantem, cepit se solus, quod diu antea non fecerat, propriis manibus vestire et, baculo sustentante, pedibus de domo exire, veniensque ad locum, ubi duabus vicibus oraverat, prostratus in terra votum renovavit. Et cum tribus vicibus hoc fecisset, eo quod ‘funiculus triplex difficile rumpatur’ (*Eccles. 4,12*), surgens sentire cepit in corpore levitatem, Deo fidem eius remunerante. Et cum staret, baculum cadentem de terra levavit; cum quo letus ad domum propriam rediens, mox ad ecclesiam properavit. Quem uxor cum pueris sic solum ambulantem videntes, repleti stupore et extasi in eo quod contigerat illi, pre gaudio lacrimati sunt, et cum eum deducere vellent, prohibuit dicens: „Non me iuvetis, quia dominus meus Engelbertus sanavit me“. Veniensque ad ecclesiam coram altari se stravit, pro collato beneficio gratias agens Deo et sancto martiri eius Engelberto. Qui, oratione finita, ad miraculum declaran-

1 lecto (*fehlt 2b²*) decubans 2a. b¹⁻². — in dorso *bis* posset *am Rande nachgetragen* 2a. — 3 Engilberto immer 2b². — 5 Nussiam 1a. — 6 Ruremunde 2a. b¹⁻². — 12 deportatur 2a. — 14 tercio 2a. — eodem für predicto 2b¹⁻². — faciens *fügen* 2a. b¹⁻² *nach* votum *hinzu*. — 15 adessent 1a. — 16 diu *fehlt* 2a. b¹⁻². — 17 numquam für non 2a. b¹⁻². — 18 exire de domo 2a. — 19 hoc tribus vic. 2a. — 21 cum *fehlt* 2a. — 22 levare cepit, cum 2a. — 23 preparavit 2a. — 24 pueris suis sic 2a. b¹.

¹⁾ Vgl. oben S. 40 f.

²⁾ Das Cistercienser-Nonnenkloster O.L.Vrouw Munster zu Roermond in Holländisch Limburg, 1218 gegründet von Graf Gerhard IV. von Geldern († 1229) und seiner Gattin Margarete, die dort begraben wurden (vgl. unten S. 289 f.). Vgl. u. a. Gallia christiana V (1731), 389; J. B. Sivrè, *Het necrologium der adellijke abdij van O.L.Vr. Munster te Roermond* (Publications de la Société historique et archéologique dans le duché de Limbourg XIII, Roermond 1876, S. 169 ff.).

³⁾ Ueber Gelöbnisse unter freiem Himmel vgl. Schönbach I (Sitzungsberichte der Wiener Akademie, Phil.-hist. Klasse 144, 9), S. 30, der Tacitus' Germania c. 9 vergleicht: ‘Ceterum nec cohíbere parietibus deos — — arbitrantur’.

dum circuevit ecclesiam sicque reversus est in domum suam. Audientes tanta mirabilia vicini eius, accurrerunt, militi congratulantes et in eius curatione martirem glorificantes. Ipse vero quinta die Coloniam veniens nudis pedibus et in laneis sepulchrum martiris visitavit et pro collatis beneficiis gratias egit, custodi ecclesie Gozwino¹⁾ que dicta sunt recitans.

2. [De puero contracto ab eo sanato.]

In Valle sancti Petri*), domo ordinis Cisterciensis, puer quidam circiter quatuordecim annos habens etatis, Albertus nomine, in hospitali a patre suo carnali, eiusdem nominis converso, collectus est; qui ita contractus erat et crurium officio destitutus, ut ad necessaria nature venire non posset nisi deportatus. Audiens pater que de episcopo referebantur miracula, ait ad puerum: „Fili, quando solus es, in gramen domui contiguum quocumque modo venire satagas ibique votum sancto Engelberto facias; forte, ut ceteris, sic et tibi succurret“. Obediens filius patri manibus genibusque reptando venit in gramen; in quo orans ymaginem ceream et sue longitudinis candelam martiri vovit, hoc adiciens, ut, si eius meritis conualesceret, mox illa ad sepulchrum eius personaliter offerret. Et ecce mira Christi misericordia! ut in fide egroti orantis resultaret meritum martiris, statim hora eadem cepit puer remedium sentire et ad lectum suum commodius quam exierat redire, ita ut patri diceret redeunti: „Pater, videtur michi, quod incedere possem, si duos baculos haberem. Nam meritis sancti Engelberti multo levius habeo quam habuerim“. Quid plura? Preparantur baculi, incedit puer, miramur omnes. Prius enim ab eodem patre suo ductus fuerat ad memoriam sancti Quirini martiris qui est in Nussia; sed noluit eum curare martir probatus, novo martiri nostro Engelberto gratiam curationis eius reservans, ut in eis etiam impleri videatur, quod Apostolus de maioribus dicit: „Honore invicem prevenientes“

*) apud Heysterbach (Hijsterbach 2b¹) fügen 2a. b^{1.2} hinzu.

2 occurrerunt 2b¹. — multi für mil. 1a. — 3 curationem 2a. — Coloniam veniens quinta die nud. ped. (et in lan. fehlt) 2a. b^{1.2}. — 5 Gozwino fehlt 2a. b^{1.2}. — 6 gesta sunt recitavit 2a. b^{1.2}. — 8 Cisterciensis 2a; Cisterciensis 2b². — quidem 2b¹. — 9 quatuordecim 2a. — habens bis nomine fehlt 2a. b^{1.2}. — 10 carnali fehlt 2a. b^{1.2}. — 13 quanto 2a. — 14 fueris für es 2a. b^{1.2}. — dñi statt domui 2a. — 15 Ingilberto 2b². — 16 pedibusque für gen. 2a. b^{1.2}. — 17 sercam (et fehlt) 2a. — 18 meritis eius 2a. b^{1.2}. — illam 2a. b^{1.2}. — 19 Dei für Christi 2a. b^{1.2}. — 22 diceret patri 2a. b^{1.2}. — 24 melius für multo levius 2a. — 25 mirantur 2a. b^{1.2}. — 26 ductus erat suo 2a. — (qui est fehlt) in Nussiam 2a. b^{1.2}; q. e. in Nusia 1a. — 28 eius curationis 2b². — etiam fehlt 2a. b^{1.2}. — implere 2a. — 29 viatoribus für mai. 1a.

¹⁾ Goswin ist auch urkundlich als Domkustos bezeugt. Vgl. oben S. 283 Anm. 2.

(Rom. 12,10). Postea idem puer, sicut omnes testes eius sumus, cum quibusdam monachis nostris Coloniam navigio veniens sepulchrum martiris adiit, que voverat optulit. Ubi post orationem plene curatus, baculos super tumbam eius posuit, sequenti die pedes ad nos rediit.

Audiant huiusmodi miracula, qui martiri detrahentes dicunt: „Si videremus nostros concives, quorum nobis infirmitas a multo tempore nota est, ab episcopo Engelberto curari, crederemus ei“. Quibus respondeo, vel indignos illos esse sanari propter inopiam fidei, vel non expedire eis ut curarentur, vel eos dignos non esse videre qui talia dicunt. ‘Generatio prava et adultera signum querit’ (Matth. 12,39). Non enim Dei Filius omnes infirmos Iudae curare voluit; de quo etiam legitur, quod non poterat multa signa facere in quibusdam locis propter incredulitatem inhabitantium (Matth. 13,58). In signis faciendis et fides petentium et merita sanctorum requiruntur. Sepe tamen Deus ingratis et indignis sua largitur beneficia.

3. [De muliere, quam in gutture sanavit.]

Mulier quedam, manens iuxta piscinam que est extra muros civitatis¹⁾, in gutture periculose satis infirmabatur. Veniens ad memoriam martiris cum notis et amicis, supplicabat camisiam eius sibi aqua intingi, sperans, si illam biberet, statim convalesceret. Et factum est secundum fidem eius. Bibens cum multa difficultate de eadem benedictione ad domum suam rediit et post spatium quatuor horarum reversa ad sepulchrum locuta est, gratias agens Christo et sancto episcopo Engelberto. Tam vehemens fuerat morbus, ut a quinta die neque loqui neque gustare aliquid potuisset.

4. [De milite, qui a tertiana per ipsum sanatus est.]

Venit etiam miles quidam ferens ymaginem ceream et super sepulchrum martiris illam offerens hanc orationem fudit: „Sancte episcope

¹⁾ sicut bis sumus fehlt 2a. b^{1.2}. — 2 nostris fehlt 2a. b^{1.2}. — navigio fehlt 2a. b^{1.2}. — supulchrum 2a. — 4 baculis — positus 1a. — 7 multorum 1a. — 8 crederimus 2a. — 9 esse sanari illos 2a. b^{1.2}. — 10 curentur 2a. b^{1.2}. — 12 omnes infirmos Iud. dei fil. 2a. b^{1.2}. — etiam fehlt 2a. b^{1.2}. — 19 satis peric. 2a. — 23 hor. quat. 2a. b^{1.2}. — 24 a se pulchre statt ad sepulchrum 2b². — 27 per ipsum fehlt 2b^{1.2}. — 29 etiam fehlt 2a. b^{1.2} — seream 2a. — 30 off. illam 2a. b^{1.2}.

¹⁾ Man kann an den Weiher vor dem Pantaleonstor (Keussen, Topogr. II, 318) oder bei dem danach benannten Kloster Weiher östlich von Melaten (S. Maria in Piscina, eb. S. 320) denken. Vgl. auch eb. S. 471 unter ‘Weiher’.

Engelberte, ita veraciter ut curatus sum a Deo a tertiana per tua merita, ita sis benedictus!“

5. [De abbate Sancti Trudonis ab eo curato.]

Eodem tempore magister Iohannes, abbas Sancti Trudonis¹⁾, cum
 5 in quartanis diu et graviter laborasset, de miraculis domini Engelberti
 audiens et de gloria eius, mirabilem Deum benedicens, sicut ipse michi
 retulit, statim cogitans, quod homo pacificus esset multumque miseri-
 cors et quod beati forent pacifici et misericordes (*Matth. 5,7.9*), Deum
 invocavit, rogans, quatinus illius meritis sibi in suis necessitatibus sub-
 10 venire dignaretur. Qui mox exauditus, quanti esset apud Deum meriti
 beatus martir Engelbertus, in sua curatione meruit experiri.

6. [De muliere paralitica ad invocationem eius
 sanata.]

Mulier quedam veniens ad sepulchrum martiris duos baculos super
 15 illud optulit, dicens se ad invocationem nominis eius a paralisi, cuius
 incommodo diu laboraverat, sanatam.

7. [De scolari contracto et ad sepulchrum eius
 curato.]

Vir quidam civis Confluentie²⁾ Roricus nomine, cognomento Van-
 20 derarken³⁾, filium habet scolarem, in cuius crure sic se nervi con-
 traxerant, ut dimidio anno pedem ad terram mittere non posset. Quem
 cum ad sepulchrum martiris pater fecisset deportari atque super
 ipsum plena fide reponi, mox nervi, qui multo tempore fuerant con-

1 sum cur. 2a. b^{1.2}. — per tua mer. fehlt 2a. b^{1.2}. — 6 de fehlt 2b^{1.2}. — sicut
 bis retulit fehlt 2a. b^{1.2}. — 7 cogitare cepit, quod 2a. b^{1.2}. — et multum
 2b^{1.2}. — 9 sibi (*dann suis getilgt*) merit. ill. (*suis am Rande nachgetragen*)
 2a. — 10 exauditur 2a. b¹. — 11 Engilbertus hier auch 2a. — 12 per eum
 statt ad invoc. eius 2b^{1.2}. — 15 eius nom. 2a. b¹ und ursprünglich auch 2b². —
 18 sanato für curato 2b^{1.2}. — 19 concivis 2a. b^{1.2}. — Roricus bis Van-
 derarken fehlt 2a. b^{1.2}. — 20 habens 2a. b^{1.2}. — 21 in fügen nach ut
 2a. b^{1.2} hinzu. — 23 deponi 2a.

1) S. oben S. 18 Anm. 1; unten S. 294 Anm. 2.

2) Koblenz.

3) Die van der Arken (de Archa) waren einer der Koblenzer Bürger-
 stämme und gehörten zu den angesehensten Ministerialen des Erz-
 bischofs von Trier. Vgl. M. Bär, Urkunden und Akten zur Geschichte
 der Verfassung und Verwaltung der Stadt Koblenz bis zum Jahre 1500
 (Publikationen der Gesellschaft für Rheinische Geschichtskunde XVII),
 Bonn 1898, S. 126 (Anm. 4), 136; J. Bast, Die Ministerialität des Erz-
 stifts Trier (= Trierisches Archiv, Ergänzungsheft XVII), Diss. Bonn
 1918, S. 5.

tracti et indurati, mollescere ceperunt et dissolvi, ita ut qui claudus fuerat impositus, descenderet erectus, et qui manibus alienis delatus est infirmus, propriis pedibus ad hospitium suum reversus hylaris et sanus. Nomen vero scolari Theodericus.

8. [De aurifabro, qui martirium eius irridens divinitus est flagellatus et ab eo curatus, dum peniteret de blasphemia.]

In Siberg oppido¹⁾ non multum remoto a civitate Colonia manens est quidam aurifaber Arnoldus nomine, qui huiusmodi virtutibus fidem adhibere non potuit, sed quotiens eo presente loqueretur quis de sanctitate presulis, vel irrisit vel contradixit. „Quomodo“, inquit, „posset esse vel dici sanctus, ad cuius mandatum multe domus existerunt, spoliati multi, et quem multorum fuisse constat auctorem malorum?“ Dominus vero, qui dicit: ‚Michi vindictam, et ego retribuam‘ (Rom. 12,19), cum martiris sui iniuriam diutius tollerare non posset, blasphemum sero domum revertentem tam subita et tam gravi infirmitate, ut disceret non blasphemare, flagellavit, ut pre infirmitate in continenti se putaret moriturum. Tandem ad se reversus cogitare cepit, ne forte pena esset peccati in martirem commisi. In carruca Coloniā se fecit deduci. Quo cum venisset, in alveolo positus et ante sepulchrum depositus, elevatis manibus oravit hiis verbis dicens: „Domine sancte martir, merito patior hanc infirmitatem, eo quod sanctitati tue contradixerim semper. Domine, per merita tua et per sanctum martirium tuum adiuva me miserum et infirmum!“ Cumque sepius hanc orationem repetisset, dixit circumstantibus: „Quis me aspersionem aqua benedicta?“ Respondentibus illis: „Nullus nostrum te aspersionem“, iterato subiunxit: „Certe aliquis me aspersionem“. Qui cum rursus negarent, ait ad illos: „Sinite me abire, quia per benignitatem Dei et merita martiris eius Engelberti ecce convalui!“ Surgens eadem hora non sine admiratione presentium in domum ecclesie adherentem abiit, ubi cum quieverisset modicum, reversus est in domum suam, de die in diem proficiens, quoadusque plenam sanitatem reciperet.

3 dilatus 2a. — suum *fehlt* 2a. — reversus est h. 2a. b^{1.2}. — 4 gaudens für sanus 2a. b^{1.2}. — Nomen *bis* Theod. *fehlt* 2a. b^{1.2}. — 5 deridens 2b^{1.2}. — 6 dum penit. cur. (de bl. *fehlt*) 2b^{1.2}. — 8 remota 2a. — 9 Arn. nom. *fehlt* 2a. b^{1.2}. — 10 loqu. aliquis 2a. b^{1.2}. — 11 contraxit 1a. — 12 combuste 2a. — 13 fuisse const. mult. auct. *verbessert in* mult. const. auct. f. 2b². — 15 iniuria 2b^{1.2}. — 17 pre infirmitatis magnitudine in 2a. b¹; per infirmitatis magnitudinem in 2b². — 19 In Coloniā (Colonia 2b²) carr. fec. se 2a. b^{1.2}. — 21 dicens *fehlt* 2b². — 23 contrad. semper tue sanct. 2a. b^{1.2}; contradixerim *verbessert aus* contraxerim 1a. — 24 per factum mart. 2a. — 25 astantibus 2b². — aspersionem me 2a. b^{1.2}. — 29 Engelb. eius 2a. — ecce *fehlt* 2b¹. — 31 adiiit 2a.

¹⁾ Sieburg.

9. [De camerario comitisse Gelrensis infirmo et
qui ad sepulchrum eius est sanatus.]

Audiens camerarius comitisse de Gelren¹⁾, quanta sanitatum remedia Colonie infirmantibus exhiberentur propter eius merita,
5 illo se deduci fecit. Erat enim tam debilis et infirmus, ut non nisi duobus baculis se sustentantibus incederet. Qui cum per aliquot dies spe recuperande sanitatis Colonie moraretur, singulis diebus martiris sepulchrum visitavit, orans, ut eius intercessione sanitatem recipere mereretur. Quod cum singulis diebus actitaret, misericors Deus, qui ob hoc
10 desiderium eius distulisse creditur, ut perseverantiam fidei eius probaret, die octava demum concedens optata hominem sanavit. Qui baculos ibi relinquens, letus reversus est in domum suam. Quid autem domine eius comitisse circa tempora eadem contigerit, non tacebo.

10. [De comitissa Gelrensi de periculo partus per
15 ipsum liberata.]

Laborabat in partu nobilis femina comitissa de Gelren²⁾ et tam periculose, ut pene vita eius esset in desperatione, eo quod tempus pariendi preterisset. Vocatus est confessor eius dominus Arnoldus de Campo³⁾. Qui cum adesset, ductus est a patre eius Henrico duce
20 Brabantie⁴⁾, qui tunc aderat, et marito eius Gerardo comite⁵⁾ ad locum parturientis. Iacebat enim in domo modicum a castro semota, clamans et eiulans pre dolore. Viso abbate, acsi moritura esset, sic se orationibus eius commendavit, petens, ut hoc ipsum fratribus omnibus iniungeret. Flentibus universis qui aderant, sic comes affatur

2 (qui *fehlt*) ad sep. eius sanato 2 b^{1.2}. — 4 ehib. 2a. — 5 ille 2a. — deduci se 2a. b^{1.2}. — nisi duobus bac. sust. se non 2a. b^{1.2}. — 11 baculis 2a. — 12 Quid *bis* tacebo *fehlt* 2a. b^{1.2}. — 14 Gelrense 2a. — 15 est *fügt* 2 b¹ nach liberata hinzu. — 17 pena eius vita 2 b¹. — 18 iam *fügen nach* pariendi 2a. b^{1.2} hinzu. — abbas für dom. Arn. 2a. b^{1.2}. — 19 Heynrico 2 b¹. — 20 domo (vgl. Z. 21) *fügt* 2a nach eius hinzu. — 22 pre doloris magnitudine 2a. b^{1.2}. — 23 suis für eius 2a. b^{1.2}.

¹⁾ Margarete, Tochter Herzog Heinrichs I. von Brabant, Gemahlin Gerhards IV. von Geldern; vgl. C. Knetsch, Das Haus Brabant (Darmstadt 1917/28) S. 24. Sie starb an einem 5. Mai; der dort und sonst öfter als ihr Todestag angeführte 20. September 1231 ist der Sterbetag von Gerhards Mutter Richardis; vgl. Sivré, a. a. O. (s. S. 284 Anm. 2) S. 212, 250, 261.

²⁾ Vgl. Anm. 1.

³⁾ Arnold I. war Abt des Klosters Camp 1224—1237 (?); vgl. M. Dicks, Die Abtei Camp am Niederrhein, Kempen 1913, S. 128 ff., 570.

⁴⁾ Heinrich I. von Brabant (1183—1235).

⁵⁾ Gerhard IV. von Geldern (1207—1229).

uxorem: „Dilecta, bene nosti, quantum nos amaverit cognatus et dominus meus episcopus Engelbertus¹⁾. Invoca ergo illum in hac tua necessitate; spero, quod tibi, sicut et ceteris, subveniet“. Abbate cum duce et comite abeuntibus, illa orare cepit et dicere: „Domine mi, sancte episcope, si potes aliquid apud Deum, sicuti te posse credimus, succurre nunc michi misere mulieri“. Et adiecit: „Domine Deus, exaudi me et libera me a doloribus istis propter sanguinem, quem pro iustitia fudit episcopus Engelbertus“. Que mox exaudita est. Vix castrum iam dieti viri ascenderant, et ecce! puella post eos cursitans, sicut michi retulit frater Petrus abbatis capellanus, letum nuntium comiti detulit, dicens: „Domine, domina mea pulcherrimum vobis genuit filium“²⁾. Et glorificatus est ab omnibus Deus in martire suo Engelberto. Comitissa vero non immemor beneficii sibi ab ipso collati, mox ut convaluit, Coloniam veniens sepulchrum illius visitavit, cum gratiarum actione ymaginem argenteam super illud offerens.

11. [De puella, que sex annis ceca fuit et eius meritis lumen recepit.]

In parrochia Sancte Columbe virginis et martiris civitatis Colonie³⁾ mulier quedam manet, cuius filia ceca per martiris merita lumen amissum hoc modo recepit. In sexto mense etatis sue cepit infirmari in oculo uno ac deinde, ingravescente morbo, visu totaliter privata est. Que cum facta esset sex annorum, mater, ut filia reciperet visum, tres sextas ferias in pane et aqua ieiunavit, insuper missam animarum in honore episcopi Engelberti cantari fecit. Quo consummato, puella per merita martiris mox visum recuperavit.

2 ergo fehlt 2a. b^{1.2}. — tua magna necess. 2a. b^{1.2}. — 3 Abbate tamen et duce abeunt. 2a. — 5 sicut 2b^{1.2}. — esse fügt 1a nach te hinzu. — 8 castrum predicti 2b^{1.2}. — 9 castrum wiederholt 1a nach ascend. — eos fehlt 2b². — sicut bis capellanus fehlt 2a. b^{1.2}. — 11 Domine fehlt 2b². — 13 immemor 1a, verbessert. — sui für sibi ab i. collati 2a. b^{1.2}. — 14 sep. eius 2a. b^{1.2}. — et für cum 1a. — 20 uno oculo 2a. — 21 et für ac 2b¹. — ingravescere 2a. — est fehlt 2b¹. — 22 vis. rec. 2a. b^{1.2}. — 24 honorem 2a. b². — beati für episc. 2a. b^{1.2}. — 25 meritum 2a. b^{1.2}.

¹⁾ Engelberts Mutter Margarete war eine Schwester Ottos von Geldern (vgl. oben S. 237 Anm. 2 und 3), des Vaters von Gerhard IV.

²⁾ Vielleicht Heinrich, der spätere Bischof Heinrich III. von Lüttich (1247—1274), dann nach seiner Absetzung Herr von Montfort († 1284). Vor 1243 Propst von Xanten, kann er bei der Machtstellung seiner Familie noch sehr jung gewesen und um 1226 geboren sein. Die Priester- und Bischofsweihe ließ er sich erst 1258 erteilen.

³⁾ Ueber den Pfarrbezirk der St. Columba-Kirche in Köln vgl. Keussen, Topogr. I, 192*, 275 ff.

12. [De Henrico, qui per ipsum a caduco morbo sanatus est.]

Nobilis vir Henricus de Kalemunt¹⁾, cum morbo caduco diu laboraret, die quadam in capella stans et de virtutibus que de martire passim referebantur cogitans, in terram se prostravit, fusis lacrimis, hec orans: „Domine archiepiscopo, si est, ut putamus, quod magni sitis meriti coram Deo omnipotenti, intercedite pro me apud Dominum Deum, ut propter suam magnam benignitatem et merita vestra sanitatem recipiam“. Hec et huiusmodi cum sepius repeteret, surgens ab oratione sensit quandam corporis levitatem insolitam, ita ut postea usque ad presens a morbo eodem minime vexaretur.

13. [De homine a paralisi per ipsum curato.]

Homo quidam de Heegen²⁾, duobus se sustentans baculis, ad sepulchrum martiris venit; ubi cum ferme duarum horarum spatio sedisset et pro sanitate corporis sui, quanto intentius poterat, martiri supplicasset, exauditum se sensit. Qui mox surgens, letus abiit, in testimonium sue curationis baculos, quibus advenerat, illic relinquens.

14. [De sacerdote de Hemesberg, qui quindecim diebus lumine privatus, per votum quod ei fecit illuminatus est.]

Circa idem tempus sacerdos quidam de Hemesberg, ordinis Premonstratensis³⁾, venit ad sepulchrum martiris; qui dicebat quindecim

1 Henr. de Kalemunt, qui 2b¹. — morbo cad. 2b². — 3 Calenmont 2a. — 7 ad für apud 2a. b^{1.2}. — 13 de Heegen fehlt 2a. b^{1.2}. — 15 pro salute corp. 2b². — supplicaret 2a. b^{1.2}. — 18 quidecim (so) 2b¹. — 19 (per bis fecit fehlt) fuit illum. 2b^{1.2}. — 21 quidam fehlt 2a. b^{1.2}. — Hemesberg 2a. b^{1.2}. — ord. Prem. fehlt 2a. b^{1.2}.

¹⁾ Ein Heinrich von Kalemunt (später Calmuth) ist 1212—1229 urkundlich bezeugt (Lacomblet, UB. II, Nr. 41; Goerz, Mittelrheinische Regesten II, Nr. 1883, 1920). Der Lacomblet, UB. II, Nr. 532 Genannte dürfte wohl ein Nachkomme von ihm sein. Ein Edelherr Matthias von Calmuth, vielleicht ein Sohn des ersteren, war verwandt mit dem Kölner Erzbischof Konrad von Hochstaden (1238—1261) und sein Lehnsmann und Burgmann auf Altenahr.

²⁾ Vielleicht Heggen bei Herzogenrath (Kreis Aachen) oder Hain (Kreis Ahrweiler, Gem. Niederdürenbach).

³⁾ Vor Heinsberg befand sich ein Prämonstratenserdoppelkloster von Nonnen und Mönchen, das Erzbischof Engelbert 1218 in seinen besonderen Schutz genommen hatte. Vgl. Knipping, Reg. III, 225; Kunstdenkmäler der Rheinprovinz VIII, 3 (Kreis Heinsberg), 1906, S. 57 ff.

diebus oculorum lumine se privatum et vovisse, quod sepulchrum eius visitare deberet et ad altare, quod est ad caput eius, missam celebrare animarum, et mox post votum se recepisse visum. Quod et fecit, quanto devotius potuit.

15. [De muliere, que ad sepulchrum eius lumen oculorum, quod viginti annis perdiderat, recepit.]

Est quedam mulier in castro quod Nidecke vocatur¹⁾, que ceca viginti annis fuerat. Hec dum die quadam de miraculis episcopi Engelberti audiret, spe recuperandi luminis Coloniam se duci fecit, dicens: „Ego ibo visitare sepulchrum novi martiris, ut gratiam, quam aliis impendit, etiam michi impartiri dignetur“. Que cum Coloniam venisset et coram sepulchro episcopi orasset, recepit visum; et que duce venerat, sine duce reversa, per novi martiris meritum visum diu sibi subtractum gaudens innovatum vel potius omnino reparatum, domui sue novum reportavit miraculum.

16. [De monacho de Burnenbach, cui visus oculorum per ipsum restitutus est.]

Abbas de Burnenbach²⁾, domo ordinis Cisterciensis, que sita est in terminis Wormacie, quendam ex monachis suis iunioribus, Ulricum nomine, abbati Veteris Montis³⁾ transmisit. Qui cum ibi esset ali-

1 dierum (ocul. *fehlt*) 2a. — voluisse 2a. — 3 se *fehlt* 2a. — 5 ad sep. eius *fehlt*, per ipsum *fügen nach* perdiderat 2b^{1.2} *hinzu*. — 9 viginti 1a. — annos 2a. — die quadam *fehlt* 2a. b^{1.2}. — 11 novi mart. sep. 2a. b^{1.2}. — 12 impertiri 2a. b². — Colonia 2a. — 13 orasset episc. 2a. — *vielleicht ist cum vor duce zu ergänzen*. — 14 sibi diu 2a. b^{1.2}. — 15 omnino *fehlt* 2b². — 17 de Burnenbach 2a; de Burn. *fehlt* 2b^{1.2}. — oculorum *fehlt* 2b². — 19 domo *bis* quendam *fehlt* 2a. b^{1.2}. — 20 suis *wiederholt nach* iun. 1a. — Ulr. nomine *fehlt* 2a. b^{1.2}. — 21 ibi *fehlt* 2b².

¹⁾ Nideggen an der Rur, Burg der Grafen von Jülich; vgl. oben S. 87 Anm. 2. Vgl. u. a. Peter Koof, Die Entstehung der altjülichischen Städte, Dissertation Bonn 1926, S. 82 ff.

²⁾ 'Abbas de Brunisbach', Dial. mirac. IV, 39. Abt des Klosters Bronnbach (an der Tauber oberhalb von Wertheim am Main) war damals entweder Burkard, der nach 1205 bis 1226 bezeugt ist, oder Gozwin, der 1228 begegnet und bereits 1230 Gottschalk zum Nachfolger hatte. Bronnbach lag nicht im Wormsichen, sondern in der Diözese Würzburg. Vgl. u. a. Janauschek, Orig. Cist. S. 128 f.; A. Krieger, Topographisches Wörterbuch des Großherzogtums Baden I² (Heidelberg 1904), 299 ff.; A. von Oechelhaeuser, Die Kunstdenkmäler des Großherzogtums Baden IV, 1 (Kreis Morsbach, Amtsbezirk Wertheim), Freiburg 1896, S. 6 ff.

³⁾ Vgl. oben S. 271 Anm. 1.

quanto tempore et minutionis tempus adesset illeque cum fratribus sanguinem minueret, putans sibi eandem minutionem non sufficere, alium conversum accersiens, in altero brachio minuit et cum sanguine visum perdidit. Quod cum abbati diceretur, experiri volens, si cecus esset, ante illum stans et nil loquens digitum oculis eius apertis immisit, sed non sensit ille neque assurrexit illi. Intelligens eum abbas apertis oculis non videre, in infirmitorio illum procurari fecit. Audiens abbas de Burnenbach monachum suum cecum effectum, ne gravaretur per eum domus aliena, revocavit illum. Qui cum venisset Coloniam, servo et equo sibi accommodato, ad sepulchrum episcopi se deduci fecit. Ubi cum staret et orationes suas diceret, optulit duos oculos cereos a se emptos cum tali voto, ut, si per merita eius visum reciperet, quod pater suus duos oculos argenteos ad ipsius honorem remittere deberet. Sicque, oratione completa, insanatus abiens, duce famulo, ad grangiam domus Bergensis, que Sorenden dicitur ¹⁾, modicum a civitate distantem, pervenit. Ubi dum a magistro grangie ²⁾ benigne satis tum propter caritatem, tum propter mandatum abbatis receptus fuisset, et converso sciscitante, quis vel unde esset vel qualiter cecitatem incurrisset, per ordinem recitasset, ille iuveni compassus respondit: „Rogate episcopum Engelbertum, ut, ipso intercedente pro vobis ad Deum, visus vobis restituatur“. Respondente illo: „Hoc feci“, subiunxit conversus: „Habete fiduciam, quia ipse faciet“. Hoc dicto, cum surgeret et abiret et monachus solus maneret, post horam conversus rediit, quem ille non audiendo, sed videndo salutavit. Quod conversus considerans, cum diceret: „Unde nostis me hic esse, cum non videatis?“ respondit monachus: „Gratias ago Deo, quia bene video tam vos quam ea, que in domo sunt, necnon et fluvium qui fluit ante grangiam“. Volens experiri frater, si verum diceret, ait: „Quid est, quod pendet in pertica?“ Respondit: „Manutergium“. Et verum fuit. Et rediit videns et glorificans Deum et sanctum Engelbertum episcopum.

2 eam min. 1a. — 3 et|et 2b¹. — 5 nihil 2a.b². — 6 abbati für illi 2a.b^{1.2}. — 7 oculis nihil vid. 2b^{1.2}. — 8 Burnenbag 1a. — illum für eum 2a.b^{1.2}. — 9 eum für illum 2a.b^{1.2}. — 10 duci 2a.b^{1.2}. — 12 visum per eius merita 2a. — 15 que Sor. dic. fehlt 2a.b^{1.2}. — distante 2b². — 17 abb. mand. 2a. — 19 illi 2b^{1.2}. — Rogate sanctum episc. 2a.b^{1.2}. — 20 pro vobis (nobis 2b²) interc. 2b^{1.2}; nobis auch 2a. — 21 illo fehlt 2a.b^{1.2}. — 23 manaret 2a. — 24 consid. ait: Unde 2a.b^{1.2}. — 25 me nostis 2a.b^{1.2}. — 26 ago (fehlt 2b^{1.2}) Deo et beato Engelberto, quia 2a.b^{1.2}. — quam für que 2b². — 27 grangiam 2b¹. — 28 diceret et ait 2a.b². — 29 Et v. fuit fehlt 2a.b^{1.2}. — 30 episc. fehlt 2a.b^{1.2}.

¹⁾ Sürth am Rhein oberhalb Köln. Schon 1215 besaß die Abtei Altenberg dort drei Güter; vgl. Mosler, Urkundenbuch der Abtei Altenberg I, Nr. 72. Ueber den Ort vgl. R. W. Rosellen, bei K. Th. Dumont, Geschichte der Pfarreien der Erzdiözese Köln VI (Dekanat Brühl), Köln 1887, S. 553 ff.

²⁾ Ueber dieses den Konversen vorbehalten Amt vgl. u. a. Wilkes, Himmerode S. 62 f., 142.

17. [De monacho Everbacensi¹⁾, quem a paralisi
liberavit.]

Eodem tempore monachus quidam de ordine Cisterciensi, si bene memini, Everacensis cum duobus conversis ad partes inferiores missus, antequam veniret Coloniam, tam vehemens eum invasit paralisis membris omnibus, ut non absque magno dolore simul et labore, assistentibus sibi conversis, ad Veterem Montem deveniret. Depositus in infirmitorio, cum se erigere vel in latus aliud vertere non posset, membrorum officio destitutus, suspensus est in trabe funiculus, cuius amminiculo uti deberet, sicut et fecit. Cui cum venirent in mentem miracula novi martiris Engelberti, spe concepta, missam unam animarum illi vovit. Et ecce! statim in ipsa hora levius sentiens meliorari cepit et citius quam credi posset convaluit. Qui Deo gratias agens et curatori suo sancto Engelberto, cum ad claustrum suum rediret et Tuicii cum magistro Iohanne loci eiusdem abbate²⁾ pranderet, hec que dicta sunt, me audiente, presentibus narravit, duos predictos conversos, qui et ipsi presentes erant, testes invocans.

Quid in domo nostra per merita martiris contigerit, non tacebo.

18. [De Christiano monacho in Heysterbach in
brachio sanato.]

Iuvenis quidam monachus ex adolescentibus nostris, nomine Christianus³⁾, cum tempore minutionis cum fratribus minueret sanguinem,

1 paral. sanavit 2b². — 3 de *bis* Everacensis *fehlt* 2a. b^{1.2}. — 4 conversus 2b². — missis 2b¹. — 5 paral. in omnibus membris 2a. b^{1.2}. — 6 ut cum magno dol. et lab. (labore et dolore 2b^{1.2}) 2a. b^{1.2}. — ass. sibi conv. *fehlt* 2a. b^{1.2}. — 7 Veterem *fehlt* 2b². — 10 Qui 2b¹. — 11 illi anim. 2a. — 12 in illa hora 2a. — Mit cepit et statim convaluit *schließt das Kapitel in* 2a. b^{1.2}. — 19 das erste in *verbessert in de* 2a; mon. de Heyst. san. in brachio 2b¹. — 21 (ex adol. nostris *fehlt*) Chr. nomine 2a. b^{1.2}.

¹⁾ Richtiger wäre, wie der nächste Satz zeigt, Everacensi: der Verfasser der Kapitelüberschrift hat irrtümlich an Ebrach im Rheingau (s. oben S. 46 und 49) gedacht statt an Ebrach in Steigerwald westlich von Bamberg im Würzburger Sprengel. Vgl. u. a. Janauschek, Orig. Cist. 13 f.; Hans Zeiß, Reichsunmittelbarkeit und Schutzverhältnisse der Zisterzienserabtei Ebrach, Diss. München 1926.

²⁾ Abt Johannes von St. Trond (seit 1223, † 1228; vgl. oben S. 18 Ann. 1) wurde zugleich Abt von Deutz, indem ihm Kardinallegat Konrad von Porto am 14. Februar (1226) gestattete: 'ut abbas Tuiciensis existens abbas Sancti Trudonis remaneas' (Gesta abb. Trudon., Contin. tertiae pars II, SS. X, 393; über das Jahr Roth von Schreckenstein, Forschungen zur Deutschen Geschichte VII, 1867, S. 389).

³⁾ Nicht der Bd. I, 173 Nr. 267 genannte Heisterbacher Mönch Christian, der auch Dial. mir. IV, 30 begegnet, aber auch nach XII, 34 vor 1225 bereits verstorben war (ebenso der Bd. I, 91 Nr. 69 genannte).

vena eius minus caute incisa intumuit, ita ut, sanie effluente, morbum fistule minaretur. Propter quod cum tam ex timore quam ex dolore satis admodum torqueretur, domino Engelberto psalterium vovit, sperans, quod eius meritis ab imminente periculo posset liberari. Qui sensit statim remedium, ita ut per sanctum Engelbertum omnibus nobis se diceret esse curatum.

19. [De alio, cuius brachia a paralisi debilitata sanitati restituit.]

Alius iuvenis Alardus nomine¹⁾ per tres menses et amplius tantam in brachiis incurrerat debilitatem, ut nolam minimam sine dolore trahere nequiret et in communi labore fratribus omnino inutilis esset. Hic audiens a supradicto adolescente Christiano, quam celerem in suo brachio senserit sanitatis effectum per nostri temporis martirem Engelbertum, orationes cotidianas illi vovere studuit; qui statim curatus est. Cessante dolore, post dies aliquot orationes votivas cepit negligere; et ecce! redivivo dolore de transgressione correptus, neglecta supplevit; quem gratia, ut prius, visitare non distulit. Miraculi eiusdem idem Alardus usque hodie testis est.

20. [De femina a dolore dentium liberata.]

Dives quedam matrona civis Coloniensis in dente uno et propter illum in omnibus gravissime torquebatur. Quem cum extrahi fecisset, radice eius in mandibula remanente, amplius cruciatur quam prius, ita ut pre magnitudine doloris furere videretur. Accedens ad tumbam martiris et de cera mandibulam super illam offerens, dum ad domum suam rediret, in via se sanatam sensit. Vocabatur enim Richmudis²⁾. Cuius soror, Elysabeth nomine, sicut ipsa michi nuper retulit, Coloniae a quadam gravissima et occulta infirmitate per ipsum etiam liberata est. Quis ergo pontificem nostrum dubitet sanctum, quem tot

1 tumuit 2a. — 2 (cum *fehlt*) tum (*verbessert aus* cum 2b¹) ex timore (tumore 2b¹) tum ex dol. 2a. b^{1.2}. — 4 eminenti 2b¹. — statim sensit 2a. b^{1.2}. — 5 (nobis *fehlt*) se diceret sanatum esse 2a. b^{1.2}. — 7 paralasi 2a. — debilitata sanavit (sanantur 2b²) 2b^{1.2}. — 9 Al. nom. *fehlt* 2a. b^{1.2}. — 11 fratrum 2a. b^{1.2}. — 12 Christino 1a; *fehlt* 2a. b^{1.2}. — 13 mart. beatum Eng. 2a. b^{1.2}. — 14 cotidianis 1a. — 15 aliquot dies 2b¹. — oratione 2a. — 17 Mirac. *bis est fehlt* 2a. b^{1.2}. — 19 dent. sanata 2b¹. — 21 torqueretur 1a. — 22 cruciatur 2a. — 23 ita quod pre 2b². — dol. magn. 2a. b^{1.2}. — 25 Vocabatur *bis* 28 est *fehlt* 2a. b^{1.2}.

¹⁾ Vielleicht derselbe Alardus, der Bd. I, 6 und 22 (Nr. 21) sowie als Novize Dial. mir. VIII, 97. X, 55 und 72 erwähnt wird.

²⁾ Die Besitzerin des Witwenhauses vor St. Martin, der 'domus Richmudis vidue' (Keussen a. a. O. I, 58,4)? Eine (andere?) Rigmudis, Witwe des Kölner Ritters Gerard, war mit ihren drei Töchtern Stifterin des Augustinerinnenklosters Weiher; vgl. eb. II, 320; Knipping, Reg. III, 663.

commendant insignia miraculorum? Quod a Deo non est, diu stare non potest.

21. [De puella muta in loco martirii eius Givelberg curata.]

In Flattene¹⁾ villa dyocesis Coloniensis puella quedam sex annorum a nativitate muta ducta est ad sepulchrum martiris cum oblationibus. Ubi cum non fuisset curata, ducta est a parentibus ad locum, ubi occisus est. Quorum fidem ut vidit Dominus, ad merita martiris sui declaranda os infantis aperuit, et locuta est recte et absolute que nunquam fuerat locuta, omnibus stupentibus qui aderant. Huius miraculi testis est Henricus decanus rurensis²⁾ et multi cum eo de villa predicta.

Ex quo locum passionis eius semel adii, nonnulla que illic contigisse novi retexam.

22. [De surdo curato.]

Est in Westfalia villa que Vlichdorp³⁾ vocatur, in qua quidam est, qui longo tempore surdus fuerat, adeo ut campanas ecclesie audire non posset. Cuius uxor, cum de miraculis episcopi Engelberti audiret, oravit pro eo, singulis diebus martirem invocans, hoc adiciens, ut, si meritis eius auditum reciperet, ipse nudis pedibus et sine lineis *) locum martirii eius adire deberet et offerre ibi oblationes suas. Post huiusmodi votum coram marito cum sederet, ait ille: „Audio pulsari ad missas“. Illa stupente de verbi novitate, protinus adiecit: „Audio etiam vocem galli nostri“. Cui cum diceret illa: „Num et me loquentem audis?“ respondit: „Audio, immo tam bene me audire sentio, ut nunquam melius audierim“. Qui gratias Deo agens et martiri eius Engelberto **, locum passionis eius adiit, que uxor eius voverat hilariter persolvens.

*) Givelberg (Gijvelberg 2 b^{1.2}) fügen 2 a. b^{1.2} hinzu.

**) Gijvelberg ebenso.

1 Quod bis potest fehlt 2 a. b^{1.2}. — 3 Giv. fehlt 2 b^{1.2}. — 5 Flatt. fehlt 2 a. b^{1.2}. — 8 est occisus 2 a (darüber passus getilgt). — 10 Huius bis retexam fehlt 2 a. b^{1.2}. — 15 Westualia 2 b¹; Westphalia 2 a. b². — 16 longe 1 a. — 17 Engelb. hier auch 2 b². — 19 meritum 2 a. — eius über der Zeile ergänzt 1 a. — 20 ei für ibi 2 a. b²; ei⁹ (= eius) 2 b¹. — 21 pulsare 2 a. b^{1.2}. — missam 2 b¹. — 22 protinus bis nostri fehlt 2 a. b^{1.2}. — 25 agens Deo 2 b². — martirii 2 a. — 26 voverat (vovit 2 b^{1.2}) humiliter 2 a. b^{1.2}.

¹⁾ Vlatten (Kreis Schleiden) südöstlich von Nideggen, südwestlich von Zulpich.

²⁾ Der Landdechant von Zulpich, in dessen Bereich Vlatten lag; vgl. Fabricius V, 1, S. 214 und 234 und zum Amt des dortigen Landdechanten S. 212 f.

³⁾ Flechtdorf in Waldeck nördlich von der Kreisstadt Korbach.

Ad gloriam martiris dilatandam nonnullos etiam Dominus per visionem nocturnam ad eius suffragia postulanda adhortari dignatus est.

23. [De muto et languido, quem curavit.]

5 In villa que Yserenlon dicitur¹⁾ homo quidam manet, qui quatuor annis et dimidio sic morbo paralisi exhaustus est, ut lecto decubans usum lingue totaliter amitteret et non nisi de manibus alienis cibaria sumeret. Die quadam, dum circa meridiem sic iacens obdormiret, audivit quendam vocem dicentem sibi: „Dic avunculo tuo, in cuius domo
10 iaces, ut te ducat ad locum *), ubi martirizatus fuerat episcopus Engelbertus, et sanitatem ibi recipies“. Qui ad hanc vocem evigilans, statim loqui cepit, gratias agens Deo. Cuius avunculus cum in media domo staret et vocem loquentis audiret, alta voce clamavit: „Quis loquitur in camera?“ Respondente illo: „Ego sum“, mox accurrit stupidus
15 atque hiis verbis affatur cognatum avunculus: „Tu, cum multo tempore mutus fueris, quomodo tam absolute modo loqueris?“ Et recitavit ei que audierat, loquelam sibi per episcopi Engelberti meritum redditam affirmans. Sacerdos²⁾ et parochiani audientes infirmum miraculose officium lingue recepisse, ad hospitium
20 eius venerunt, et dixit ad illum sacerdos: „Adiuro te per Patrem et Filium et Spiritum sanctum, ut dicas, quamdiu fueris mutus et quomodo nunc loquaris“. Et narravit ei, sicut avunculo suo narraverat. Cui sacerdos: „Cum sanatus sis in lingua, sentisne aliquod remedium in cruribus?“ Quibus ait: „Nescio“. Et erigens se tunicam induit et
25 manibus tenens parietem de camera non sine difficultate exivit, eo quod caro circa femora et suras ex infirmitate consumpta ambulanti firmum adhuc gressum negaret. Qui ab avunculo suo, prout in responsis acceperat, ad locum martirii eius in carruca deductus, cepit de die in diem proficere, ita ut, parvo baculo se regente, solus iret
30 quocumque vellet, per martiris merita se sanatum ubique predicans.

*) qui dicitur Givelberg (vocatur Gijvelberg 2 b^{1.2}) fügen 2 a. b^{1.2} hinzu.

1 declarandam 2 b^{1.2}. — 2 exhortari 2 b². — 4 lang. curato 2 b^{1.2}. — 5 Yserenloyn 2 a. b²; Yserenloyn 2 b¹. — 6 paralisi 2 a. — decubens 2 a. b^{1.2}. — 7 de fehlt 2 b². — alienis man. 2 a. — cibum 2 a. — 8 cum sic circa mer. 2 a. — 10 ducat te 2 b^{1.2}. — 12 in fehlt 2 a. — 13 audivit 1 a. — 16 modo fehlt 2 a. b^{1.2}. — 17 episc. fehlt 2 b². — 19 miraculo 2 a. b^{1.2}. — 20 et vor Filium fehlt 2 a. — 22 loqueris 2 b¹. — 25 v⁸ o (= vero) für non 1 a. — 26 coxa für caro 2 a. b^{1.2}. — infirmitatis magnitudine cons. 2 a. b^{1.2}. — 27 adhuc firmum gr. negarent 2 a. b^{1.2}. — in sompnis (somnia 2 b²) acc. 2 a. b^{1.2}. — 29 nec für iret 2 a. — 30 merita mart. 2 a. b^{1.2}. — predic. ubique 2 a.

¹⁾ Iserlohn in Westfalen.

²⁾ Dechant (Pfarrer) in Iserlohn war damals Heinrich, der 1214—1233 urkundlich bezeugt ist; vgl. Westfälisches Urkundenbuch VII, S. 1483 unter „Iserlohn“.

Qui beatus martyr Engelbertus tante benignitatis est, sicut exemplum subsequens declarat, ut etiam cum benedictionis augmento suam presentiam infirmantibus ultro exhibeat.

24. [De Hermanno de Lechenich per visionem ab eo curato.]

Hermannus de Lechenig¹⁾ ipsius domini Engelberti ianitor erat, eidem officio [usque hodie] instans in curia successoris sui, domini Henrici. Hic validissima febre correptus ante Augustum mensem²⁾ ad tantum devenit defectum non solum corporis, sed et sensus, ut uxor eius in eadem domo, in qua iacebat ipse, moreretur, plangeretur et efferretur ad sepulchrum, ipso prorsus quid circa illam ageretur ignorante. Cumque sic per quindecim dies iam desperatus iaceret, hostio aperto, die clara videt eminus beatum martirem in forma bene sibi cognita quasi ad se venientem et cum eo plures personas religiosas albis vestitas, stolas habentes circa colla sua more sacerdotali. Ipse vero sanctus pontifex in mulo albo sedebat, secundum consuetudinem infulatus, et bene in albo mulo, qui dudum laverat et dealbaverat iumentum carnis sue in sanguine agni (*Apoc. 7,14*). Hinc in cantico Debbore dicitur: 'Qui ascenditis super nitentes asinas, laudate' (*Iudic. 5,10*). Asinini generis est mulus; Salomon regnaturus super mulam ascendit (*3. Reg. 1,38*). Hermannus mirifica hac visione exhilaratus, ad mulieres circumsedentes alta voce clamare cepit: „Vos, domine, exite ocius, quia dominus meus archiepiscopus Engelbertus visitandi gratia ad me ingredietur“. Deinde conversus ad fratrem suum carnalem, qui limen hostii sui occupabat, clamabat fortiter: „Surge, frater, da locum domino meo, ut possit ingredi ad me“. Cumque egredi dissimularent, putantes infirmum delirare, sicut fieri assolet, cum materia in cerebrum rapitur, ad secundam eius vociferationem, excepta una puella parvula, omnes egressi sunt. Priusquam sic clamaret, miles quidam Wicardus nomine, qui mortuus fuerat, vir bonus et modestus, de villa Hunefe³⁾ oriundus, ipsos albatos precesserat, ita di-

1) Quod für Qui 2b^{1.2}. — 4 quodam für de Lech. 2b^{1.2}. — 6 Lechenich 2a; Lechinich 2b^{1.2}. — ipsi 2b². — ianitor fuit 2a.b^{1.2}. — 7 usque hodie fehlt 1a, ist aber wohl ursprünglich; instans ist dort von anderer Hand über der Zeile hinzugefügt. — 8 ante Aug. mensem valid. febre corr. 2a.b^{1.2}. — 10 ipse iac. 2a.b^{1.2}. — 11 ignor. quid circa illam ager. 2b¹; illum 2b². — 12 tam desp. 2a.b^{1.2}. — 13 beatum illum mart. 2a.b^{1.2}. — sibi bene cogn. 2a. — 16 mule 2b¹. — 17 infulatus 1a. — 19 Delbora 1a; de Dabbora 2a; de Delbora 2b^{1.2}. — azinas 2b¹. — 20 Azinini 2b¹. — Salamon 2a. — 21 exhilaratus 2a. — 22 alta voce fehlt 2a.b^{1.2}. — 24 carnalem fehlt 2a.b^{1.2}. — 25 lumen 2b¹. — 30 Wic. nom. fehlt 2a.b^{1.2}. — 31 de v. H. or. fehlt 2a.b^{1.2}.

¹⁾ Lechenich an der Erft nordwestlich von Bonn.

²⁾ 1225. Vgl. S. 299 Z. 3.

³⁾ Honnef am Rhein oberhalb Königswinter.

cens Hermanno: „Prepara te, quia dominus noster episcopus Engelbertus venit, volens visitare te“. Egressis omnibus de domo, ecce! beatus episcopus, quem tunc temporis mortuum ignorabat infirmus, cum quodam monacho ordinis Cisterciensis, quem ipse non novit, ingressus stetit ante lectum eius. Et cum intueretur egrotum et diceret: „Quomodo habes, Hermanne?“ respondit: „Male, domine. Etiamsi nichil aliud paterer nisi apostema, quod latus meum occupat, nimis esset“. Ad quod verbum episcopus monachum sibi proximum intuens ait: „Sic consumptus est homo iste, quod bene mortuus esse debuerat“. Et ponens manum suam dexteram sub ascella eius, apostema tetigit, et ecce! statim sudor eodem tactu salutifero excitatus erupit sicque, benedictione data, evanuit ab oculis eius. Qui subito levem se sentiens, qui egressi fuerant regressis, sic eos affatur: „Porrigitte michi calciamenta et vestes meas, ut induam illas. Convalui enim“. Et recitavit eis que viderat vel circa se gesta sunt, omnibus mirantibus et glorificantibus Deum et sanctum martirem eius Engelbertum. Qui hiis verbis meis minus credit, Hermannum interrogat, et dicit ei.

25. [De Christiano milite a dolore pedum sanato.]

Miles quidam honestus Christianus nomine, de Bergis oriundus ¹⁾, pedem habebat sic inflatum, ut, solo socco utens, non absque dolore terram eo calcare posset. Cui dicebat abbas noster dominus Henricus, germanus eius: „Vovete sancto Engelberto pedem cereum, et sanabit vos“. Quod cum fecisset, venientibus nobis ad eum die sequenti, in eodem pede convaluerat; sed, unde satis mirabamur, totus dolor cum tumore et rubore ad alium pedem transierat, ita ut sedens in lecto ambulare non posset. Qui ait nobis: „Sanctus Engelbertus in pede uno me sanavit; sed ipsa infirmitas, nescio quid significet, alterum pedem pervasit“. Cui cum diceret abbas: „Sanctus episcopus duos vult habere pedes cereos“, respondit: „Totiens fui in eius obsequio; spero quod misericordiam, quam aliis impendit, michi non ne-

1 episc. *fehlt* 2b². — 2 volens *fehlt* 2a. b^{1.2}. — 3 beatus Engelbertus (Engilbertus 2b²; Engellb. beatus 2a), quem 2a. b^{1.2}. — 4 ord. Cist. *fehlt* 2a. b^{1.2}. — 10 dextram 2a. — 12 eius *fehlt* 2b^{1.2}. — se levem 2b¹. — 13 regressi sic 2a. b^{1.2}. — 14 illa 2a. b^{1.2}. — 16 et|et sanctum mart. (eius *fehlt*) 2b¹. — Qui bis ei *fehlt* 2a. b^{1.2}. — 18 Christ. *fehlt* 2b^{1.2}. — liberato 2b^{1.2}. — 20 sacco 2a. — non *nach* calcare 2a. b^{1.2}. — 21 eo *fehlt* 2a. b^{1.2}. — noster *bis* eius *fehlt* 2a. b^{1.2}. — 22 cer. pedem 2a. b^{1.2}. — 25 dolore *für* rub. 2b². — 27 uno pede san. me 2a. b^{1.2}.

¹⁾ Ein erzbischöflicher Ministeriale Christian von Berge ist 1217—1229 mehrfach urkundlich bezeugt; vgl. Knipping, Reg. III, 2, S. 343; Mosler, Urkundenbuch der Abtei Altenberg I, Nr. 79. Da der Heisterbacher Abt Heinrich I., sein Bruder (s. Z. 22), in Walberberg bei Brühl (vgl. oben S. 28 Anm. 2) geboren ist, so ist „Bergis“ mit „Walberberg“ zu übersetzen (wie Dial. mir. VIII, 3. 45).

gābit“. Quid plura? Sicut a fratre fuerat edoctus, duos pedes vovit moxque convaluit. Huius miraculi testis ego sum.

26. [De eo, cuius pollex contritus sanatus est.]

Eodem tempore quidam de familia ducis de Lemburg¹⁾ cuidam ex conversis nostris in via occurrit. Cui cum diceret conversus: „Quo tenditis?“ respondit: „Pollicem habeo contritum et Coloniam prope, sperans quod episcopus Engelbertus curabit me“. Abiit homo, et manum ceream super sepulchrum eius offerens, sanatus est.

27. [De homine Rodense incurvato per ipsum erecto.]

Alius quidam de eiusdem ducis castro quod Rodhe dicitur²⁾ natus, ex infirmitate sic est incurvatus, ut nequaquam celum respicere posset et bestiali gressu laboriose satis incederet. Cui milites ducis yronice dicere solebant: „Vade, vade Coloniam ad sanctum Engelbertum, ut sanet te“. Huiusmodi enim verbis insultabant glorie martiris, et hoc propter antiquum odium, quod inter ipsum et ducem fuerat. Tandem ille spe recuperande sanitatis venit Coloniam, et tribus diebus continuis coram sepulchro episcopi orationum instantia querens sanitatem, exauditus est, et in ipsa hora se erigens, erecto vultu cepit ire celumque respicere. Qui post gratiarum actionem domum rediens et de die in diem melius habens, sanus effectus est. Quem cum vidissent milites ducis et homines provincie sanum et erectum, quem duobus annis noverant infirmum et incurvatum, confusi sunt et dicebant: „Modo videmus in veritate archiepiscopum Engelbertum sanctum esse“.

28. [De infirmo, cui gressus restitutus est.]

Venit etiam ad sepulchrum eius infirmus quidam, qui decem annis sine sustentatione duorum baculorum incedere non poterat. Qui cum ibi sanitatem expectaret, consecutus est quod desideravit, et relinquens ibi baculos suos, reversus est in domum suam. Requisitus

1 sicut ab abbate f. ed. (doctus 2a) 2a. b^{1.2}. — 2 Huius bis sum fehlt 2a. b^{1.2}. — 3 contritus fehlt 2b^{1.2}. — 4 Limburg 2a. b²; Limborch 2b¹. — 8 cuius 2a. — 9 homine fehlt 2b¹, Rodense fehlt 2b^{1.2}. — 11 quod R. dic. fehlt 2a. b^{1.2}. — 12 infirmitatis vehementia sic 2a. b^{1.2}. — respic. celum nequ. 2b². — 13 satis laborioso 2a. — 15 gloriam 2b^{1.2}. — 19 in fehlt 2a. b^{1.2}. — 23 curvatum 2b^{1.2}. — sunt et fehlt 2a. b^{1.2}. — 28 desideraverat 2b². — 29 suos sanus rev. 2a. b^{1.2}. — Requis. bis Tungarum fehlt 2a. b^{1.2}.

¹⁾ Limburg.

²⁾ Herzogenrath (Rolduc).

unde esset, dixit se esse de villa que Herdere vocatur¹⁾, que est inter Traiectum et Tungarium.

29. [De muliere, quam a dolore capitis et gutturi sanavit.]

5 Quedam mulier, manens Colonie in platea que Salzgasse vocatur²⁾, novem annis in dolore capitis simul et gutturi laborabat. Hec dum nocte quadam utroque dolore nimis torqueretur, misericordiam beati martiris implorare cepit; et ecce! meritis eius suffragantibus, ante solis ortum et tumor detumuit, et dolor omnis conquievit. Que
10 mane sanata se reperiens, ad sepulchrum venit gaudens, oblationes suas ibi offerens et post gratiarum actiones ad domum suam hylaris revertens.

30. [De famulo episcopi Mindensis a subita infirmitate curato.]

15 Dominus episcopus Mindensis³⁾, cum iret ad ordines domini Henrici archiepiscopi nostri⁴⁾ venissetque ad *) locum, ubi beatus martyr Engelbertus occisus est, orationis causa capellam, que illic super martirium eius fabricata est⁵⁾, intravit. Cui presentatus est puer quatuordecim annorum, qui contractus fuerat et in eodem loco sanatus. Quem
20 intuens episcopus, ait: „Unum ex famulis meis, qui presens est, in via qua venimus tam gravis invasit infirmitas, ut pre doloris acerbitate de equo levatus in terram poneretur; et dum cogitaremus, quid de eo faciendum esset, tandem memores domini mei archiepiscopi Engelberti oravimus, ut suis meritis infirmo succurrere dignaretur; quod et fecit.
25 Nam mox oratione completa, famulus sanus surgens equum ascendit et gratias agens martiri ceptum iter explevit, amplius incommodi nil sentiens.

*) Givelberch (Gijvelberch 2b¹; Gijvelberg 2b²) fügen 2a. b^{1.2} hinzu.

3 quam fehlt 2b^{1.2}. — 4 sanata 2b^{1.2}. — 5 que über der Zeile nachgetragen
2a. — Salzgasse 2b^{1.2} und ursprünglich 2a (am Rande verbessert Salzgasse).
— 9 quievit 2a. b^{1.2}. — 10 sep. eius venit 2a. b^{1.2}. — 15 Mindensis (Myndensis 2a) episc. 2a. b^{1.2}. — 18 decem (et über der Zeile nachgetragen) quatuor 2a. — 19 confractus 1a. — 22 terra 2b². — cum 2b².

¹⁾ Herderen in der belgischen Provinz Limburg (Arr. Tongern) zwischen Maastricht und Tongern.

²⁾ Die in römische Zeit zurückgehende Salzgasse in Köln führte an der Grenze der Pfarrbezirke St. Martin und St. Brigida wie noch jetzt von der Nordostecke des Heumarkts hinab zum Rhein; vgl. Keussen a. a. O. I, 71 f., 146 ff.

³⁾ Konrad I. von Rügenberg; vgl. oben S. 254, Anm. 2.

⁴⁾ 20. September 1226; vgl. oben S. 270 Anm. 1.

⁵⁾ Vgl. oben S. 262 Anm. 2.

31. [De converso Campensi a temptatione importuna per ipsum liberato.]

Est quidam conversus in Campo monasterio Gerardus nomine, ante conversionem miles, cognomento Odacar¹⁾, vir vite satis honeste. Huic cogitationes divitiarum ac dignitatum secularium tam importune fuerunt, maxime orationis tempore, ut quasi musce menti eius involantes suavitatem unguenti, id est devotionem orationis, illic extinguerent, ut dicit auctoritas: 'Musce morientes perdunt suavitatem unguenti' (*Eccles. 10,1*). Qui cum frequenter disciplinas corporales reciperet et diversorum suffragia sanctorum imploraret, illorum auxilio sperans liberari, nec proficeret, tandem memor archiepiscopi Engelberti pro iustitia passi, flexis in oratione genibus, illum invocare cepit. Cuius meritum Dominus manifestare volens, tam efficaciter orantem exaudivit, ut eadem hora liberatus nichil tale deinceps sentiret.

32. [De muliere, cuius filium a paralisi liberavit.]

Femina quedam in villa Hettorode iuxta Heimisberg sita²⁾ nomine Helewigis, filium habens paraliticum vocabulo Gerardum, huiusmodi votum martiri fecit: „Domine“, inquit, „archiepiscope Engelberte, si michi sanaveris filium meum, simul ad sepulchrum tuum venientes munera pro gratiarum actione deferemus“. Quae mox post huiusmodi votum sanum recipiens filium, simul ad memoriam eius properaverunt, ibi gaudente que voverant exsolventes. Tribus enim mensibus idem Gerardus sic paralisi victus lecto decubans, ut, usu pedum amisso, prorsus incedere non posset.

33. [De puero, quem a caduco morbo sanavit, quem sanctus Severinus curare noluit.]

Alia quedam mulier, de terra comitis Gelrensis³⁾ oriunda, Colonia in parrochia sancti Severini episcopi et confessoris⁴⁾ manens et

2 per ipsum *fehlt* 2b^{1.2}. — 3 Ger. nom. *fehlt* 2a. b^{1.2}. — 4 cogn. Od. *fehlt* 2a. b^{1.2}. — 7 ungenti 2a (*ebenso* Z. 8). — illi 2a. b^{1.2}. — 10 sanct. suffr. 2b². — 15 de für a 2a. — 16 (Hett. *fehlt* 2a. b²; quedam für Hett. 2b¹) i. Hemesberg s. (nom. Helew. *fehlt*) 2a. b^{1.2}. — 17 voc. Ger. *fehlt* 2a. b^{1.2}. — 18 sancte für archiep. 2a. b^{1.2}. — 19 tuum veniemus (ven. tuum 2a) 2a. b^{1.2}. — 21 recepit 2a. b^{1.2}. — 22 Tribus bis posset *fehlt* 2a. b^{1.2}. — 25 morbo curavit 2b^{1.2}.

1) Ueber den Konversen des Klosters Camp Gerhard Odackir vgl. Knipping, Reg. III, 860, 863. Nach M. Dicks, Die Abtei Camp am Niederrhein, Kempen 1913, S. 570 (38) wird Gerhard sonst 1233 als Konverse erwähnt.

2) Hetzerath bei Doveren (Kreis Erkelenz) östlich von Heinsberg.

3) Vgl. oben S. 289 Anm. 5.

4) Ueber die Pfarrei St. Severin vgl. Keussen, Topogr. II, 171 ff.

in viduitate puerum habebat valde infirmum, qui morbo caduco tam graviter laborabat, ut singulis diebus bis vel ter caderet. Cuius passionem mater videns et tabescens, die quadam in sero matri suae, id est aviae pueri, dicebat: „Quid vobis videtur, si ducamus puerum ad sepulchrum episcopi Engelberti? Audio enim, quod multa per ipsum beneficia prestentur infirmantibus“. Cui mater respondit: „Non ita erit, sed cras ibimus ad ecclesiam sancti Severini, eo quod ibi sit altare sancti Cornelii¹⁾, qui talem consuevit curare infirmitatem“. Mane puerum ad ecclesiam eiusdem beati confessoris secum ducentes et super altare martiris caput eius cum oblationibus ponentes, pro incolumitate eius, quanto devotius et instantius potuerunt, oraverunt sicque reversi sunt in domum suam. Et cum eadem die nullam sentiret infirmitatem, avia quasi martiri Engelberto exprobrando dicebat filiae: „Ecce! isti antiqui sancti sciunt beneficia prestare indigentibus“. Secunda die, dum puer surgeret, passio rediviva affuit, quem multo vehementius solito pervasit. Quod mater videns et contremiscens, puerum ad ecclesiam beati Petri²⁾ ducens, ymaginem ceream pro eius sanitate martiri Engelberto obtulit et super eius tumbam illum plena fide posuit. Que cum illic gemitu et lacrimis orasset, exaudita est et, sicut testis est plebanus predictae ecclesiae sancti Severini, numquam postea idem puer recidivum passus est. Mira caritas sanctorum! Non illum Cornelius corruentem curare voluit, et ut vexaretur severius, Severinus permisit, quatinus in eius sanatione novi martiris Engelberti merita possent declarari.

26 34. [De quodam Hermanno surdo ad sepulchrum eius sanato.]

Est homo quidam in Iunghende³⁾ Hermannus nomine, quem in tantum surditas oppresserat, ut clangorem cornuum sive bucinarum audire non posset. Qui peregre Coloniam veniens, sepulchrum pretiosi

1 habens 2a. b^{1.2}. — cad. morbo 2a. b^{1.2}. — 3 (et *fehlt*) tabescebat 2a. b^{1.2}. — 5 sep. sancti Eng. episc. 2a. — benef. per ipsum 2a. — 6 Cuius 2a. b^{1.2}. — 7 quod cras (*am Rande verbessert* ibi 2a) sit 2a. b^{1.2}. — 13 infirmitas 1a. — quasi beato Eng. mart. 2a. — 15 redeviva 2b¹. — quam 2a. — 18 illius für eius 2b². — plene 1a. — 22 sanctus für severius 2b^{1.2}. — Severinus *getilgt* 2a. — 24 possunt 2b¹; possint 2b². — 25 surdo ab eo sanato 2b^{1.2}. — 27 Fuit homo qu. (in I. H. nom. *fehlt*) 2a. b^{1.2}.

1) Ueber den Corneliusaltar in der St. Severinskirche, die zuerst den Märtyrern Cornelius und Cyprianus geweiht war, vgl. Keussen a. a. O. II, 188; Die Kunstdenkmäler der Rheinprovinz VII, 2 (Stadt Köln II, 2), 1929, S. 230, 232, 237, 284.

2) Der Dom.

3) Jüchen (Kreis Grevenbroich) südwestlich von Neuß, im Prümer Güterverzeichnis 'Iuhggende' (Beyer, Mittelrhein. Urkundenbuch I, S. 186).

martiris adiit. Ubi dum staret et auditum sibi reddi flagitaret, statim, completa oratione, optime cepit audire. Qui Deo gratias agens martirique eius Engelberto, gratiam sibi collatam non abscondit.

35. [De muliere, que visum unius oculi et sanitatem brachii recepit.] 5

Mulier quedam civis Coloniensis in platea que Stritgasse¹⁾ vocatur manens, novem annis visu unius oculi privata fuit; que etiam in uno brachio tam graviter infirmabatur, ut manum super caput suum ponere non posset. Hec cum audisset, quod dominus Engelbertus propter pacis conservationem occisus esset et quod anima eius propter martirium in pace quiesceret, ad sepulchrum eius venit; ubi stans huiusmodi orationem fudit: „Domine, si verum est, quod de vobis creditur, scilicet quod anima vestra sit coram Domino, apud ipsum pro me intercedite et, ut merita vestra declarentur per me, sanitatem michi precibus vestris obtinete“. Que cum complexisset orationem, ilico visum cum brachii sanitate recepit et in testimonium beneficii consecuti duos oculos cereos ibi suspendit. Istud primum miraculum fuisse dicitur, quod Dominus operatus est per martirem suam in Colonia; sed tunc temporis scriptum non fuit, sicut et alia multa; unde nobis hodie ignorantur. 15
20

36. [De muliere a paralisi curata.]

Venit alia mulier Eveza nomine de villa que Belle vocatur iuxta Lacum claustrum monachorum²⁾, que quatuor annis et sex mensibus ex vehementia paralysis sic desoluta iacebat et contracta, ut crura coxis eius essent coherentia. Hec se Coloniā fecit deduci et coram sepulchro martiris deponi. Ubi cum orasset spatio ferme duarum horarum, pro sanitate sui corporis beatum episcopum instantibus precibus pulsans, cepit paulatim se erigere; et ecce! in ipsa erectione nervi, qui induraverant ex longa contractione, ceperunt extendi atque laxari. Quod cum illa sensisset, desiderio ambulandi sepius se levans et to- 25
30

2 oracione compl. 2a. b^{1.2}. — 4 que cum visu 2b^{1.2}. — et fehlt 2b^{1.2}; von anderer Hand hinzugefügt 2a. — 6 voc. Str. (Stritgasze 2a) 2a. b^{1.2}. — 9 non und cum von anderer Hand übergeschrieben 2a. — 11 veniens 2a. — 16 rec. cum san. brachii 2a. b^{1.2}. — 17 consecuti fehlt 2a. b^{1.2}. — 18 dic. fuisse 2a. — per mart. suum op. est 2a. b^{1.2}. — 20 unde a nobis 2a. b^{1.2}. — 22 Venit et alia m. (Ev. nom. fehlt) 2a. b^{1.2}. — ville 2b². — Bella 2a, verbessert. — 24 dissoluta 2a. b^{1.2}. — 25 eius coxis imminentibus coh. essent 2a. b^{1.2}. — 27 corp. sui 2a. b^{1.2}. — 29 contraxione 2a.

¹⁾ Die heutige Streitzeuggasse, im Pfarrbezirk St. Columba; vgl. Keussen a. a. O. I, 10*, 377 ff.

²⁾ Bell (Kreis Mayen) südwestlich vom Kloster Maria Laach.

tiens residens, tandem, nemine se adiuvante, per semet ipsam cepit ire. Que in domum suam reversa, quod bene sanata esset, Coloniā remandavit, gloriam martiris ubique divulgans.

37. [De pellifex, cuius brachium sanavit.]

- 5 Est quidam pellifex in Colonia, civis civitatis, vir multum notus, Erwinus nomine¹⁾. Hic tantum dolorem patiebatur in brachio uno, ut sine alterius manus amminiculo manum brachii dolentis capiti proprio supponere non posset. Cui cum diceret uxor eius, postquam diu sustinisset eandem infirmitatem: „Quare non itis ad sepulchrum
10 episcopi Engelberti rogare eum, ut vos curet, sicut alios plurimos?“ respondit ille cum indignatione: „Ego non ibo, eo quod dederim ei quatuor marcas, dum adhuc viveret, quas minus iuste accepit“. Cui illa: „Non sic dicatis, sed ite et dicite illi, quod numquam eandem pecuniam velitis ab eo exigere, sive iuste sive iniuste dederitis illam, neque
15 coram Deo neque coram hominibus“. Fuerat enim circa principium pontificatus eius inter scabinos et fraternitatis civitatis dissensio satis valida; quam cum sedare non posset, fraternitatibus pertinacius resistantibus, quatuor milia marcarum ab eis extorsit, ex quibus idem pellifex quatuor marcas solvit²⁾. Qui consilio uxoris acquiescens, sepulchrum martiris adiit ibique stans sic oravit: „Domine“, inquit, „quatuor marcas solvi vobis, dum viveretis; quas, sive iuste sive iniuste dederim, pronuntio vos absolutum coram Deo, et ideo rogo vos, ut intercedatis apud Deum pro me, quatinus sanari merear in brachio“. Cumque simpliciter satis hec perorasset, statim sanatus est.
20 Qui mox veniens ad maiorem decanum³⁾, qualiter per merita domini Engelberti sanatus sit enarravit, brachium sanatum illic ostendens.

1 recidens (2b²). — cepit per semet ipsam 2a. — 3 demandavit 2a. b^{1.2}. — ibique 2a. — 4 brach. curavit 2b¹. — 5 multis 1a. — 6 Erw. nom. fehlt 2a. b^{1.2}. — pacieb. dol. 2a. — 7 et für ut 2b¹. — 8 priusquam (diu fehlt) 2a. b^{1.2}. — 10 rogare 2a. — 12 illa respondit: Non 2a. b^{1.2}. — 13 et fehlt 2a. b^{1.2}. — 16 scabinos 2a. b¹. — fraternitatis 1a. — 19 exsolvit 2a. b^{1.2}. — 20 quat. inquit 2a. — 22 vobis 2b². — 23 apud Dominum 2b^{1.2}. — 24 Cum (que fehlt) 2a. — 26 ilico 2b².

1) In den Schreinsbüchern der Laurenzpfarre kommt Ende des 12. Jhs. mehrfach ein 'Erwinus dictus Pellifex' und seine Gattin Hildegundis vor; vgl. R. Hoeniger, Kölner Schreinsurkunden des 12. Jhs. I (Publikationen der Gesellschaft für Rheinische Geschichtskunde I), Bonn 1884/88, S. 251 (§ 5), 256 (§ 1), 267 (§ 5).

2) Ueber die Beziehungen Engelberts zur Bürgerschaft vgl. oben II, 11 (S. 269 mit Anm. 3).

3) Domdekan Goswin von Randerath wird 1219—1261 in Urkunden erwähnt; vgl. Knipping, Reg. III, 2, S. 381 (vgl. S. 403).

38. [De puero a tertiana per cingulum eius sanato.]

Idem decanus veniens ad castrum Randenrode¹⁾ videre cognatam suam, uxorem nobilis viri Gerardi²⁾, conferre cepit cum illa de virtutibus sepe dicti archiepiscopi. Qui ait: „Habeo enim medietatem cinguli eius, quam feci argento ornari“, deditque illum cognate sue. Et cum esset in eadem domo puer quidam laborans in febre tertiana, matrona cingulum sibi datum puero patienti pro benedictione circumdedit, dicens: „Domine archiepiscope, sicut verum est animam vestram coram Deo esse, sic veraciter per merita vestra sanetur puer iste“. Statim tum ex fide orantis tum ex merito martiris febris a puero fugata est, nec amplius eodem morbo vexatus est.

39. [De matrona a duplici quartana curata.]

Matrona quedam, uxor Christiani de Wivelinchoven³⁾, duplici quartana laborabat; que per merita sancti presulis Engelberti curata est.

40. [De Hermanno advocato Coloniensi a dolore lateris liberato.]

Hermannus advocatus Coloniensis, quem nobilem vocant⁴⁾, iliaca

1 per cing. eius fehlt 2b^{1.2}; singulum 2a, verbessert. — 2 Randenroede 2b¹. — 3 uxorem nob. viri Gerardi fehlt 2a. b^{1.2}. — 4 singuli 2a (verbessert). 2b¹. — 5 orn. arg. deditque (illum fehlt) 2a. b^{1.2}. — 7 singulum 2a (verbessert). 2b¹. — 12 quaterna 2a. — 13 Wevillinchovin 2a; Wevillinch(ove)n 2b¹; Wevillichovn 2b². — 14 quatna (= quaterna) 2a. — Engelb. et martyris curata 2a. b^{1.2}. — 15 Hermanno 2b¹. — Coloniense 2a; fehlt 2b^{1.2}. — 17 iliaca 2b² und ursprünglich 2a.

1) Randerath nordöstlich von Geilenkirchen.

2) Gerhard III. von Randerath, der in der Schlacht bei Bouvines 1214 von den Franzosen gefangen genommen wurde und in vielen Urkunden Engelberts und anderer als Zeuge auftritt; vgl. A. Cartellieri, Philipp II. August König von Frankreich IV, 2 (Leipzig 1922), S. 434 f., 469, 478, 624; Knipping, Reg. III, 2, S. 403; Lacomblet, ÜB. II, Nr. 57 usw. Seine Gattin ist ohne Namen erwähnt Knipping, Reg. III, 148.

3) Der Name Christian begegnet mehrmals bei den Edelherren von Wevelinghoven (bei Grevenbroich) im 12. Jahrhundert (vgl. Knipping, Reg. II, S. 398) sowie 1238 bei Christian, dem Sohn des 'Florentius nobilis vir de Wyvelinchoven' (Lacomblet, Urkundenbuch II, Nr. 235). Ueber das Geschlecht vgl. A. Fahne, Geschichte der Grafen, jetzigen Fürsten zu Salm-Reifferscheid I, 2 (Cöln 1866), 99 ff.

4) Hermann II. von Eppendorf, in dessen Familie das Amt des Vogts erblich war, begegnet darin von 1191 (Knipping, Reg. II, Nr. 1432 und S. 361) bis 1232 (eb. III, 1, 764; III, 2, S. 354). Vgl. Fr. Lau, Die erzbischöflichen Beamten der Stadt Köln während des 12. Jahrhunderts, Diss. Bonn 1891, S. 27 f., 68 f.; Entwicklung der kommunalen Verfassung und Verwaltung der Stadt Köln, Bonn 1898, S. 15 Anm. 5. Ueber die seit 1170 vorkommende Bezeichnung dieses Ministerialen als des Edelvogts ('nobilis advocatus') vgl. G. Seeliger, Studien zur älteren Verfassungsgeschichte Kölns (Abhandlungen der philol.-hist. Klasse der Sächsischen Gesellschaft der Wiss. XXVI, 3), 1909, S. 118 f.

passione tam vehementer laborabat, ut filii eius¹⁾ et famuli circumstantes in continenti illum putarent esse moriturum. Qui cum intollerabiliter cruciaretur, exclamavit: „O domine archiepiscopo, quem super omnes dilexi et qui me vivens versa vice plurimum amastis, rogo benignitatem vestram, ut ab isto morbo me liberetis“. Et cum statim non sentiret remedium, ex dolore magno quasi sancto indignando subiunxit: „Vos iuvatis omnes, etiam eos qui non noverunt vos curatis; michi, qui vobis servivi et semper dilexi, non subvenitis“. Cumque hec et hiis similia loqueretur, filii eius et famuli voverunt se ituros cum eo ad locum*), ubi beatus episcopus occisus est, si meritis eius sanaretur. Interim dum hec voverunt, obdormivit, et cum evigilasset, ait: „Nichil mali sentio. Gratias ago Deo et domino meo episcopo, quia ipse me curavit“.

41. [De infante in balneo suffocato ad invocationem eius suscitato.]

Mulier quedam veniens de Flandria Leodium²⁾, infantem suum secum portavit. Quem cum in balneo posuisset, quadam ex necessitate ab eo recessit, et nutu Dei factum est, ut illius oblivisceretur. Que post horam rediens infantem sub aqua iacentem reperit et extinctum. Quem cum extraxisset suffocatum, quam amare fleverit, quantum doloris et angoris in eius aspectu tum propter affectum naturalem, tum propter negligentem custodiam perpessa sit, eloqui quis poterit? Hora tamen eadem memor signorum, que passim referebantur de novo martire Engelberto, ad cuius meritum in illis partibus declarandum forte Deus, sine cuius nutu nec folium de arbore cadit, idem fieri permisit, ex imo corde cum suspiriis et lacrimis ipsum invocare cepit, rogans eius precibus infantem suum sibi resuscitari. Et ecce! pius Dominus, qui suis dilectoribus dicit: 'Opera que ego facio et vos facietis' (Ioh. 14,12), memor cari sui, vitam puero reddidit et matrem ultra quam dici potest letificavit. Quem illa mox Coloniæ deferens, coram sepulchro gloriosi presulis et martiris stetit, et post multimodam gratiarum actionem in testimonium tanti miraculi camisiam infantis illic relinquens ad sua rediit.

Quis te non magnificet pro hiis, Domine? Ecce! per famulum tuum

*) Givelberg (Gijvelberg 2b^{1.2}) fügen 2a. b^{1.2} hinzu.

1 astantes 2b². — 2 put. illum 2a. — 4 amasti 2b^{1.2}. — 5 me ab isto morbo 2a. — 8 Cum (que fehlt) 2a. b². — 9 et famuli eius 2a. — 11 voverent 2b^{1.2}. — 12 ago fehlt 2b². — Deo meo et dom. meo 2a. — archiepiscopo 2a. b^{1.2}; Engelberto fügt 2b¹ hinzu. — 13 cur. me 2a. b^{1.2}. — 14 suffoc. per eum suscit. 2b^{1.2}. — 16 de Fl. ven. 2a. b^{1.2}. — Leodium fehlt 2a. b^{1.2}. — 17 ex fehlt 2a. b^{1.2}. — 20 flevit 2a. — 23 de uno mart. (Engelb. fehlt) 2a. b^{1.2}. — 25 (nec fehlt) fol. de arb. non cadit 2a. — 34 non te 2a.

¹⁾ Urkundlich erwähnt sind zwei: Arnold (1224—1226) und Gerhard II. (1209—1256, als Vogt seit 1235); vgl. Knipping, Reg. III, 2, S. 354.
²⁾ Lüttich.

Engelbertum 'ceci vident, claudi ambulant', paralitici curantur¹⁾, 'surdi audiunt' (*Luc. 7, 22*), tertionarii, quartanarii, epylentici aliisque variis incommodis detenti, sicut iam ex parte probatum est, sanitatem recipiunt; et, unde magis mirari solent homines, 'mortui resurgunt' (*Luc. 7, 22*). Si non esset hic homo cum Deo, immo potens cum Deo, non poterat facere quicquam*).

42. [De sacerdote a calculo liberato.]

Eckardus sacerdos de Serchere²⁾, vir litteratus et honestus, nuper ad domum nostram veniens, cum a nobis interrogaretur, quonam itu-

*) 2a. b^{1.2} fügen folgende Erzählung ein: Referam nunc aliud non modicum exemplum sanctitatis eius.

De miraculo intestinorum eius.

Die quadam post mortem eius Godefridus comes de Arnesberg³⁾ veniens ad domum Bergensem⁴⁾, cum mentio haberetur horum, que circa corpus beati martiris Engelberti ibidem acta sunt, et ipse interrogaret, in quo loco viscera eius essent sepulta⁵⁾, et didicisset, respondit: „Non decet, ut tanti principis, immo martiris, de quo etiam miracula referuntur, interiora tam negligenter iaceant tumulata“. In simplici namque fossa cimiterii posita erant. Cuius consilio fratres acquiescentes terram superiectam deposuerunt, et ecce! Dei virtute, ut etiam in hoc meritum claresceret martiris, viscera eius cum ceteris membris mollibus, que adherebant, ita recentia inventa sunt, acsi eadem hora de corpore fuissent eiecta et evulsa; nichil in eis corruptionis, nichil fetoris deprehendi poterat. Fratres vero videntes hec plurimum mirabantur, eo quod iam per quatuordecim hebdomadas sepulta fuissent⁶⁾. Collecta vero in scrinio ante altare satis honorifice humata sunt, et sarcophago superposito.

2 tercinarii 2b². — aliis infirmitatibus et variis 2a. b^{1.2}. — 6 poterit 2a. — 8 (Eck. fehlt) Sacerdos quidam, vir 2a. b^{1.2}. — 9 ad fehlt 2b². — 15 eidem acta 2b². — 18 tumulta 2a, am Rande verbessert. — 21 cetris 2a. — que fehlt 2b^{1.2}. — 25 ebdomedas 2a; hefdomas 2b². — 26 sarco-phago am Rande von anderer Hand verbessert in sarcofago 2a.

1) Vgl. Johann von Salisbury, Vita Thomae c. 28 (Migne 190, Sp. 208; Robertson II, 322): 'paralytici curantur, caeci vident, surdi audiunt, loquuntur muti, claudi ambulant — et a variis morbis sanantur aegroti, — — mortui resurgunt'.

2) Der Ort ist von mir nicht ermittelt. Der Name, der in der ihn allein überliefernden Handschrift 1a entstellt sein könnte, erinnert an den von Serrig ('Serviacum', 'Serviche') an der Saar (Kreis Saarburg) und von Sierck ('Sericum', 'Sirke') an der Mosel (unterhalb von Diedenhofen), das damals aber noch keine selbständige Pfarrkirche hatte (Fabricius V, 2 S. 113 Nr. 37). In einer 1273 zu Lüdinghausen (Reg.-Bez. Münster) ausgestellten Urkunde des Ritters Hermann von Botzlar begegnet unter den Zeugen 'Henricus Sercer miles' (W. Creelius, Traditiones Werdinenses in der Zeitschrift des Bergischen Geschichtsvereins VII, 1871, S. 47).

3) Gottfried II.; vgl. oben S. 252 Anm. 4.

4) Kloster Altenberg.

5) Vgl. oben S. 264.

6) Die Ausgrabung der Eingeweide fand also etwa in der Woche vom 15.—21. Februar 1226 statt. Sie wurden 1847 zu Altenberg an einer durch eine schwarze Marmorplatte bezeichneten Stelle vor dem Hochaltar in einem kleinen Bleisarg aufgefunden und in die Kirche des benachbarten Odenthal gebracht. Vgl. Ficker a. a. O. S. 264; Die Kunstdenkmäler der Rheinprovinz V, 2 (Kreis Mülheim am Rhein), 1901, S. 39.

rus esset, respondit: „Coloniam ire desidero, visitare sepulchrum beati Engelberti“. De causa a me requisitus, ait: „Morbo calculi me laborante, cum dolor esset intollerabilis, memor beati martiris Engelberti, sub tali conditione votum illi feci dicens: „Domine sancte episcope, si infra hoc biduum curatus fuero, sepulchrum tuum devotus adibo, oblationes offeram et quod per te sanatus sim recognoscam. Qui citius quam sperarem etiam ante tempus prefixum convalescens, nunc Coloniam propero curatori meo pro collatis beneficiis regratiari“.

43. [De famulo in Hamersteyn a paralisi curato.]

10 Domnus Henricus abbas de Hemmenrode¹⁾ die quadam conferens de miraculis beati viri cum Iohanne burchravio de Hamersten²⁾, ait ille: „Ego novi unum miraculum ab eo veraciter perpetratum“. Et adiecit: „Unus de familia nostra, omnibus qui in hoc claustro sunt notissimus, diu morbo paralysi laborans, tam sibi quam aliis inutilis
15 lecto decubuit. Audiens autem de miraculis archiepiscopi, ex toto corde illum invocare cepit, votum illi vovens. Qui Coloniam deductus, ad nos sanus est reversus. Huius miraculi testes sumus omnes“. Hec michi recitata sunt ante paucos menses a suprascripto abbate.

44. [De monacho a dolore dentium liberato.]

20 Est in Saxonia domus ordinis Cystericiensis que Cella dicitur³⁾; in qua unus fratrum miro modo dentes doluit, ita ut pre doloris magnitudine noctes duceret insomnes. Nocte quadam, dum intollerabiliter vexaretur, memor episcopi Engelberti, huiusmodi orationem fudit: „Domine“, inquit, „episcope Engelberte, si verum est, quod anima vestra
25 coram Deo est, iuvate me, ut cesset dolor meus“. Quod cum dixisset,

1 sep. sancti Eng. 2a. — 3 intollerabilis 2a. — 4 feci votum illud 2b². — 5 (hoc *fehlt*) biduum ab hoc vehementissimo dolore curatus (sanatus 2b¹) fuero 2a. b^{1.2}. — 6 oblationem 2b². — te curatus sum 2b¹. — 7 ante etiam 2a. — 9 in Ham. *fehlt* 2b^{1.2}. — 10 Hemenrade 2a; Hemenroede 2b¹. — ferens 2b¹. — 11 burggravio 2a; burchgravio 2b¹; burgravio 2b². — Hamersteyn 2a. b^{1.2}. — 12 mirac. unum 2a. b^{1.2}. — 13 qui *fehlt* 2b². — castro 2a. b¹ (*verbessert von erster Hand*). b². — 17 reversus est 2b². — Huius *bis* abbate *fehlt* 2a. b^{1.2}. — 20 Cisterciensis 2a. b¹; Cisterciensis 2b². — vocatur *für* dic. 2a. b^{1.2}. — 24 vestra ante Deum 2a.

¹⁾ Vgl. oben S. 259 Anm. 4.

²⁾ Johann I. (1199—1239), Stifter der Johannschen Linie der Burggrafen von Hammerstein (am Rhein, oberhalb Rheinbrohl). E. Freiherr von Hammerstein-Gesmold, Urkunden und Regesten zur Geschichte der Burggrafen und Freiherren von Hammerstein, Hannover 1891, weist S. 32 Nr. 83 diese Stelle der Miracula wohl etwas zu spät dem Jahre 1230 zu (über Johann eb. S. XXIII f. und Stammtafel I).

³⁾ Kloster Altzella an der Freiburger Mulde oberhalb Döbeln. Vgl. oben S. 96 Anm. 1; Jauschek, Orig. Cist. S. 171 f.

obdormivit; et cum evigilasset, meritis martiris suffragantibus, nullum deinceps sensit dolorem.

Item alius quidam ex fratribus, testante abbate eiusdem domus ¹⁾, in digito unius pedis valde torquebatur; qui, nomine martiris invocato, curatus est.

45. [De puella paralitica curata.]

In Westfalia in villa que Hagen vocatur ²⁾ puella quedam paralitica fuit, sic pedum officio destituta, ut omnino incedere non posset. In qua infirmitate dum diu laborasset, deduci se rogavit ad locum martirii beati Engelberti, sperans ibi illius beneficio se recipere sanitatem. ¹⁰ Quam vir ville eiusdem videns et de eius sanitate desperans, ait: „Si ista sana in loco ad quem tendit effecta fuerit, ego lapidem hunc“ — digito eum demonstrans — „pedes portare volo ad eundem locum“. Quid plura? Deducitur puella et sanatur, fidei sue fructum leta reportans. Quod ubi iam dictus vir audivit, designatum lapidem de nocte consurgens, ne ab hominibus derideretur, per miliare et dimidium ad locum ¹⁵ passionis episcopi deportavit. Nomen autem viro Harmudus.

46. [De puella ceca illuminata.]

Iuxta castellum Wassenberch ³⁾ simile aliquid nuper intellexi contigisse. Erat ibi puella per annos aliquot utroque oculo orbata. Hec in ²⁰ sompnis audivit, quia, si lapidem unum in loco passionis domini episcopi Engelberti ad fabricam ecclesie eiusdem ⁴⁾ humeris suis gestaret, mox lumen reciperet. Mane cum visum parentibus retulisset et illi tum propter expensas et vie laborem, tum propter visionis incertitudinem verba puelle non attenderent, tandem ad instantiam eius ⁵⁾ ad locum martirii ²⁵ deducta, cum lapidem ad opus inchoatum portasset, statim ex eius ocu-

*) Givelberg (Gijvelberg 2b^{1.2}) fügen 2a. b^{1.2} hinzu.

3 Item bis 5 est fehlt 2a. b^{1.2}. — 6 puella fehlt 2b^{1.2}. — 7 Westphalia 2a. b². — Hagen voc. 2b²; voc. Hagen 2a. — puella fehlt 2b^{1.2}. — 9 cum 2b². — 10 beati episcopi, sper. 2a. b^{1.2}. — 11 ille für ville 2a. b^{1.2}. — eius fehlt 2a. b^{1.2}. — 12 locum 2b², verbessert. — 13 demonstr. eum 2a. — ped(ibus von anderer Hand über Rasur) 1a. — 14 reportavit 1a. — 15 (iam fehlt) dictus vir (vir dict. 2a) 2a. b^{1.2}. — 16 irrideretur 2a. b^{1.2}. — 17 Nomen a. v. Harm. fehlt 2a. b^{1.2}. — 19 Wasenberg 2a. b^{1.2}. — 20 (utroque fehlt) oculis 2b². — 21 locum 2a. b^{1.2}. — 25 ad vor locum fehlt 2a. b¹. — mart. eius deducta 2b². — 26 ad locum inch. 2b^{1.2}.

¹⁾ Ludeger (1208/09—1211/13 und 1224—1234); vgl. Eduard Beyer, Das Cistercienser-Stift und Kloster Alt-Zelle in dem Bisthum Meissen, Dresden 1855, S. 64, 66.

²⁾ In Hagen i. W. besaßen die Erzbischöfe von Köln einen Oberhof.

³⁾ Vgl. oben S. 239 Anm. 3.

⁴⁾ Vgl. oben S. 262 Anm. 2, S. 301 Z. 17, und unten S. 314 Z. 2 und 17, S. 316 Anm. 3.

lis albugo exire cepit, sicque visum recepit, domumque claris oculis revertens, parentibus letitiam et vicinis, qui ante eam noverant, reportabat ammirationem. Hec michi a quodam veridico sacerdote relata sunt.

47. [De monacho de acutis liberato.]

5 Monachus quidam Sybergensis in cella eiusdem cenobii, que Hir-
cenhove dicitur¹⁾, in acutis graviter laborabat. Qui cum episcopum
beatum devote satis invocaret et diceret: „Memor esto, domine, quod
ex eo tempore quo occisus es semper nomen tuum in canone misse mee
10 nominare studui. Propter quod nunc pro sanitate corporis mei orare
teneris.“ Eadem ergo nocte martyr infirmo in sompnis apparens sic
ait: „Sanus sis ab hora hac“. Qui mox evigilans et nichil in se egri-
tudinis sentiens, sanus surrexit.

48. [De plebano Sancte Brigide a scabie liberato.]

15 Anselmus plebanus Sancte Brigide²⁾ in Colonia, vir honeste vite
et non parve scientie, tunc temporis manus habebat ita scabiosas ulce-
ribusque plenas, ut lepre speciem pretenderet et cum nemine mandu-
care vellet, verecundia prohibitus. Qui, capellano suo sacerdote quodam
suadente, sepulchrum pontificis adiit, manus superposuit, votum quod-
dam martiri faciens. Et ecce! eadem hora quasi squame de manibus
20 eius non sine magna ipsius admiratione ceciderunt. Qui cum mox
meliorari cepisset nec tamen votum custodiret, iterum cepit rediviva
sanies effluere ipsumque voti transgressorem arguere. Quod ille con-
siderans, penitentia ductus, votum renovavit et, meritis martiris suf-
fragantibus, citius convaluit.

25 49. [De cive Coloniensi ab ydropisi liberato.]

Cum dominus Reimundus³⁾ abbas Eberbacensis nuper ad tumbam

5 Syberg. *fehlt* 2a. b^{1.2}. — que Hirc. dic. *fehlt* 2a. b^{1.2}. — 6 beatum
episc. devote satis (satis dev. 2a) 2a. b^{1.2}. — 8 me (e getilgt) 2a. — 10 tenens. Et-
dem 1a, verbessert. — ap(p)aru it et sic 2a. b^{1.2}. — 11 hac hora 2a. b^{1.2}. — in se
fehlt 2a. b^{1.2}. — 13 Sancte Brig. *fehlt* 2b^{1.2}. — 14 Ancelmus 2a. b¹. — Bre-
gitte 2b¹. — 15 ita *fehlt* 2a. b^{1.2}. — scabiosas 2a. — ulceribus (que *fehlt*)
2a. b^{1.2}. — 16 pret. (pr(a)etenderent 2b^{1.2}), ita ut cum 2a. b^{1.2}. — 17 suo
fehlt 2b^{1.2}. — 19 eadem von anderer Hand über der Zeile ergänzt 1a. — 20
ipsius (i. *fehlt* 2b²) admir. magna 2a. b^{1.2}. — cum *fehlt* 1a; cum melius
habere cep. 2a. b^{1.2}. — 22 transgressorem 2b¹. — 25 Coloniense 2a;
Coloniē 2b¹. — 26 Abbas quidam Eberb. (Ebarbacensis 2b¹) cum nuper
beginnen 2a. b^{1.2}.

¹⁾ Ueber die Siegburger Propstei in Hirzenach am Rhein zwischen
St. Goar und Boppard vgl. P. Wagner, Annalen 62 (1896), 35 ff.;
Fabricius V, 2, S. 142.

²⁾ Ueber Pfarrer Anselm von St. Brigida vgl. Knipping, Reg. III, 85;
Keussen, Topogr. I, 192 b 7.

³⁾ Raimund von Köln war Abt von Eberbach im Rheingau 1228 bis
1247, der Bruder des Mainzer Domprälaten Ludwig von Köln, des

pontificis oraret, civis quidam Coloniensis prope stans et ipse orans
 hiis verbis abbatem affari cepit: „Merito, domine, ad sepulchrum
 nostri pontificis oratis, quia revera pretiosus martir est apud Deum,
 eo quod virtutes eius in me ipso mirabiliter sim expertus“. Et adiecit:
 „Ego civis sum huius urbis et, peccatis meis exigentibus, sic ydropisi
 percussus sum et ad similitudinem utris inflatus, ut omnes medici
 huius civitatis de sanitate mea desperantes nichil nisi mortem pro-
 mitterent. Unde dolens nimis et eiulans, cum nocte quadam diu ante
 lectum meum stetissem, toto corde martyrem hunc gloriosum invocare
 cepi, votum illi faciens; cumque tum ex dolore, tum ex oratione lassus,
 in lectum me reclinasset, modicum dormire cepi. Et ecce! evigilans
 sanum me reperi, nichil tumoris neque doloris in me sentiens. Expa-
 vescens nimis ad tam inopinatum miraculum diligentius investigare
 cepi, si forte humor ille subcutaneus, pelle dirupta, in lectum de-
 fluxisset. Cumque nichil liquoris neque aliquid ruptionis in corpore
 meo reperissem, meritis gloriosi huius martiris sanatum me credens.
 Deo gratias egi, qui tam mirabiliter electos suos glorificat et exaltat“.

Referam nunc quedam de signis et portentis variisque sanitatibus,
 que in *) loco occisionis beati antistitis Engelberti mirabiliter contige-
 runt, secundum quod a sacerdotibus, qui eidem loco prefuerunt ¹⁾ et ocu-
 lis suis ex parte viderunt sive ab hiis in quibus eadem miracula facta
 sunt audierunt, stilo sunt excepta michique ad transcribendum trans-
 missa.

MIRACULA QUE CONTIGERUNT IN LOCO OCCISIONIS EIUS.

50. [De fabro, qui vidit cereum super locum mar-
 tirii sui.] ²⁵

Cum Dominus ‘Deus’, qui ‘mirabilis’ est ‘in sanctis suis’ (Ps. 67,
 36), primum per varia signa gloriosi martyris Engelberti declarare

*) Givelberg (Gijvelb. 2b^{1.2}) fügen 2a. b^{1.2} hinzu.

4 ipso fehlt 2a. b^{1.2}. — 6 uteris 2a. — 9 hunc mart. 2a. b^{1.2}. —
 invoc. cepi glor. 2a. — 10 notum illi faciens miseriam meam, cumque
 2b^{1.2}. — cum(que am Rande ergänzt) 2a. — das zweite tum fehlt 1a. — 11
 lecto 2b². — 14 subcutaneus 2a; subitaneus 2b^{1.2}. — 16 me sanatum 2b². — 17
 suos electos verbessert aus suos sanctos 2a. — 20 que für qui 1a. — eodem
 2a. b^{1.2}. — 21 ex parte fehlt 2a. b^{1.2}. — 22 excerpta 2a. b^{1.2}. — scribendum
 2a. b^{1.2}. — 24 Miracula bis eius fehlt 2a. b^{1.2}. — 26 eius für sui 2b^{1.2}.
 — 27 est mirab. 2a. b^{1.2}.

Stifters der Mainzer Domvikarie zum hl. Viktor. Kloster Eberbach be-
 saß in Köln einen Hof am Alten Ufer nach der Servasgasse hin: ‘domus
 (curia) monachorum de E(vi)rbach’, den Raimund vor seiner Abtzeit
 geleitet haben mag; vgl. Herm. Bär, Diplomatische Geschichte der Abtei
 Eberbach im Rheingau herausgegeben von K. Rossel I (Wiesbaden 1855),
 622 f.; Keussen, Topogr. II, S. 70a (Nr. 16), 74a (Nr. 4), 98 b (Nr. 1),
 vgl. I, S. 93*.

¹⁾ Vgl. unten S. 313 (Z. 12 und 19), 314.

cepisset merita, contigit fabrum quempiam, virum humilem satsique religiosum, Walkunum nomine, cum filio quatuordecim annorum propter artem fabrilem exercendam intempesta nocte transire iuxta locum, in quo beatus occisus est episcopus *). Et ecce! cereus gloriosus, decenter
 5 satis compositus super ipsum locum martirii **), flammis radiantibus et ad mensuram cubiti unius a terra elevatus ab utroque visus est. Cumque tenebras noctis per circuitum idem cereus illuminaret, guttis ymbrium et flatu ventorum extingui non poterat. De qua visione non modicum mirantes et, quid visio portenderet, non ignorantes, gratia
 10 orationis ad locum accesserunt. Et cum cereum videre possent, non tamen eum manibus tangere potuerunt. Qui statim ad villam Suelme properantes, quid viderint Bertolpho sacerdoti¹⁾ per ordinem retulerunt. Eodem tempore Ecbertus monachus de Scheide²⁾ presens fuit, qui eandem visionem se vidisse testatur. Eratque hec visio iudicium
 15 lucerne Dei adhuc sub modio posite, ponende in proximo super candelabrum (vgl. *Matth. 5,15*).

51. [De carpentario, cuius languidum crus sanavit.]

Post iam dictam visionem in populo per sacerdotem³⁾ declaratam
 20 carpentarius quidam non longe a ***) loco martirii commorans, fama radiante attractus et illectus, cum crus haberet infirmum et per annum integrum prorsus aridum, spe convalescentie, baculo sustentante, sacrum locum adiit, sumptaque terra cruore martyris infusa, languido cruri superligavit. Qui post triduum meritis pontificis plene sanatus,
 25 nullum deinceps in crure dolorem sensit, neque vestigium aliquod infirmitatis in eo apparuit.

*) qui Gevelsberch (Gruelsberch *die Hs.*) vocatus fuit *fügt 1b hinzu*.

**) in quo nunc altare constructum est (est *fehlt 2a*) *fügen 2a. b^{1.2} hinzu*.

***) Givelberg (Gijvelberg *2b^{1.2}*) *fügen 2a. b^{1.2} hinzu*.

1 quendam *1b. 2b²*. — 2 gloriosum *2b²*. — Walk. nom. *fehlt 2a. b^{1.2}*. — 4 beatus ille occisus erat. Et *2a. b^{1.2}*. — 7 Cum (que *fehlt 2a*). — 10 non enim tamen eum *1a*. — 11 Swelme *2a*. — 12 quod *2b^{1.2}*. — Bartholdo *2a. b¹*; Bertoldo *2b²*. — sacerdote *1a*. — 13 Eodem bis testatur *fehlt 2a. b^{1.2}*. — 14 Erat (que *fehlt*) *2b¹*. — 15 lucerne *fehlt 1a*. — posita ponenda *1a*. — proximum *2b²*. — 17 De quodam, cuius (lang. *fehlt*) crus *2b^{1.2}*. — 20 commanens *2a* (am Rande *verbessert*). *b^{1.2}*. — 21 radianti *1a*. — 23 cruoris *2a*. — 25 deinceps dol. in crure *2b²*.

1) In Urkunden begegnet Berthold erst 1240—1250 (Westfäl. Urkundenbuch VII, Nr. 488, 592, 737) als Schwelmer plebanus und decanus.

2) In einer Urkunde Engelberts vom Jahre 1223 ist in der Zeugenreihe gleich hinter dem Propst Dietrich des Prämonstratenserstifts Scheda (südwestlich von Werl, Kreis Unna) ein Ecbertus unter den sacerdoten genannt, der mit diesem monachus identisch sein könnte; vgl. eb. Nr. 234.

3) S. oben Anm. 1.

52. [De puella muta et languida sanata.]

Cum primitus capella ex lignis super sacrum martirii locum esset composita ¹⁾, quadam sexta feria advenit mulier quedam de Hiddinghusen ²⁾ cum filia sua, que numquam pede gressum fixerat neque se aliquando movere poterat vel loqui. Cumque per tempus aliquod in ipso loco iacuisset et eiulando martiris opem cottidie in orationibus pro incolumitate filie implorasset, muta puella clara voce a matre more puerorum ovum postulavit. Que cum filie vocem audisset ex remotis, cum magno cordis gaudio ovum obtulit; quod filia surgens propiusque accedens de manu matris letanter accepit. Huic duplici miraculo interfuere plebanus de Gummirsbreth ³⁾ Walthelmus nomine et sacerdos quidam capellanus Livoniensis episcopi ⁴⁾, Everardus sacerdos de Suelme cum eiusdem ville plebano Bertoltho ⁵⁾ et Iohanne subdiacono; qui omnes usque hodie testimonium perhibent iam dictam puellam per martiris merita fuisse sanatam. 15

53. [De sacerdote, cuius manus fetens sanata est.]

Priusquam supradicte capelle construende ⁶⁾ mentio aliqua haberetur, preterit plebanus de Tuno ⁷⁾, qui manum dexteram per dimidium annum et amplius ex infirmitate tam fetentem habuerat, ut per totam hyemem a missarum celebratione cessaret. Recogitans autem virum beatum pro iustitia innocenter occisum, manum infirmam loco martirii cum plena fide imposuit; quam post morulam retrahens sanam recepit. Qui de collato beneficio Deo gratias agens, ad gloriam martiris

3 feria sexta 2b^{1.2}. — quedam de Hidd. *fehlt* 2a. b^{1.2}. — 6 opem martiris 2a. b^{1.2}. — 7 ovum more puer. 2a. b^{1.2}. — 9 gaudio cordis sui ovum detulit 2a. b^{1.2}. — 10 miraculo multi fuerunt, qui testimonium de supradicta puella prebuerunt per martiris merita esse sanatam *schließen das Kapitel* 2a. b^{1.2}. — 12 Livoniensis *Gelenius*; Livionensis 1a. — 13 Bertoltho *hier 1a* (vgl. S. 313, 12. 315, 1 und 21). — 16 fetens *fehlt* 2b^{1.2}. — 17 haber. aliqua 2a. b^{1.2}. — 18 Cuno 2b^{1.2}. — dextram 2a. — 19 fetente 2b². — totum 2b¹. — 20 beatum virum 2a. b^{1.2}. — 23 gracias Deo agens 2a.

¹⁾ S. unten S. 318 Anm. 1.

²⁾ Hiddinghausen (I und II) nördlich von Schwelm, nordwestlich von Gevelsberg.

³⁾ Gummersbach, Kreisstadt im Oberbergischen.

⁴⁾ Wohl Bischof Albert von Riga (vgl. oben S. 56 Anm. 3). Sein Kaplan Johannes, der hier gemeint sein kann, war 1223 Zeuge einer von Albert in Kappenberg ausgestellten Urkunde (Westfälisches Urkundenbuch VII, Nr. 226).

⁵⁾ Ueber den Schwelmer Pfarrer vgl. oben S. 313 Anm. 1.

⁶⁾ Vgl. unten S. 318 Anm. 1.

⁷⁾ Dhünn an der Dhünn südöstlich von Wermelskirchen (Kreis Lenep); vgl. Fabricius V, 1, S. 320 f.

declarandam cyrotecam manus sanate Bertolpho plebano de Suelme transmisit.

54. [De sacerdote ceco, qui visum recepit.]

Primo anno occisionis domini Engelberti circa mediam quadragesimam¹⁾ sacerdos quidam oculo utroque orbatus ex remotis partibus Saxonie usque ad locum sepedictum, servo suo duce, veniens, terre se prostravit et, cum devotissime illic preces Deo eiusque martiri fudisset, ab oratione surgens lumen desideratum recepit. Qui usque Suelme sine ducatu pergens, tam clare vidit, ut in libro perfecte legeret horasque in eo decantaret. Deinde Greverode²⁾ se transferens, non multo post pro gratiarum actione limina beatorum apostolorum Petri et Pauli necnon et apostoli Iacobi³⁾ visitavit, gloriam Engelberti martyris ubique divulgans.

55. [De paupercula per eum illuminata.]

Eodem tempore mulier quedam paupercula de Werda iuxta Renum⁴⁾, et ipsa quinque annis oculis viduata, ad sacrum martirii locum^{*)} devenit. Ubi cum diutius humi prostrata cum lacrimis orasset, recepto lumine, surrexit. Que in vocem exultationis mox erumpens, Dei magnalia et beati martiris merita predicare cepit, et cum multa festinatione Suelmen perveniens, tribus sacerdotibus, Adolpho scilicet de Vorda⁵⁾, Bertolpho plebano de Suelme atque Everard socio eius⁶⁾, unique subdiacono gratiam circa se factam declaravit.

^{*)} Givelberg (Gijvelberg 2b^{1.2}) fügen 2a. b^{1.2} hinzu.

1 declarandum 1a.—Bertholdo (Bartholdo 2b¹; Bartoldo 2b²) de S. (Swelme immer 2a. b²) pleb. tr. (tr. pl. 2a) 2a. b^{1.2}.— 3 In 2b¹ steht Kapitel 55 vor Kapitel 54; zwischen beide ist später von erster Hand Kapitel 60 auf besonderem Blatt (fol. 37 bis) eingeschoben. — 10 Greverade 2a; Greveroede 2b¹. — 12 et (beati fügen 2a. b² hinzu) Iac. apost. vis., gl. Engelb. preciosi martyris 2a. b^{1.2}. — 14 sanata von anderer Hand verbessert in illuminata et sanata 2b¹. — 15 Rhenum 2b^{1.2}. — 16 viduata oculis 2a. — 19 (et fehlt) cum 1a. — 20 Swelme 2a. b²; Suelme 2b¹. — tribus bis subdiacono fehlt 2a. b^{1.2}. — 22 factam omnibus decl. 2a. b^{1.2}.

¹⁾ Um den 29. März 1226.

²⁾ Wunder in der dem Stift Vilich gehörenden Kapelle zu Gräfrath (nördlich von Solingen) hatten 1185 den Anstoß zur Gründung eines Nonnenklosters gegeben. Vgl. Knipping, Reg. II, 1250; Fabricius V, 1, S. 102; Die Kunstdenkmäler von Westfalen III, 2 (1894), S. 93 ff.

³⁾ Rom und Santiago de Compostela.

⁴⁾ Kaiserswerth unterhalb Düsseldorf.

⁵⁾ Die Kirche von Vörde südwestlich von Hagen war eine Filiale der dortigen Pfarrkirche. Vgl. A. Ludorff, Die Bau- und Kunstdenkmäler von Westfalen [31] (Kreis Schwelm), Münster 1910, S. 36; Fabricius V, 1, S. 336.

⁶⁾ Ueber Berthold und Eberhard vgl. oben S. 313 f.

56. [De paralitico per visionem ab eo liberato, et quod locum occisionis ad monasterium consecraverit.]

In sexta feria parascheve¹⁾ primi anni occisionis beati Engelberti *) apud Suelme degens erat quidam paralyticus, homo tante infirmitatis, ut nec baculis sustentari nec aliquibus instrumentis aliis adiuvari posset. Tandem multis miseris afflictus, multis tediis et laboribus affectus, loco sancte occisionis est presentatus, ibidem a Cena Domini usque ad vigiliam pasche²⁾ moram faciens et gratiam Domini prestolans. In nocte vero parascheve circa medium noctis cum paralyticus esset in oratione, vidit beatum Engelbertum tanquam vivum, pontificalibus indutum, ad instar solis fulgentem, cum duobus aliis viris clarissimis — et ipsi ornamentis magni decoris induti erant — ad locum venientem; quem locum omnes simul ambientes, quante amplitudinis et latitudinis in eo monasterium esse deberet, quasi ad consecrandum illud venerint, ostenderunt³⁾. Qui mox, quasi expleto opere, disparuerunt. Paralyticus vero tante visionis effectum in se sentiens, omnibus qui eum noverant et ante viderant meritis martiris se sanatum ubique divulgavit **).

57. [De viro, qui eius glorie invidens igne celitus percussus est et per penitentiam sanatus.]

Cum in loco occisionis beati Engelberti crux lignea fuisset erecta, die quadam veteranus quidam adveniens Winardus nomine de Givelberch, cepit de miraculis que ibi fiebant scandalizari, dicens intra se: „Quid est, quod video? quid est, quod audio? Homo iste tyrannus erat, oppressor viduarum et orphanorum erat, avarus et elatus“. Cuius

*) qui fuit millesimus ducentessimus vicesimus (vigesimus 2b¹) quintus ab incarnatione Domini, mensis nonus, dies septimus, annus pontificatus sui decimus, vite autem quadragesimus⁴⁾ fügen 2a. b^{1.2} hinzu.

**) Fundatum est igitur in eodem loco monasterium ordinis Cysterstiensis et usque hodie ad laudem Dei et martiris honorem perseverat, prestante domino nostro Iesu Christo fägt der Auszug 1b hinzu, damit schließend.

2 consecravit 2b^{1.2}. — 4 parasche 1b; parascheve 2a. b¹. — beati fehlt 2a. b^{1.2}. — 6 sustentari fehlt 2a. b^{1.2}. — 7 possit 2b². — 10 parascheve 2a. b¹; parascheves 2b². — 11 paralyticus noctem insompnem duceret et esset in oratione, vidit beatum presulem Eng. 2a. b^{1.2}; episcopum fägt 1b nach Enghelb. hinzu. — 13 aliis fehlt 2a. b^{1.2}. — 15 latit. et amplit. 2b^{1.2}. — quasi b¹s venerint fehlt 2a. b^{1.2}. — 19 ubique fehlt 1a (nicht 1b). — 20 celitus igne 2b¹. — 22 Dum 2b². — 23 veterarius 2a. — (Win. nom. fehlt) de Gijvelberg 2a (verbessert aus Gevelberg). b^{1.2}. — 26 erat vor avarus fehlt 2a. b^{1.2}.

¹⁾ 17. April 1226.

²⁾ 16. bis 18. April.

³⁾ Man dachte also an die Errichtung des Cistercienserinnenklosters Gevelsberg schon 1226. Die erste urkundliche Erwähnung der Kirche stammt allerdings erst aus dem Jahre 1235 (Westfäl. Urkundenbuch VII, Nr. 435, 436), des Klosters aus dem nächsten Jahre (eb. Nr. 445); vgl. eb. S. 1442. Vgl. L. Schmitz-Kallenberg, Monasticon Westfaliae, Münster 1909, S. 29; unten S. 326 Anm. 1.

⁴⁾ Vgl. oben S. 237 (Anm. 3) und 278 (Anm. 3).

glorie in tantum invidabat, ut nec ipsum lignum erectum equo oculo inspicere posset. Et ecce! Dominus in ipsa hora in homine pravo ignem invidie igne celitus emisso tam graviter punire cepit, ut guttur et humeros eius ardoris vehementia consumeret. Qui mox ab eo loco ductus
 5 et in domo filie amice sue depositus, peccatum suum in martirem omnibus qui aderant audientibus confessus est, et quod de illo cogitaverat per ordinem recitavit. Usus consilio amicorum veteranus idem cilicio indutus nudis pedibus in maximo frigore, — erat enim hyemps¹⁾ — ad locum sacrum rediit, orationibus et lacrimis martyrem sibi
 10 reconcilians. Ubi post triduum perfecte sanatus, multo tempore in eadem incolumitate perseveravit.

58. [De muliere, que indigne communicans, a dementia arrepta, per ipsum est sanata.]

Mulier quedam Hildegundis nomine, de Grutene²⁾ oriunda, dum in die pasche³⁾ cum ceteris fidelibus Christi corpus sumeret, tanta dementia est arrepta, ut ore spumans linguam rotaret nec omnino loqui posset. Que cum ad horam sacre communionis esset sanissima, indigne communicando subito facta est tam infirma, ut nullum membrorum suorum movere valeret. Erat enim mulier eadem ab ineunte
 20 etate vanissima, variis peccatis onerata et ad tam salutarem medicinam prorsus imparata. Unde eadem sacra communio corporis Christi non ei facta est antydotum, sed tormentum. Sicut scitis, periculosum est infirmo constipato sumere medicinam laxativam et fortem, nisi aliquid ante sumatur, per quod materia male
 25 congesta dividatur. Ne ergo peccator in peccatis induratus medicinam corporis Christi ad iudicium sibi sumat (*vgl. 1. Cor. 11, 29*), prius in se virus peccatorum per cordis contritionem et oris confessionem dividere studeat. In muliere vero iam dicta cum morbus celitus immissus
 30 invalesceret, miserante Deo, qui neminem vult perire (*vgl. 2. Petr. 3, 9*), vidit in sompnis, si locum passionis archiepiscopi Engelberti adiret, citius convalesceret. Spe igitur recuperande sanitatis cum magno

2 possit 2a, *verbessert*. — Et fehlt 2a. b^{1.2}. — 3 tam fehlt 2b². — 4 ductus est in 2b². — 5 sue fehlt 2b¹. — 6 quid 2a. b^{1.2}. — cogitaverit 2a. b^{1.2}. — 8 silicio ind. nudus (*verbessert nudis*) 2a. — 10 reconcilians 2a. b^{1.2}. — 12 a demonia 2a (*vgl. unten Z. 15/16*); (a bis ipsum fehlt) dementata est 2b^{1.2}. — 14 Hild. nom. fehlt 2a. b^{1.2}. — Grutine 2a; Gruetene 2b¹. — 16 arrepta est 2b¹; est erepta 2a, *am Rande verbessert*. — 18 tam infirma facta est 2a; tam fehlt 2b². — 19 movere posset 2a. b^{1.2}. — ineunte *verbessert aus eunte 1a*. — 20 vor tam 3 Buchstaben *ausradiert 1a*. — 23 satis für scitis 2a. b¹. — 24 ante aliquid 2a. — 31 igitur fehlt 2a. b^{1.2}. — quidem magno 2a.

1) Winter 1225/1226.

2) Gruiten (Kreis Mettmann) an der Düssel zwischen Mettmann und Gräfrath.

3) 19. April 1226.

quidem labore mox ut martirii locum adiit, a lecto egritudinis surgens comedit et bibit, et Deo gratias agens pro concessio beneficio, annuali censu apud locum et martyrem leta se obligavit¹⁾. Huius miraculi multi, qui tunc aderant, testes existunt usque in hodiernum diem.

59. [De puerulo ab eo ab inflatione colli curato.] 5

In villa Suelme ad altare beati Petri²⁾ deportatus est quidam puerulus Albertus nomine, Hildebrandi vinitoris³⁾ filius, inflaturam habens circa collum tam magnam et periculosam, ut neque linguam movere neque cibum sumere posset, subtracto sibi visu et auditu. Super quo pater et mater nimium dolentes, cum multis lacrimis postulaverunt, ut mitra martiris caput pueri tangeret, sperantes, quod occisi virtute et infirmitas posset fugari et facies deformata in statum naturalem reformari. Mira gratia Dei: mox ut mitra pontificis imposita est capiti infantis, ceperunt tumores detumescere, humores pravi evanescere et cum celeritate, tam fide parentum quam meritis martiris exigentibus, priusquam paterna limina puer attingeret, plene se sanatum gavisus est. Mitram eandem pontifex in capite habebat, cum occideretur; unde sacro eius cruore rubricata infirmantibus facta est medicina. 10

60. [De muliere a morbo squinantie curata.]

Causa infirmitatis compellente, mulier quedam paupercula de partibus Thuringie ex civitate que Ysenache vocatur⁴⁾ oriunda, ad *) locum martirii beati antistitis spe convalescentie cum multis laboribus adventit. Hec morbo squinantie⁵⁾ in collo percussa, per annum integrum oculum perdiderat sinistrum. Habebat eiusdem etiam la-

*) Givelberg (Gijvelberg 2b^{1.2}) fügen 2a. b^{1.2} hinzu.

3 letam 2a; fehlt 2b^{1.2}. — 4 tunc fehlt 2b¹. — usque in hod. diem fehlt 2a. b^{1.2}. — 6 Swelme 2a. — 7 Albertus bis filius fehlt 2a. b^{1.2}. — 8 magnum 2b¹. — periculosum 1a. 2b¹. — 9 movere fehlt 2a. — 10 nimis 2a. b^{1.2}. — 11 mitra beati mart. 2a. b^{1.2}. — 12 deformatum 1a. — 13 Dei gracia 2a. b^{1.2}. — pontificis fehlt 2b². — caput 2b^{1.2}. — 14 humores detum. 2b². — parvi 2b². — 15 sceleritate 2a. — 16 plene verbessert aus plane 2a. — 18 sacrosancto eius 2a. b^{1.2}. — 19 Zu Kapitel 60 s. oben S. 315 zu Z. 3 über 2b¹. — muliere quae a m. squ. curata est 2b². — 21 ex bis oriunda fehlt 2a. b^{1.2}. — 22 loco 2b². — 23 swinancie 1a; squinancie verbessert 2a. — 24 eciam eiusdem 2a. b^{1.2}.

¹⁾ Der Fall einer sich als wachszinsig ergebenden Person beweist, daß die Errichtung der neuen Kapelle fest beabsichtigt war.

²⁾ Nebenaltar der der Jungfrau Maria geweihten Kirche; über diese vgl. Ludorff a. a. O. 24.

³⁾ Vielleicht identisch mit dem erzbischöflich-kölnischen 'villicus' Hildebrand des Jahres 1240; vgl. Westfäl. Urkundenbuch VII, Nr. 488.

⁴⁾ Eisenach.

⁵⁾ Vgl. oben S. 28 Anm. 3.

teris manum aridam et pedem de podagra nodosum. Triplici hoc incommodo laborans, in loco occisionis se prostravit, cum lacrimis oravit, sanitatem meritis martiris ibidem occisi dari sibi postulavit. Surgens vero ab oratione, nondum sanata abiit, sed a spe consequende sanitatis non recessit. Post circulum duorum mensium rediens, ab omni infirmitate atque deformitate per beatum martyrem perfecte curata est et, ne tanto beneficio ingrata videretur, ad annum censum beato se contradidit pontifici Engelberto.

61. [De Godefrido, qui per eum visum recepit.]

10 Quidam urnarum operarius, cuius domus sita erat in pede montis castri Ysenberch, ipso tempore cum municiones comitis Friderici, occisoris domini Engelberti archiepiscopi, destruerentur¹⁾, destructa est et domus eiusdem operarii Godefridi; hoc enim ei nomen erat. Insuper etiam omnia bona sua mobilia perdidit. Pro qua re ex assiduis fletibus
15 utroque oculo est orbatus. Cumque sex ferme mensibus²⁾ in eadem cecitate perseverasset, audiens de miraculis beati martiris Engelberti, ad locum passionis votum fecit. Qui cum cecus iter arriperet, duos oculos cereos secum deferens, unum oculum meritis antystitis recepit. Quid de alio factum sit, nescio.

20 62. [De pauperculo a variis infirmitatibus liberato.]

Circa partes Unna de Pacina³⁾ villa eiusdem parrochie morabatur quidam pauperculus, per annos septem variis infirmitatibus vexatus; in uno latere totus emortuus erat, manum habens aridam, lateris
25 costas contractas, crus tante spissitudinis, ut eius inflatura quantitatem ventris equare videretur. Qui spe recuperande sanitatis duobus baculis sustentatus ad *) locum martirii gloriosi episcopi veniens, cum

*) Givelberg (Gijvelberg 2b^{1.2}) fügen 2a. b^{1.2} hinzu.

3 dari sibi fehlt 2a. b^{1.2}. — 4 nūdū 1a. — 6 difformitate 2a; celeriter erepta fügen 2a. b^{1.2} hinzu. — 7 perfecta 1a. — 9 per eum fehlt 2b^{1.2}. — 11 castri in Ys. (Ysenberg 2a. b²) 2a. b^{1.2}. — quo für cum 2b². — Frid. cognati et occisoris 2a. b^{1.2}. — 13 (enim fehlt) nomen ei 2a. b^{1.2}. — 14 et für etiam 2a. b^{1.2}. — 16 perdurasset 2b^{1.2}. — 19 Quid bis nescio fehlt 2a. b^{1.2}. — 20 inf. curato 2b^{1.2}. — 22 de bis morabatur fehlt 2a. b^{1.2}. — 25 b contractas 2a. b^{1.2}. — 26 equari 1a. — 27 glor. pontificis v. 2a. b^{1.2}.

1) Ueber die Zerstörung der Burg im Winter 1225/26 vgl. oben S. 279 Anm. 3.

2) Also bis etwa zum Sommer 1226.

3) Ein Ort mit diesem nur in 1a überlieferten Namen bei Unna in Westfalen ist unbekannt. Gelenius hat dafür 'piscina' (aus der Schwelmer Hs. oder ein Lesefehler auf Grund von 1a?). E. Ranke vermutete (bei der Abschrift von 1a) einen Schreibfehler für 'vicina'.

illic supplices funderet orationes, per merita martiris celerem precum suarum sensit effectum. Nam, pulsus deformitatibus infirmitatum suarum, salutis sue, quam suppliciter, ut dixi, efflagitavit, citius invenit remedium et consecute sanitatis per baculos, quos ibi suspendit, dedit indicium. Insuper ad annum censum, quoad viveret, eidem loco, immo loci patrono gaudens se obligavit.

63. [De surdo viro, quem sanavit.]

Signis atque sanitatibus ibidem crebrescentibus, maximus ibi cotidie factus est concursus et occurus. Alii namque sanandi adveniebant, alii sanati recedebant¹⁾. Interea venit quidam lagenarum artifex Everardus nomine, de Sporchovele²⁾ iuxta Ysenberch castrum oriundus. Hic per decem annos aures patulas ad audiendum non habebat, sed concursibus advenientium et recedentium attonitus gratiam curationis intellexit. Veniens vero ad locum sacri cruoris gratiam, quam fide quesivit, letus invenit, sicut testati sunt, qui eius curationi intererant. Aliqui prope astantes pelliculas aurium eius, quibus meatus audiendi obstructus fuerat, rumpi audiebant; quam rupturam tantus dolor sequebatur, ut ipse homo, capite utraque manu apprehenso, comprimendo sibi dolorem aliquantulum temperaret, voces emittens gemebundas. Recepto vero auditu, gratiam circa se factam omnibus audire volentibus manifestavit, gloriam martiris ubique predicans et ad propria, votis expletis, cum magna hylaritate remeans.

64. [De aucupe spasmatico curato.]

Auceps quidam et venator habitationem habens iuxta Nussiam in loco qui vocatur Hilkerode³⁾, nomine Cunradus, spasmus acriter satis patiebatur et in brachiis simul et in manibus. Hic spe recuperande sanitatis loca multa adierat, medicinas varias adhibuerat; sed nil ei profuit. Fama autem crebrescente de signis atque mirabilibus Deo

1 meritum 2b². — 3 ut diximus effugavit 2b^{1.2}. — 5 Insuper et ad 2a. b^{1.2}. — eodem 2a, verbessert. — 7 viro fehlt 2b^{1.2}. — 8 crescentibus 2b². — ibi custodie f. 2a. — 9 et occurus fehlt 2b². — 10 sani 2a. b^{1.2}. — legenarum 1a und ursprünglich 2a. — 11 Ever. nom. fehlt 2a. b^{1.2}. — Sporchovele 1a; Spurchovele 2a; Spirtouele 2b¹; Spurthouele 2b². — Ysenberg 2a. b^{1.2}. — 14 Veniensque ad 2a. — 16 Alii quippe verbessert in Alii qui prope 2b². — 17 obstructus 2b². — 18 sequebantur 1a, verbessert. — 19 obtemperaret 2b¹. — 23 aucupe fehlt 2b^{1.2}. — 24 Nussiam 2a; Nussiam 1a. 2b¹. — in bis Cunradus fehlt 2a. b^{1.2}. — 25 satis acriter 2b². — 26 (et fehlt) in br. simul (similiter 2b²) et (in fehlt) man. 2a. b^{1.2}. — 28 virtutibus für mirabil. 2a. b^{1.2}.

¹⁾ E. Ranke vergleicht (auf der Abschrift von 1a) Caesarius' Sermo auf die hl. Elisabeth (ed. Huyskens, Annalen 86, 1908, S. 54): 'Alii recedentibus alii occurrebant, sanitatem consecuti Dei virtutem venientibus nuntiabant'.

²⁾ (Ober- und Nieder-)Sprockhövel nordöstlich von Schwelm; vgl. u. a. Fabricius V, 1, S. 93 und 347.

³⁾ Hülchrath (Kreis Grevenbroich) bei Wevelinghoven, südlich von Neuß.

dilecti domini Engelberti archiepiscopi, idem spasmaticus ad *) locum martirii eius se transtulit et opem, quam quesivit, invenit. Qui mox caput suum terre, que martiris sanguinem biberat, superposuit et ad annualem censum eidem loco se devovit.

- 5 Cum autem multa ibi fiant miracula, propter tedium legentium tantum excellentiora queque notare studui¹⁾.

65. [De muliere ab inflatione curata.]

Mulier quedam de civitate Andernacensi²⁾ Hildegundis nomine, toto corpore inflata, tantum ex hoc per XVIII ebdomadas sustinuit
10 doloris, ut ei vita presens esset in tedio et mors in desiderio. Audiens tandem de fama et virtutibus beati Engelberti et quia varios languores curaret, a lecto egritudinis se erigens, votum fecit dicens: „Domine Deus omnipotens, si per merita martiris tui Engelberti curata fuero,
nudis pedibus locum passionis *) eius supplex adibo“. ‘Deus’ au-
15 tem, qui ‘mirabilis’ est ‘in sanctis suis’ (Ps. 67,36), ut demonstraret, quantum apud ipsum merita martiris possent, infra triduum eandem feminam ab omni infirmitate necnon et ab eiusdem infirmitatis deformitate curare dignatus est. Quid plura? Sentiens illa divinitus se curatam, de lecto se erigens leta surrexit, martirem benedixit et ad locum
20 martirii nudis pedibus veniens oravit et obtulit; sicque, in signum devotionis sue capillis sui capitis ibidem precisis, ad propria remeavit.

66. [De milite paralitico, quem sanavit.]

Accedunt semper nova novis et miracula miraculis innovantur. Ex iam dicta civitate, Andernaco scilicet, que in littore Reni sita est,
25 miles quidam dives et potens multis annis totus paralyticus lecto decubuit. Erat autem eiusdem infirmitatis tanta violentia, ut cibum erectus non sumeret, nisi ante os eius sive super pectus positum ita iacendo cum magna vehementia tandem deglutiret. Miserationibus Do-
mini et consolationibus consolatus audivit in sompnis, ut, si sub tali
30 arbore malo in honorem beati Engelberti martiris tribus vicibus ve-

*) Givelberg (Gijvelberg 2b^{1.2}) fügen 2a. b^{1.2} hinzu.

3 supposuit 2b^{1.2}. — 4 et fehlt 2a. b^{1.2}. — ad fehlt 1a; verbessert aus et 2a. — 5 ibi fehlt 2a. — 6 tamen für tantum 2b². — excellencioria 1a. — 8 Hild. nom. fehlt 2a. b^{1.2}. — 9 inflato 2b². — 10 dolores 2b². — (in fehlt) tedio 1a. — 11 martyris für beati 2b²; beati martyris E. 2a. b¹. — 14 locum pass. nudis ped. 2a. — eius fehlt 2a. b^{1.2}. — 16 triduum (annum am Rande) eandem 2a. — 17 et fehlt 2a. b². — 19 lecto egritudinis leta 2a. b^{1.2}. — ad fügt 1a vor martirem hinzu, doch getilgt; mart. ben. fehlt 2a. b^{1.2}. — ad fehlt hier 1a. — martirii locum 2a. b^{1.2}. — 20 veniens ped. 2a. — (sicque fehlt) in signumque dev. 2a. b^{1.2}. — 24 Rheni 2b². — 26 infirmit. eius 2b². — 27 supra 2b¹ und, verbessert, 2b². — 28 mis. Dei (et cons. fehlt) 2a. b^{1.2}. 30 mane für malo 2a. b^{1.2}. — honore 2a (ursprünglich). b².

¹⁾ Vgl. Sulpicius Severus, Vita Martini c. 1,8 (ed. Halm S. 111): ‘plura omisimus, quia sufficere credidimus, si tantum excellentia (Lesart ‘excellenciora’) notarentur; simul et legentibus consulendum fuit’.

²⁾ Andernach am Rhein.

niam petens totidem orationes suppliciter effunderet, infirmitas eius ilico conquiesceret. Sperans huiusmodi visionem fantasticam non esse, summo mane cum filiis ac filiabus suis uxorem suam vocans, quid viderit exposuit. At alii sompnum ipsum phantasmia iudicantes et cum quodam cacinno se ab eo vertentes, rogaverunt eum quiescere et sub culcitrus suis ipsam infirmitatem sustinere. Tunc ille in lacrimas solutus suppliciter eos obsecravit, ut eum ad arborem illam deportarent. Quid plura? Petitionibus eius lacrimosis flexi, ad locum desideratum illum deportant; ubi depositus cum tribus vicibus se prostravisset, secundum quod visio monstraverat, per beatum martirem Engelbertum plenam recepit sospitatem. Qui non ingratus, cum uxore, filiis et filiabus ad *) locum passionis nudis pedibus veniens, oblationes cum orationibus illic obtulit et per diem unum et noctem manentes ibidem et Deo gratias referentes, ad annualem censum martyri beato sese obligaverunt.

67. [De Theoderico nobili, quem a surditate liberavit.]

Vir quidam nobilis Theodericus nomine¹⁾, surdus ab infantia sua, ad locum martirii spe convalescentie devenit. Ubi cum octo diebus in laboribus cottidianis et orationibus assiduis sese exercuisset et ad ultimum in signum religionis capillos sibi precidisset, sicut multi testantur qui aderant, integerrime sanitati restitutus est. Qui pro gratiarum actione deinceps omnem, quam potuit, devotionem eidem loco exhibuit, et inde licentia egrediens et ad propria rediens, ad annualem censum beato se contradidit martyri Engelberto.

68. [De campanario contracto et sanato.]

Campanarius quidam, textor, de Pupindorp²⁾ ex illa parte Su-

*) Givelberg (verbessert aus Gavelberg 2a; Gijvelberg 2b^{1.2}) fügen 2a. b^{1.2} hinzu.

3 suis fehlt 2b². — 4 ac alii 2b¹. — sompnum 1a. — 5 revertentes 2a. — 6 infirm. ipsam 2a. b¹. — 7 lachrimis 2b¹. — illos für eos 2b². — 8 illum 2a. — 10 prosternisset 2b¹. — demonstraverat 2a. — 11 sanitatem 2a. b^{1.2}. — 12 filiis ac filiabus (suis fügt 2a hinzu) 2a. b^{1.2}. — 13 orationes cum oblationibus 2b². — 14 ad fehlt 2b². — beato mart. 2a. b^{1.2}. — 16 Theodorico 2b². — 20 exercuisset 2a. — 21 sicut bis aderant fehlt 2a. b^{1.2}. — 23 actione fehlt 2a. — 25 beato fehlt 2b². — 27 Puppindorp 2b^{1.2}; Puppendorf 2a. — ex bis oriundus fehlt 2a. b^{1.2}.

¹⁾ Nach einer freundlichen brieflichen Mitteilung von Herrn Fr. von Klocke, handelt es sich hier vielleicht um Dietrich, Bruder des Soester Edelvogts Eberhard; vgl. Fr. von Klocke, Studien zur Soester Geschichte I (Soest 1928), 101f., 412f. Doch ist die Annahme sehr unsicher.

²⁾ Puffendorf (Kreis Geilenkirchen) liegt zwischen Geilenkirchen und Aldenhoven. Die eigentliche Heimat des Mannes war aber nach den folgenden Worten die Gegend von Soest, wonach Pupindorp einen (unbekannt?) Teil von Soest bezeichnen dürfte.

sati oriundus, decem annis prorsus in cruribus contractus et enervatus, venit ad eundem locum, duobus baculis sustentatus. Qui veniens in via ex intimo corde orationem faciens, lacrimas multas fudit et in loco passionis tam devote terre se prostravit, ut, antequam alicuius sanitatis sibi conscius esset, per Dei misericordiam et merita beati Engelberti ab omni sollicitudine et egritudine et membrorum debilitate liberaretur. Cuncti qui miraculum hoc viderunt, Deum et beatum martirem glorificaverunt, altis vocibus in laudes erumpentes. Ne alicui hoc miraculum minus sane credenti veniat in dubium, idem vir sanitati reformatus propter tantam sibi donatam gratiam non semel vel bis, sed multotiens postmodum sue curationis visitavit locum, ipsi suo curatori gratias referens copiosas.

69. [De virgine a vermibus corrosa, quam sanavit.]

In viciniore parrochia de Vorda¹⁾, Suelme adiacente, fuit quedam virgo Atzela nomine, cuiusdam viri libere condicionis filia, Erwini videlicet de Menighusen²⁾; cuius facies ex omni parte horribiliter a vermibus fuit corrosa, adeo ut ab ipsius parentibus aspectus eius vitaretur et ipsa ab eis despiceretur. Propter quod pater eius infirmitate flagellatus diutius lecto decubuit. Recognoscens autem malum sibi infirmitatis eiusdem ex causa predicta divinitus inflictum, confessus est sacerdoti³⁾ culpam suam, et necessitate compellente, consentiente uxore, tam ipse quam filia ad locum passionis beati pontificis Engelberti votum fecerunt. Qui cum deducerentur, meritis gloriosi martiris in via sanati sunt. Tunc tanti beneficii non ingrati, venientes ad locum, donis promissis dona ampliant. Venerant et cum eis plus quam ducenti viri, qui omnes tanti miraculi testes sunt effecti. Illi autem, qui sani fuerant facti, ad annum censum eidem loco se obligantes, cum magno gaudio ad sua sunt reversi.

70. [De muliere a dolore dentium sanata.]

30 Ex Kettewich, quadam villa iuxta fluvium Ruram posita⁴⁾, fuit

1 annis decem 2a. b^{1.2}. — contractis et enervatis 2a. b^{1.2}. — 2 veniendo in 2a. b^{1.2}. — 4 et für ut 2b². — 5 beati fehlt 2a. b^{1.2}. — 6 et egritudine fehlt 2a. b^{1.2}. — 7 Deum et fehlt 2a. b^{1.2}. — 9 inane cr. 2a. — 11 ipse suo cur. gracias agens cop. 2a. b^{1.2}. — 14 Werde 2a (am Rande verbessert Wide). b^{1.2}. — Swelme 2a. — 15 Atzela nom. fehlt 2a. b^{1.2}. — Erwini bis Menighusen fehlt 2a. b^{1.2}. — 17 omnibus für ipsius 2a. — 19 malum fehlt 1a. — 20 infirmit. eiusdem sibi 2a. b^{1.2}. — 23 Engelb. fehlt 2a. b^{1.2}. — 30 Qu(a)edam mulier iuxta fl. Ruram (Rura 2b¹) posita fuit dencium dol. habens multo tempore beginnen 2a. b^{1.2}.

¹⁾ Vgl. oben S. 315 Anm. 5.

²⁾ Erwin von Meiningsen (südöstlich von Soest) war wohl ein Verwandter der Brüder Ritter Albert, Alexander und Konrad von Meiningsen, die urkundlich bezeugt sind als Ministerialen der Grafen von Arnsberg; vgl. Westfäl. Urkundenbuch VII, S. 1510.

³⁾ Wohl der oben S. 315 genannte Sacerdos Adolf von Voerde.

⁴⁾ Kettwig an der Ruhr zwischen Werden und Mülheim.

quedam mulier dentium dolorem habens tempore multo. Cumque ex hoc torqueretur nimis, necessitate compulsa, fabrum vocavit, qui dentem quo magis affligi videbatur extraheret. Ille autem, dum forcipe dentem conaretur extrahere, nimis trahendo et dentem fregit et mandibulas misere mulieris de suis iuncturis solvit. Cumque reiungi non possent neque ob hoc cibum sumere valeret, ex nimio dolore magis optavit mori quam vivere. Tandem recordata beati martiris Engelberti, nomen eius invocavit. Et ecce! meritis eius suffragantibus, mandibula ad iuncturam suam rediit et dolor omnis conquievit. Que dum sanata sentiret se, nudis pedibus *) locum passionis eius adiit; in quo vota sua persolvens, ad censum annualem martiri sese contradidit.

71. [De Henrico mercenario, cuius lesum sanavit pedem.]

Henricus mercennarius de villa Raszengen¹⁾, cum nimio vino ingurgitatus et a naturali sensu alienatus cum quibusdam verbis probrosis contendere cepisset, in tantum eadem verba succreverunt, ut, gladiis arreptis, concurrerent. In quo conflictu idem Henricus iuxta talum in nervo graviter vulneratus est, ita ut, venis arefactis crureque contracto, neque incedere neque solitis mercibus vacare posset. Unde paupertate correptus, duobus baculis incedens, ostiatim stipem singulis diebus querere cepit. Audiens autem, quod multi infirmi cottidie curarentur per dominum Engelbertum ad **) locum occisionis eius venit, sed minime tunc curatus rediit; nondum enim venerat 'tempus miserendi eius' (*Ps. 101,14*). Sed quia scriptum est: 'Spes non confundit' (*Rom. 5,5*), tertio cum magno labore ad sacrum locum accedens ibique preces supplices Deo et beato pontifici offerens, plene sanitati meritis eius sanctis restitutus est. Baculos vero, quibus sustentatus advenerat, mox abiciens, in signum curationis sue supra locum martirii illos suspendit. Et, sicut curatis consuetudo est, singulis annis, quoad viveret, loco eidem censualem se recognovit.

72. [De muliere ab inflatione corporis sanata.]

Non solum in loco, in quo occisus vel sepultus est, martir noster

*) Gijvelberg fügen 2b^{1.2} hinzu.

**) Givelberg (Gijvelberg 2b^{1.2}) fügen 2a. b^{1.2} hinzu.

3 Ille bis extrahere am Rande nachgetragen 2a. — cum für dum 2b¹. — 6 ab für ob 2a. — 7 quam ita vivere 2a. b^{1.2}. — 8 invocare c(o)epit. Et 2a. b^{1.2}. — 9 et bis 10 adiit fehlt 2a. — omnis cessavit. Que 2b^{1.2}. — dum fehlt 2b^{1.2}. — 10 se sentiens 2b^{1.2}. — 11 si für sese 2b². — 12 mercenario fehlt 2b^{1.2}. — pedem sanavit 2b^{1.2}. — 14 de villa Rasz. fehlt 2a. b^{1.2}. — 18 nervis für venis 2a. b^{1.2}. — 19 mersibus 2b¹. — 20 hostiatium 2a. — 22 per beatum antistitem Engelb. 2a. b^{1.2}. — 25 locum acced. sacrum ibidem 2a. — 26 beato fehlt 2a. — 28 eius für sue 2b¹ von anderer Hand über der Zeile. — 29 Et bis recognovit fehlt 2a. b^{1.2}. — 32 et für vel 2a.

¹⁾ Ratingen an der Anger, östlich von Kaiserswerth.

signis clarescere voluit, sed quantum apud Deum eius merita possint, etiam in remotis partibus frequentius ostendit. Ex civitate quadam (Huxaria¹⁾) venit faber quidam Betzelmus nomine, cuius uxor Hildegundis ex defectu naturalium anno integro et dimidio laboraverat, adeo turgidum habens ventrem et omnium membrorum inflaturam, ut ydropicis repleta humoribus ab omnibus putaretur atque diceretur. Non enim nisi alieno adiutorio a lecto se erigere poterat, nullum prorsus comedendi sive bibendi habens appetitum. Ut autem Dominus merita sui martiris in remotiori, ut dictum est, provincia declararet, nocte⁵ quadam audivit in sompnis vocem huiusmodi: „Si sepulchrum sanguinis beati martiris Engelberti devote visitaveris, mox ab omni corporis tui incommodo eius meritis liberaberis“. Evigilans viro suo quid viderit intimavit. Qui mox summo mane consurgens et cum uxore peregrinationem arripiens, antequam medietatem itineris explerent, ab omnibus¹⁰ in quibus laborabat infirmitatibus femina sanata est. Quod vir intelligens, non ingratus tanto beneficio, cum uxore ad sacrum locum *) processit, virtutem factam simul propalantes et martiris gloriam ubicumque divulgantes. Tunc ad censum annualem eidem loco letanter atque libenter se obligantes, ad sua reversi sunt.

20 73. [De virgine, quam a gravi infirmitate sanavit.]

Non longe a Suelme in villa Hage²⁾ virgo quedam fuit. Hec octo annis et amplius a scapulis usque ad plantas pedum tam graviter pondere egritudinis torquebatur, ut sine manibus alienis neque manducare neque bibere neque de loco se movere valeret. Que cum ad locum martirii beati pontificis deportata fuisset, mox ut locum sacrum attigit, sanitatem recepit.

74. [De puero mente capto loco occisionis sanato.]

Anno presenti, qui est MCCXXXVII. ab incarnatione Domini³⁾,

*) Givelberg (Gijvelberg 2b^{1.2}) fügen 2a. b^{1.2} hinzu.

1 merita eius 2a. b^{1.2}. — 2 etiam fehlt 2a. b^{1.2}. — Hux. fehlt 2a. b^{1.2}. — 3 Betz. nom. fehlt 2a. b^{1.2}. — Hildeg. fehlt 2a. b^{1.2}. — 5 ydropicis 2a. b^{1.2}. — 6 omni 2b². — 9 remotiori parte, ut dictum est (provincia fehlt) 2a. b^{1.2}. — 10 sanguinis am Rande nachgetragen 2b¹; sancti mart. (sanguinis am Rande nachgetragen) 2a. — 18 ubique 2a. b^{1.2}. — divulgans 2b^{1.2}. — 19 sunt reversi 2a. b^{1.2}. — 20 a gravi infirm. fehlt 2b^{1.2}. — curavit 2a. — 21 Swelme 2a. b². — villa qu(a)e Hagene vocatur virgo 2a. b^{1.2}. — 22 scapulis 2a (von erster Hand). b^{1.2} (an scapulis am Rande). — 24 se de loco 2a; de fehlt 2b². — vor locum einige Buchstaben ausradiert 1a.

¹⁾ Höxter an der Weser.

²⁾ Hagen in Westfalen.

³⁾ Sowohl durch diese Jahresangabe wie durch die Hindeutung auf das fertige Nonnenkloster (S. 326, 11; vgl. oben S. 316 Anm. 3) erweist sich dieses Kapitel als ein späterer Zusatz des Caesarius zu der ursprünglichen Vita.

puer quidam circa XVI annos etatis habens, mente captus, ductus est a matre in ecclesiam beati Engelberti archiepiscopi in Givelberg spe recuperande sanitatis. Qui cum in ecclesia staret et circumspiceret sicut amens, ait ei quidam: „Vade ad altare et, elevatis manibus, roga beatum pontificem, qui in eodem loco sanguinem suum fudit, ut sanet te“. Quo respondente: „Libenter, domine“, sicut edoctus fuerat, fecit et mox sanitatem recepit. Quem cum mater sane mentis attenderet et per verba sive per gestus exteriores nil dementie in eo deprehendere posset, gratias egit Deo pro filii sui sanatione et beato Engelberto. Multi enim de familia puerum hunc noverant, cum adhuc mente captus esset. Mater vero ad fenestram *) cum filio accedens miraculum sororibus recitavit, filium sanum ostendens. Huius miraculi testis est Iohannes quondam capellarius archiepiscopi, nunc vero conversus ibidem ¹⁾).

1a.

75. Eodem die Colonie ad tumbam eius claudus quidam civitati notus erectus est; baculos, quibus sustentabatur, ad sepulchrum martiris suspendit.

76. Retulit michi dominus Henricus ar-

2a.b^{1.2}.

De²⁾ miraculosa visione Ioseph et de dolore oculorum, quem incurrit, per sanctum Engelbertum curatus.

Opere pretium est illud etiam inserere lectioni et lectorum memorie commendari, qualiter passio eximii presulis Engelberti Coloniensis archiepiscopi nostro ³⁾ Ioseph non per fantasmata sompniorum, sed per visionem etiam corpo-

*) locutoriam fügen 2a. b^{1.2} hinzu.

2 a ausradiert 2a. — ad für in 2a. b^{1.2}. — archiepsc. fehlt 2a. b^{1.2}. — Gijvelberg 2b^{1.2}. — 3 et circumsp. sicut amens fehlt 2a. b^{1.2}. — 4 ei fehlt 2b². — altare zweimal 1a (das 1. getilgt). — 5 beatum fehlt 2a. — te sanet 2a. b^{1.2}. — 7 mox fehlt 2a. b^{1.2}. — Quem bis 11 captus esset fehlt 2a. b^{1.2}. — 11 cum filio fehlt 2a. b^{1.2}. — 12 Huius bis ibidem fehlt 2a. b^{1.2}. — 16 Die Kapitel 75 und 76 fehlen 2a. b^{1.2}; von deren Text fehlt die Ueberschrift in V. — Colonie die 1a, verbessert. — 16 miraculosa fehlt 2b^{1.2}. — visione (beati über der Zeile hinzugefügt) Ioseph (Steinveldensis monachi am Rande zugefügt) 2a. — 19 (erect getilgt) [erectus 1a. — curatus verbessert aus curatum 2b². — 21 etiam illud 2b^{1.2}. — lectionis 2b^{1.2}. — 22 lectoris mem. 2b^{1.2}. — commendare 2a, verbessert, — 24 phantasmata 2b². V. — 25 corporeis 2a.

¹⁾ Johannes ist als Gevelsberger Laienbruder 1240 Zeuge einer Urkunde Ritter Johans von Erwitte für das Kloster Gevelsberg; vgl. Westfäl. Urkundenbuch VII, Nr. 498.

²⁾ Die folgende, in der 2. Handschriftengruppe zugefügte Erzählung ist aus der Vita des bekannten Steinfelder Mystikers Hermann mit dem Beinamen Josef entnommen; siehe Vita Hermanni Iosephi (= V) c. 33 (Acta SS. Aprilis I, 699). Ueber Hermann vgl. u. a. Levison, Das Werden der Ursula-Legende, Köln 1928 (= Bonner Jahrbücher 132), S. 134 ff.

³⁾ Schon dieses Wort 'nostro' zeigt die Abhängigkeit von der Vita Hermanni, wie Poncelet a. a. O. 627 Anm. 3 mit Recht bemerkt hat.

chiepiscopus, quod paralyticus quidam, ipso presente, in loco passionis eius sanatus sit. De quo michi plura retulit, ordinem videlicet sanationis eius. Pro quibus omnibus Deo gratias agamus, qui tantis miraculis pontificem suum glorificat.

reis oculis manifesta fuerit preostensa. Scribo autem illam, quantum valeo meminisse, sicut eam ex videntis ore suscepi. Ante prefati pontificis passionem circiter septimanam una nocte media, firmamenti et siderum, ut estimo, puritate delectatus, ex causa supradicta sub divo exierat et stabat Dominum creatorem in creaturarum speciositate contemplans. Ab eo enim tempore, quo naturam et dispositionem creaturarum per excessum cognoverat, illas cum maiori devotione et delectatione consueverat intueri. Cum ergo lunarem globum [in meridionali plaga] inspiceret, eo tempore pleno et inoffenso lumine refulgentem, ad plagam aquilonarem conversus vidit aliam lunam oriri; cuius claritas tanta erat, ut naturalis lune claritatem perfectam pene penitus obscuraret. Et cum rei novitate staret attonitus, ecce! respexit firmamentum ad dexteram aperiri et inter aperturam et lunam illam fantasticam, que iam versus aditum celi ceperat elevari, vidit figuram gladii brevis quidem, sed lati, quales sunt gladii Bauvariorum. Luna vero, que ab aquilone versus orientem ascendere videbatur, cum gladium contigisset, aditum firmamenti pariter intraverunt. At Ioseph non intelligens visionem, non dubius tamen quin aliquid magni portenderet, cum anxietate cordis ad lectulum est regressus. In quo cum se sollicitus reclinaret, palpebris ad dormitandum aliquantulum resolutis, turbam quandam ante domum in qua iacuit sibi visus est transeuntem audire et alterum ad alterum conquirendo dicentem: „Heu, heu! episcopus Engelbertus occisus est“. Et hoc sepius repetebant. Coniecit satis ex hoc vir beatus, quid visio illa portenderet; sed dubitavit credere visioni. Dixit enim apud se: „Quomodo vir tante glorie et tante potentie, tantis semper fultus comitibus, occidetur? Quodsi occisus fuerit, quis credet

1 manifeste 2b². — ostensa 2a. — 2 illa 2b². — 4 circiter quatuor septimanas V. — 7 exiverat 2b^{1.2}. — 8 speciositatem 2b¹. — 12 in mer. plaga aus V, fehlt 2a. b^{1.2}. — 14 refulgente 2a. b^{1.2}. — 20 aditum 2b¹. — 23 Bauvarorum V. — 25 tetigisset 2b¹. — 30 aliquantum 2b¹. — 33 conquerendo V. — 34 Engelbertus 2b². — 35 (Rasur) illa visio 2a. — 37 glorie, tante pot. et tantis 2b^{1.2}. — 39 occideretur 2b^{1.2}. — quis (quid 2a) credit 2a. b², beide verbessert.

virum totum seculo deditum, virum tantorum
 successuum et tantarum deliciarum subito cor-
 nari?“ Sed non potuit res preostensa non per-
 fici et ordinata a Domino non consummari. Ce-
 cidit ergo brevi post tempore vir tantus suorum 5
 gladiis proximorum, pro quo, ne caderet, extra-
 neorum potius debuerant gladios sustinere. Una
 visionis parte completa, adhuc Ioseph, ut sibi-
 met semper suspectus esse consueverat, de glo-
 rificatione martiris dubitabat. Facta est itaque 10
 vox dicens ad eum: „Pro eo quod visioni veris-
 sime fidei oculos advertere noluisti, ecce! oculo-
 rum corporis dolorem incurres nec sanitatem
 aliquatenus consequeris, donec oculos cereos ad
 sepulchrum martiris offeras et in tua sanatione 15
 eam certissime experiaris, de qua nunc dubitas,
 veritatem“. Dicta fides protinus subsequuta est.
 Ioseph oculorum dolore graviter infirmato, per
 impletionem voti prefati subitam et integram
 recepit, Deo, qui est vera defectuum humanorum 20
 perfectio et restauratio, conferente, sanitatem.
 Cui honor, gloria et imperium, sicut erat in
 principio, et nunc et semper et in secula seculo-
 rum. Amen.

EXPLICIUNT MIRACULA DOMINI 25
 ENGELBERTI COLONIENSIS ARCHI-
 EPISCOPI.

— 1 seculo totum 2a. — 7 Una tamen visionis V. — 15 offeres 2b¹.
 — 16 tam für eam 2b². — exper. cert. V. — 18 infirmato et per V. —
 19 subita et integra sanitate recepta. Omitto scribere, quid mihi respon-
 derit usw. schließt V, zu anderem übergehend. — 22 erat fehlt 2b². — 25
 Die Unterschrift fehlt 2b^{1,2}.

III.
Die Schriften
des Caesarius von Heisterbach
über die
heilige Elisabeth von Thüringen:

Das Leben der heiligen Elisabeth
Die Predigt über ihre Translation

Herausgegeben von
Albert Huyskens



Einleitung.

I. Die Handschriften.

A) Den vollständigen Text bewahrt allein eine Pergamenthandschrift des 15. Jahrhunderts in der Bibliothek des Herzogs von A r e n b e r g , mit reich vergoldeten Initialen, in altem Ledereinband mit schönen gotischen Beschlägen. Sie enthält zwei für sich paginierte Teile: 1. Das Leben und die Wunder des hl. Engelbert (s. oben S. 229 f.), S. 2—80; 2. (mit neuer Paginierung) S. 1 den Widmungsbrief für das nachfolgende Werk an den Prior Ulrich und die Brüder des Deutschen Hauses in Marburg, S. 2—42 die Vita s. Elizabeth, S. 43—51 den Sermo de translatione b. Elizabeth.

Auf S. 1 des ersten Teils finden sich drei Eigentumsvermerke von verschiedenen Händen (vgl. oben S. 230 Anm. 1): a) „Anno 1590. die 12. Novembris v. d. Joannes Mirbach canonicus subdiaconus et praebentarius collegiatae ecclesiae s. Severini apud Coloniam dono dedit me Adamo Mirbach pastori Marcomagorum necnon canonico presbytero apud Monasterienses.“ b) „Praedictus d. Adamus Myrbach canonicus et pastor donavit duobus fratribus Gartzwileris canonicis in signum confraternitatis, et cetera.“ c) „Ex testamento venerabilis domini Hilgeri Gartzwiler decani et canonici huius ecclesiae possidet reverendus et eximius d. Jacobus Reinfeldius s. Theologiae doctor, decanus et canonicus ecclesiae huius, successor, qui et liberaliter ad incrementum bibliothecae huius donavit, anno Domini 1614.“ Hilger Gartzweiler war Dekan der Kollegiatkirche ss. Chrysanthi et Dariae zu Münstereifel (Hartzheim, Bibliotheca Coloniensis, Coloniae 1747, S. 140). Die Handschrift gelangte demnach durch Geschenk, Testament und wiederum als Geschenk von Köln nach Marmagen und von dort in die Bibliothek des Kollegiatstifts zu Münstereifel. Hier schrieb P. G a m a n s 1638 die Handschrift für die Bollandisten ab, eine Abschrift, die sich heute noch in der Sammelhandschrift der Bollandisten in Ms. 8949 der Königl. Bibliothek zu Brüssel fo. 77—90 (68—81 nach neuerer Zählung) erhalten hat (A. Huyskens, Quellenstudien zur Geschichte der hl. Elisabeth, Landgräfin von Thüringen, Marburg 1908, S. 33, 36; J. Van den Gheyn, Catalogue des manuscrits de la Bibliothèque royale de Belgique V, Brüssel 1905, S. 565 Nr. 3508). Später gelangte die Handschrift in die Plettenbergische

Bibliothek auf Schloß Nordkirchen und kam mit der Schloßherrschaft in den Besitz des Herzogs von Arenberg, der die Handschrift in seine Privatbibliothek nach Brüssel verbrachte, wo sie unter Nr. 75 der Handschriftensammlung inventarisiert wurde. Von hier aus wurde sie mit der Bibliothek und dem Archiv gegen Ende des Weltkriegs wieder nach Deutschland gebracht, ist aber zurzeit nicht benutzbar. Ich besitze eine früher angefertigte verkleinerte photographische Nachbildung.

mentem ad celestia sublevant. Cum secreta oratio et celestium meditatio ad contemplationem pertineant, beata Elyzabeth a vita perfectiori primordia etatis sue inchoavit. In qua vita quantum profecerit, ad instar celestium animalium (*vgl. Ezech. 1, 14*) nunc ad contemplationem ascendendo, nunc ad activam revertendo, sequentia declarabunt. Ut enim taceam de rebus seriosis, etiam cum luderet¹⁾ cum puellis pro anulis sive pro alia re consimili, spem vincendi atque lucrandi in Deo ponebat, promittens illi aliquot genuflexiones cum totidem 'Ave Maria'. Et cum votum suum sine verecundia persolvere non posset, dicebat alicui puellarum: „Procidamus in terram et consideremus, que ex nobis longior sit“. Et sic propter plures genuflexiones faciendas ad terram se prosternens, pluribus se commensuravit, sicut ipsa postea confessa est, tali typo vota sua persolvens et notam hypochrisis fugiens. In quolibet enim ludo sive anulorum sive denariorum decimam suam dabat pauperibus puellis. Future perfectionis et sanctitatis initia atque indicia hec in tali fuere infante necnon et illa, que sequuntur. Cumque aliquantulum adulta esset, beatum Iohannem ewangelistam tamquam castitatis amatorem habere apostolum affectabat eumque imitari, quamquam Deus mira sua dispensatione aliter ordinasset. Unde cum secundum consuetudinem matronarum omnibus apostolorum nominibus vel in candelis vel in cartulis scriptis singulariter simulque super altare mixtium compositis, singulis sibi apostolos sorte eligentibus, ipsa oratione fusa secundum suum votum tribus vicibus beatum Iohannem sorte recepit apostolum. Ex quo probatur, quod pius Dominus in hoc ipso pium virginis adimplevit desiderium. In cuius honore quidquid petebatur vel muneris dandi vel offense relaxande vel de quocumque faciendo vel dimittendo, numquam negabat. Quando²⁾ autem compellebatur ire dormitum, non completis orationibus votivis, in lecto orans eundem defectum supplebat. Singulis vero diebus aliquid [sibi] propter Deum detrahebat, in aliquo frangens propriam voluntatem. Nam cum ei ludus quicumque ad votum succederet, ait: „Modo in successu propter Deum desistam“, intelligens illud esse meritorium. Item cum plures circuitus fierent in chorea, uno completo dicebat puellis: „Sufficit mihi unus circuitus, alios pro Deo dimittam“. Egit et alia multa hiis similia. Item plurima honesta vota in pueritia sua facere consuevit, in hoc Deo placere sperans, velud de manicis non consuendis ante missas festivis diebus et de non utendis cyrotecis diebus dominicis ante meridiem. Ab hiis et huiusmodi ad cultum corporis et ad vanitatem seculi spectantibus, que enarrare longum est, pro reverentia Dei ex voto abs-

3 profecerit A. — 22 singulos A. — 29 sibi *fehlt* A. — 37 et non de utendis A.

¹⁾ Huyskens S. 112 (810).

²⁾ Huyskens S. 113 (811).

tinebat. Etiam in adolescentia hsumiliter Deum habens pre oculis et ipsum in omnibus factis suis invocando, dulciter nominando, ex totis visceribus suis diligebat. De quibus licet multa dici possent, tamen quia predicta G u d a non recolit ad presens, hec pauca sufficiant. Requisita¹⁾, quanto
 5 tempore cum ea steterit, respondit, quod, sicut premissum est, ipsa fuit cum beata Elyzabeth serviens ei post mortem domini sui lantgravii, quousque professa fuit, induens griseam tunicam de manu magistri C o n r a d i de Marburg. Et tunc ipsa Guda simul cum ea tunicam induit, sollempnizantes simul eiusdem habitus susceptione castitatis votum,
 10 quod ante plures annos emiserat in manus eiusdem Conradi.

(4). Erat idem C ū n r a d u s vir admodum literatus et in predicatione famosissimus, vitiorum acerrimus invector, tyrannorum terror et hereticorum, qui sub eius predicatione pullulare vel magis manifestari ceperunt, indefessus persecutor. Hic auctoritatem predicandi
 15 primum accepit a domino Innocentio papa²⁾ contra Saracenos, in qua plurimum profecit innumerabiles signans. Deinde sub eius successoribus beate memorie papa Honorio³⁾ et eius, qui hodie tenet R o m a n u m pontificium, domino videlicet Gregorio⁴⁾, consimili, immo maiori auctoritate predicans, tum ad morum correctionem tum ad hereticorum repressionem, parvissimo subvectus mulo,
 20 totam pene circumvit predicando A l e m a n n i a m. Quem innumerabiles turbe populorum utriusque sexus ex diversis provinciis sequebantur, verbis doctrine illius illecti et magnis indulgentiis, quas in singulis faciebat stationibus, attracti. Qui C ū n r a d u s, licet uteretur habitu clericorum secularium, nil tamen in hoc [mundo] possidebat neque posside-
 25 re curabat, non prebendas, non ecclesias seu quaslibet alias dignitates, corpus suum assiduis ieiuniis et multis laboribus affligens et macerans, ne forte, aliis predicans, ipse reprobis inveniretur (1. Cor. 9, 27). Huius consilio L u d e w i c u s lantgravius et beata Elyzabeth
 30 uxor eius in rebus spiritualibus per omnia regebantur, a quo ipsa

9 propter fūgt A vor castitatis ein. — 25 mundo fehlt am Zeilenende A. — 29 concilio A.

¹⁾ Huyskens S. 114 (812).

²⁾ Papst Innocenz III. (1198—1216), der 1213 zum Kreuzzug aufrief und Kreuzprediger bestellte, soll nach der Chronica moderna von St. Peter in Erfurt (ed. Holder-Egger, Monumenta Erphesfurtensia, 1899, S. 213) auch Konrad von Marburg bestellt haben. Holder-Egger, der diese Nachricht bestreitet (eb. Anm. 1) und Braun (a. a. O. S. 254), der sie zweifelnd aufnimmt, erwähnen die hier vorliegende Nachricht des Caesarius nicht.

³⁾ Ueber die Kreuzpredigt Konrads unter Papst Honorius III. (1216—1227) vgl. Braun a. a. O. S. 259 ff.

⁴⁾ Ueber die Wirksamkeit Konrads unter Papst Gregor IX. (1227—1241) vgl. Braun S. 299 f., 331 ff.

Elyzabeth post mortem mariti¹⁾, sicut supra dictum est, religionis habitum suscepit et tamquam patri spirituali obedientiam promisit²⁾. Cumque idem Cunradus zelo fidei succensus agrum ecclesie a zizaniis succrescentibus non solum per doctrinam hereses extirpando, immo etiam ipsos hereticos in fasciculos ad comburendum colligando

¹⁾ Landgraf Ludwig IV. der Heilige von Thüringen (seit 1217) starb in Otranto am 11. September 1227 (Dobenecker, *Regesta diplomatica necnon epistolaria historiae Thuringiae* II, Jena 1900, Nr. 2453, Anm. 1).

²⁾ In dem Gehorsamsverhältnis der hl. Elisabeth zu Konrad von Marburg und hinsichtlich ihrer unter seiner Mitwirkung abgelegten Gelübde und bezüglich der Annahme des Ordensgewandes sind folgende Vorgänge zu unterscheiden: 1. Zu Lebzeiten des Gatten und dessen eheliche Rechte vorbehaltend gelobte Elisabeth nach der Aussage der Dienerin Isentrud (Huyskens, *Quellenstudien* S. 114 f.) im Katharinenkloster zu Eisenach dem Konrad von Marburg Gehorsam und gelobte in seine Hand, sich nicht wieder zu vermählen, wenn sie den Gatten überleben würde. Nach dem Briefe Konrads von Marburg (eb. S. 156) geschah das, als er ihr Beichtvater wurde, nach Braun (a. a. O. S. 265 ff.) im Frühjahr 1226. — 2. Zwei Jahre später erfolgte nach dem Briefe Konrads die päpstliche *Commendatio*, d. h. Papst Gregor IX. bestellte Konrad zum Defensor oder, wie Caesarius hier sagt, zum 'pater spiritualis' (Huyskens, *Quellenstudien* S. 157); nach dem gleichen Brief (eb. S. 156) geschah dies auch zwei Jahre nach der Reise ihres Gatten zum Kaiser nach Italien und nach der großen Hungersnot in Thüringen während dieser Abwesenheit des Gatten. Landgraf Ludwig war zu dem auf den 19. April 1226 ausgeschriebenen Reichstag zu Cremona gereist und traf auf der Heimreise am 2. Juli 1226 wieder in Augsburg ein, wo er sich noch 14 Tage aufhielt (vgl. R. Wagner, *Die äußere Politik Ludwigs IV., Landgrafen von Thüringen*, in der *Zeitschrift des Vereins für Thüringische Geschichte und Altertumskunde*, Neue Folge XIX, 1909, S. 64 ff.). Andererseits erfolgte die *Commendatio* nach dem Briefe Konrads (Huyskens, *Quellenstudien* S. 157) vor dem folgenden Gelübde, also vor dem 24. März 1228: 3. Am Karfreitag (24. März) 1228 legte Elisabeth in der Minoritenkapelle zu Eisenach nach dem Briefe Konrads (eb.) und in dessen Gegenwart ein Gelübde der freiwilligen Armut ab und verzichtete auf eigenen Willen. — 4. Aus der Hand Konrads von Marburg empfing Elisabeth das graue Gewand und erneuerte damit feierlich das vor 2 Jahren im Frühjahr 1226 (siehe oben unter 1) im Katharinenkloster abgelegte Keuschheitsgelübde, mit ihr zugleich ihre Dienerin Guda, die darüber berichtet (Huyskens, *Quellenstudien* S. 114). Nach dem Kanonisationsbericht über die Vernehmung der Dienerin Isentrud (eb. S. 114) geschah das mehr als ein Jahr nach dem Tode des Landgrafen Ludwig, also nicht vor Mitte September 1228. Nach dem Kanonisationsbericht, der sich in diesem Punkte auf die Aussagen der Dienerinnen Guda und Isentrud beruft (Huyskens, *Quellenstudien* S. 125, vgl. S. 127), für die Tatsache der Annahme des grauen Gewandes aber auch noch Aeußerungen der Dienerinnen Elisabeth (eb. S. 127) und Irmgardis (S. 128) wiedergibt, nahm die Heilige das graue Gewand nach ihrer Uebersiedlung nach Marburg in Marburg selbst an. Der Vorgang fällt demnach in den Spätherbst des Jahres 1228. — Bei Caesarius sind die einzelnen Vorgänge nicht genügend auseinandergehalten. Er hat aber hier wohl vor allem die Marburger Hospitalzeit im Auge, und 'pater spiritualis' ist daher wohl im mönchischen Sinne als Spiritual und Exerzitzenmeister, als Berater in allen Gewissensangelegenheiten zu verstehen.

(*Matth. 13, 30*) mundaret, a quibusdam, quos ipse de heresi infamaverat, crudeliter satis occisus est. Occisus est cum illo homo quidam religiosus de ordine fratrum Minorum *Gerardus* nomine, qui eidem *Cunrado* in opere predicationis per aliquot annos devote ministraverat¹⁾. Cui, ut aiunt, cum parcere vellent occisores et ille a magistro suo separari non posset, glutino caritatis corpori eius adherens, simul cum illo periit. Et quia in tota vita sua se amaverant, in morte non sunt separati²⁾, in uno loco occisi et uno loco sepulti, hoc est in basilica beate *Elyzabeth*³⁾. Hiis breviter insertis ad pleniorum horum, que dicenda sunt, cognitionem, ad seriem historie revertamur.

(5). Cumque beata et venerabilis virgo *Elyzabeth* ad nubiles annos pervenisset, contra cordis sui desiderium nobilissimo principi *Ludewico* lantgravio desponsata est et matrimonio iuncta. Erat autem idem *Ludewicus* adolescens mire probitatis, virtutibus ornatus, vitiorum hostis et, quod in tali etate et persona laica valde commendandum est, Deum timens, sicut in eius iudiciis et actibus experte declaratum est. Nam in tota terra principatus sui tantam pacem fecerat, ut apud *Turingios* et ceteras gentes sue ditionis ob pacis habundantiam, quod mirabile videbatur, *Augusti* tempora crederes⁴⁾. Non comiti, non militi, civi sive rustico, si de præda, furto vel eque similibus vitiis accusati et convicti fuerant, remota omni personarum acceptione et muneribus, que iudices sepe excecant, parcere voluit, iniquos districte iudicans et dampnans. Pius pius et malis durus erat. Deus, cui omnia presentia sunt, huiusmodi opera iustitie necnon et pietatis, que timore eius exercuit, in eo previdens, mulierem bonam, sanctam et pudoratam illi sociavit secundum illud *Ecclesiastici* (*Eccli. 26, 3*): 'Pars bona mulier bona, in parte bona timentium Deum dabitur viro pro bonis factis'. Nam dicit idem (*Eccli. 26, 19*): 'Gratia super gratiam mulier sancta et pudorata'. 'Domus et divitie dantur a patribus, a Domino autem proprie uxor prudens' verba sunt *Salomonis* (*Prov. 19, 14*).

Quam fuerit pius et devotus nobilis iste lantgravius, ex hiis, que dicturus sum, facile perpendi potest. Sicut a domino *Theoderico*

7 in tanta vita A. — 22 noluit A. — 27 Parum für Pars A.

¹⁾ Ueber die Erschlagung Konrads und seines Begleiters Gerhard am 30. Juli 1233 vgl. Braun a. a. O. S. 348 f. Vom 'frater Gerardus' berichtet Caesarius weiter unten (S. 375), daß er bei dem Besuch im Kloster Altenberg Elisabeth und ihre Dienerin Irmgard auf Befehl Konrads mit einer Rute züchtigte.

²⁾ Vgl. die Antiphon der 2. Vesper von Peter und Paul (z. B. Breviarium Coloniense, Pars aestivalis, Köln 1780, S. 451): 'Gloriosi principes terrae, quomodo in vita sua dilexerunt se, ita et in morte non separati'.

³⁾ In Marburg.

⁴⁾ Vgl. Vita Engelberti I, 5 (oben S. 242, 9).

didici, venerabili archiepiscopo Treverensi¹⁾, cum nocte quadam simul in lecto iacerent et vigilarent, beata Elyzabeth hiis verbis maritum allocuta est: "Vere, domine", inquit, „ego cogitavi vitam bonam nobisque necessariam, per quam Deo utiliter servire possemus“. Respondente lantgravio: "Quenam est vita illa?" subiunxit: "Vellem nos tantum habere terram aratri unius et oves ducentas, ita ut vos terram eandem manibus vestris excoleretis et ego oves mulgerem". Ad quod verbum lantgravius subridens et simplicitati eius congratulans iocose respondit: "Eya, soror, si haberemus terram aratri unius et ducentas oves, non essemus pauperes, sed divites". Et impletum est in ea, quod per Sapientem dicitur (*Eccli. 26, 16*): 'Gratia mulieris sedule delectabit virum suum et ossa illius impinguabit'. Ossa significant virtutes. Quidquid enim boni in viris est, gratia et devotione sanctarum mulierum augetur et roboratur. Castitatis atque totius boni amator idem lantgravius erat, haut dubium quin gratia mulieris sancte. Cui fidem thori tum ex Dei timore, tum ex mutuo amore ille servare studuit. Quod quidam ex militibus eius considerantes et tante gratie invidentes, tempore quodam dicebant ad illum: "Domine, cur non facitis, sicut ceteri principes et nobiles? Raro esse potestis cum domina nostra et iuventuti vestre difficile est continere, quare ergo puellis non utimini?" Et tacuit ille. Quod verbum cum aliquo tempore repeterent, commotus respondit: "Vos, domini, sicut diligitis gratiam meam, cavete, ne de cetero faciat mihi mentionem huius verbi. Uxorem habeo, cui fidem servare teneor". Qui beatus in signum sue magne devotionis in castro Y s e n n a c k e per clericos traditionem Salvatoris, passionem et mortem, acsi ea oculis presentialiter intueretur, presentari fecit, eiusdem ludi omnes expensas solvens, sicut ab illis didici, qui presentes erant²⁾. Qui eodem tempore in expeditione contra D a m i a t a m cruce signatus, ad subsidium terre sancte profectus, in servitio Salvatoris diem clausit extremum³⁾, in manus Domini devotum commendans spiritum.

(6). Quid post mortem lantgravii beata Elyzabeth egerit, vel qualis eius vita fuerit, Y s e n d r u d i s⁴⁾ religiosa de Husillegowe, que fuit in famulatu eius vivente marito circiter quinque annos et post mortem illius annum unum, quoadusque tunicam griseam induit, ita

16 illi A. — 26 intuerentur *verbessert in* intueretur A.

¹⁾ Erzbischof Dietrich II. von Trier (1212—1242) aus dem Geschlechte der Grafen von Wied.

²⁾ Die Aufführung eines Passionsspiels in der Burg zu Eisenach, von der hier Caesarius nach Mitteilungen von Augenzeugen berichtet, wird von ihm unmittelbar vor dem Auszuge des Landgrafen Ludwig zur Kreuzfahrt angesetzt. Zur Kreuzfahrt brach Ludwig am 24. Juni 1227 auf (vgl. R. Wagner a. a. O., S. 76). Die Aufführung fällt also in die erste Hälfte des Jahres 1227.

³⁾ Vgl. S. 352 Anm. 1.

⁴⁾ Huyskens S. 114 (812). Ueber Mitglieder der Familie von Hørselgau s. eb. Anm. a.

secretorum eius conscia, ut vix eam aliquid lateret, cum beata Elyzabeth canonizanda esset, de statu eius requisita iurata respondit: Ego Ysendrudis dominam meam sanctam Elyzabeth etiam vivente marito semper vidi religiosam et humilem et valde caritativam multumque Deum
 5 timentem. De cuius humilitate cum pedisseque eius murmurarent et indignarentur, quasi proprie nobilitati ac glorie seculari detraheret, illa nichil curans de talibus, ecclesiam celeri gressu pedissequas preveniens adiit, aliquot sibi furtim genuflexiones faciens, sciens scriptum: 'Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem et quietum et tre-
 10 mentem verba oris mei' (*Isai. 66, 2*)? Item, cum adhuc existeret in habitu glorie secularis, mendicum quendam infirmum, etiam ipso aspectu horridum, de cuius capite sanies cum fetore fluebat, secretius assumpsit, et propriis manibus capillos eius tondens, in sinum suum caput illius reclinavit. Quem postea in secretum pomerii sui ducens et aspectum
 15 humanum vitans, caput eius ulcerosum et vermibus plenum lavit. Quam cum puelle supervenientes super tam humili atque despecto opere corripere, ridebat illa, non ignorans Salvatorem dixisse: 'Infirmus fui et visitastis me' (*Matth. 25, 36*). Item: 'Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni de hiis minimis meis, mihi fecistis' (*Matth.*
 20 *25, 40*).

(7). Item¹⁾ dixit que supra, quod venerabilis Elyzabeth, adhuc lantgravio vivente et consentiente, fecerit obedientiam magistro C ũ n r a d o, salvo tamen iure mariti sui, fide data eidem C ũ n r a d o, quod servare vellet perpetuam continentiam, si contingeret eam marito supervivere. Et factum est hoc votum in Ysennake in cenobio sancte Katherine. Qui
 25 magister²⁾ Cunradus post obedientiam sibi factam precepit sancte femine, ne uteretur bonis mariti sui, de quibus sanam non haberet conscientiam. Quod beata illa tam districte servare studuit, ut aliquando ad mensam iuxta latus mariti sui abstineret ab omnibus, que de officiis
 30 et questu officialium proveniebant, tantum cibus [utens], que de redditibus et iustis mariti bonis et possessionibus esse noverat. Cum vero de questu in mensa serviebatur, sepe simulabat se cum militibus comedere, panem et reliquos cibos frangens et distribuens, cum tamen in lauta mensa ieiuna remaneret. Cum vero ipsa et tres eius pedisseque,
 35 voto eius consentientes, peterent a lantgravio, ne hoc indigne ferret, quod aliis commedentibus ipse non commederent, sed tantum simularent, respondit pius ille princeps: "Hoc ipsum libenter facerem, si scandalum et familie mee sive aliorum simul convescentium oblocutiones non formidarem. Spero tamen, quod, gratia Dei cooperante, citius aliud de statu
 40 meo ordinabo". Beata vero Elyzabeth de quibusdam bonis in dotem sibi specialiter assignatis familiariter sibi suisque puellis providebat et, cum

1 Lyzabeth A. — 30 utens fehlt A. — 34 pedisque A.

¹⁾ Huyskens S. 114 (812).

²⁾ Eb. S. 115 (813).

cibaria venalia non inveniebantur, ab honestioribus, apud quos tunc erat, vite necessaria per nuntios petebat, quasi plus in illorum cibus delectaretur quam in cibus curie, hoc tantum faciens propter preceptum magistri Cunradi, ut illesas servarent conscientias suas. Unde sepe patiebatur multam penuriam, malens fame affligi quam illicitis vesci, solis quandoque tortulis cum melle conditis utens. Que inter diversa fercula in mariti mensa nonnunquam fame et siti affligebatur, ita ut illam ipse maritus aliquando occulte muniret, si nosset bona illa, quibus tunc ad mensam serviebatur, ei non fuisse uti licita. Die quadam cum marito comedens, cum a multiplicibus epulis propter conscientiam abstineret, quinque tantum aviculas minutissimas sibi missas habens, ex quibus sibi duas reservavit et reliquas pedissequis suis misit, hiis solis in illo prandio contenta. In ancillarum vero penuria plus quam in propria patiebatur, eo quod de bonis illis aliquando necessaria non dare poterat, pusillanimitatem illarum timens. Unde frequenter necessaria de servitiis rusticorum querens et solummodo cibum, quo sana conscientia uti poterant, inveniens, ait ancillis suis: "Modo sine potu vini comedetis". Sic e contrario, quando vinum esse noverat de vineis mariti sui et de cibo timuit, non potum, sed cibum illis prohibuit. Quando vero utrumque intellexit esse licitum, manibus plaudens cum hilaritate dicebat: "Bene nobis, modo secure comedemus atque bibemus". Tempore quodam evenit, ut maritum sequens ad magnam dietam non inveniret cibos, quibus sana conscientia uti auderet, nisi tantum panem grossum nigrum et durum, quem in aqua simplici, sed calefacta mollificans comedebat. Hoc enim prandio illa die cum suis contenta erat, quia die sabbati ieiunabant. Et sic male refecti equitabant eodem die octo miliaria Theutonica, que large faciunt quadraginta Italica. Propter huiusmodi singularitates tam ipsa quam maritus, qui permisit, oblocutiones a suis in facie sustinebant cum patientia multa, scientes scriptum: 'Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum celorum' (*Matth.* 5, 10). Ipsa vero, licet abstineret ab illicite acquisitis, omnibus tamen modis, quibus poterat, vim passis satisfieri procurabat.

(8). Noctibus¹⁾ frequenter beata Elyzabeth ad orationem surgere solebat, marito sepe petente, ne se affligeret. Qui etiam quandoque manum de stratu surgentis apprehendens, amicabilem rogavit eam ad lectum redire, de incommodo uxoris sollicitus. Sciens famula Dei scriptum in psalmo: 'Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustificationis tue' (*Ps.* 118, 62), item in alio loco: 'Consurge in nocte in principio vigiliarum tuarum et effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum domini Dei tui' (*Thren.* 2, 19), ut secretius orare et gratia lacrimarum liberius uti posset, pedissequas suas monuit, ut eam cum

18 noverant A. — 23 auderent A. — 25 est statt erat A. — 28 ipsa fecit quam A. — 38 iustificaciones A.

¹⁾ Huyskens S. 116 (814).

marito dormientem noctibus ad orandum excitarent. Requirentibus illis modum excitandi — dominum suum gravare formidantes, — respondit simplicitate columbina: "Tali modo excitate me". Nocte quadam, cum predicta *Ysendrudis* dominam modo sibi tradito excitare vellet, ipsum lantravium per errorem excitavit. Qui statim uxoris consilium intelligens, patienter iniuriam suam sustinuit. Que etiam propter orationis prolixitatem sompno invalescente super tapete iacens obdormivit. De qua re cum ab ancillis suis argueretur, dicentibus illis: "Honestius esset vobis dormire in lecto cum marito vestro quam sine illo in humo", respondit illa beata: "Non semper orare valeo ob carnis infirmitatem, sed in ipso amplius affligor, quod a predilecto marito avellor vim mihi inferens". Que sepe surgens de lecto mariti, in secretiorem locum secedens, manibus ancillarum fortiter et sine misericordia verberari se fecit sicque ad lectum rediit. Et hoc frequenter eam fecisse constat, ex quo obedientiam fecerat magistro *Cunrado*. Attamen ante illud tempus in quadragesima et in sextis feriis quandoque eam fecisse certum est. Absente vero marito, in vigiliis, in verberibus et castigationibus multas noctes deducebat. Ecce! in tali martyrio sancta *Elyzabeth* passionibus Christi conformare se studuit, cum tria sint genera martirii, sicut scribit beatus *Gregorius*¹⁾, videlicet in sanguinis effusione, in assidua carnis maceratione et in proximorum compassione, nullius horum experts extitit *Elyzabeth*. Sicut dictum est, usque ad sanguinem virgis acutissimis se verberavit, vigiliis, ieiuniis, orationibus et multis aliis incommodis corpus suum cotidie mortificavit, ita ut dicere posset cum propheta: 'Quoniam propter te mortificamur tota die, estimati sumus sicut oves occisionis' (*Ps. 43, 22*). Quam pleno corde proximis egentibus, infirmantibus sive aliam quamcumque necessitatem patientibus compassa sit et in eorum miseriis passa, satis declarant exempla precedentia, sed et subsequentia in hoc eius martirium non tacebunt, cum tempore suo fuerint recitata.

(9). *Matronis*²⁾ secularibus ad se venientibus quodammodo predicare studuit, de Deo et celestibus rebusque spiritualibus cum illis conferens et frequenter aliquas ex eis ad humilitatis et religionis cultum inducens. Omni enim precum instantia monuit illas de aliquo saltim abstinere, que ad seculi vanitatem tendunt, ut de choreis et manicis strictis atque consuendis aut de zonis sericis pro ornatu crinibus in-

1 exitarent — exitandi — exitate — exitare — exitavit A. — 18 multis A. — 23 verbavit A.

¹⁾ Gregor unterscheidet nicht drei, sondern 'duo martyrii genera' in den Dialogi III, 26 (ed. U. Moricca in den *Fonti per la storia d'Italia*, Rom 1924, S. 197) und den Homiliae in evangelium 36,7 (Migne, *Patr. Lat.* 76, Sp. 1263). Bei Kelten finden sich drei Arten (und Farben) des Martyriums (aber anders als hier); vgl. A. Wilmart, *Analecta Reginensia* (*Studi e testi* 59), 1933, S. 56 und 78; P. Grosjean, *Analecta Bolland.* 54 (1936) S. 124.

²⁾ Huyskens S. 117 (815).

stricandis et de aliis huiusmodi vanitatibus vitandis exemplo principis apostolorum, qui in canonica sua feminas admonens dicit: 'Similiter et mulieres subdite sint viris suis, [ut] et, si qui non credunt verbo, per mulierum conversationem sine verbo lucrifiant, considerantes in timore sanctam conversationem vestram. Quarum sit cultus non exterioris capillatura aut circumdatio auri, indumenti vestimentorumque cultus' (1. Petr. 3, 1—3). Cum certum sit tria esse genera hominum, quibus aureola debetur, hoc est martyres, virgines et prelatos, nullius horum expers esse voluit. Martyribus aureola debetur propter sanguinis sui pro Christo effusionem, virginibus voto vel desiderio propter carnis integritatem, prelati propter predicationem: omnes hos imitari studuit, martyres, ut dictum est, assidua afflictione, virgines voto continentie, predicatorum, ut supra dictum est, non solum exemplo sancte conversationis, immo etiam verbo bone exhortationis. Non enim omnes virgines carne habebunt aureolam, veluti ille, que nubere desiderant et in illa voluntate decedunt. Sic a simili secundum testimonium beate Lucie virginis et martyris¹⁾, si aliqua votum et propositum habens virginitatis vim passa corrumpetur et sic deinceps caste vivendo de eadem corruptione finaliter doleret, spero quod de premio virginitatis nichil perderet. Sicut beata Elyzabeth amatrix castitatis, adhuc marito vivente, si ipsum superviveret, in manus magistri Cunradi continentiam Deo promisit, ita quasdam matronarum post[mortem] maritorum suorum ad continentie votum induxit. Tantum in illa pollebat devotionis gratia, ut in missa sepius sub quorundam evangeliorum lectione manicas proprias et monilia solveret, anulos et quodlibet aliud ornamentum deponeret. Velamen etiam capitis decenter et ornate compositum hora evangelii et canonis depressit et distraxit maxime in elevatione hostie. Fecit et aliud magne humilitatis indicium dignum memoria.

(10). Habebat²⁾ hanc consuetudinem beata Elyzabeth, ut, quotiens peperisset puerum, completis diebus purgationis sue, contra gentis consuetudinem laneis induta et pedibus nudis tam humiliter quam familiariter veniens ad ecclesiam, et propriis ulnis exemplo beate virginis Marie infantem suum gestans, cum candelâ et agno super altare illum obtulit. Que statim ad domum suam rediens, eandem tunicam et pallium alicui mulieri paupercule tradere consuevit. Attendant hoc matrone, que multum pompaticè in vestibus pretiosis huiusmodi processiones fa-

3 ut *fehlt* A. — 4 per mulierem A. — 18 corrumpetur A. — 22 mortem *fehlt* A. — 35 eandem A.

¹⁾ Die gedruckten Fassungen der Passio Luciae scheinen (ebenso wenig wie oben S. 137) eine wörtlich übereinstimmende Stelle nicht zu enthalten. Vgl. etwa die Worte Lucias bei Surius, *De probatis sanctorum Vitis XII* (Köln 1618), S. 248: 'Numquam inquinatur corpus, nisi de consensu mentis. — — Nam si invitam me violari feceris, castitas mihi duplicabitur ad coronam', usw.

²⁾ Huyskens S. 117 (815).

ciunt, humilitatem Dei genitricis non imitantes, quam Elyzabeth beatissima et divitis regis filia secuta est. Similem humilitatem in rogationibus servare studuit, in laneis et pedibus nudis processionem sequens et in predicationum stationibus semper inter mulieres pauperrimas se locans. Adhuc enim vivente marito ipsa cum ancillis suis lanam filabat, telam ex eo fieri faciens ad vestimenta fratrum Minorum et reliquorum pauperum necnon et cathecuminum egentium, quorum vestes propriis manibus ipsa consuebat. Quos etiam ipsa baptizari fecit et de sacro fonte suscepit, ut occasione commaternalitatis eis liberius benefacere posset. Que etiam ad mortuorum pauperum sepulturae vestes suis manibus faciebat, corpora illorum tractans et tangens atque sepeliens. Quorum exequiis velum lineum candidum et magnum deputavit, in partes illud incidens. Quendam etiam infirmum pauperem visitans, cum quere-
 5 lam illius super quibusdam debitis audisset, et debita solvit et misericordiam impendit. Non enim sustinebat divitum mortuorum corpora
 10 linteaminibus vel camisiis novis involvi, sed veteribus, iubens pannos illos meliores dari pauperibus. Pauperularum parientium frequens visitatrix et consolatrix fuit, et quando mariti talium sive aliarum infirmarum aliquid ab ea petebant, ipsa eorum hospitia requirens, quantumlibet
 20 via lutosam esset et aspera, personaliter illas visitare voluit, sperans in earum aspectu gratiam compassionis in se augeri. Quarum viles came-
 25 rulas intrans et sordes earum non abhorrens, attulit eis necessaria, consolans illas, triplicem ex hoc sperans remunerationem, unam ex labore, alteram ex compassione, tertiam ex elemosinarum largitione. Ait namque Psalmista: 'Beatus qui intelligit super egenum et pauperem, in die mala liberabit eum Dominus' (*Ps. 40, 2*). Quam beatitudinem sepe promeruit, quia super egenos et pauperes intellexit. Quadam die, cum cuiusdam pauperis appetitui satisfacere vellet, in loco secreto vaccam mulgere temptavit, sed illa indecenter se habens non sustinebat.

30 (11). Cum humilitate beata Elyzabeth magnam patientiam perfectamque semper servare studuit obedientiam. Nam marito¹⁾ adhuc vivente adeo obediens exstitit magistro C u n r a d o, quod, cum ad predicationem tempore quodam eam vocaret et illa propter supervenientem marchionis-
 35 sam Misenensem²⁾ venire non posset, scandalum timens, magister Cunradus offensus per nuntium mandavit ei, quod propter hanc inobedientiam deinceps nollet curam eius gerere. Unde illa, sicut femina sancta et timorata, ne merito obedientie, quam eidem Cunrado promiserat, privaretur, sequenti die veniens, humiliter supplicavit ei, ut offensam relaxaret. Quo nolente, ipsa cum ancillis suis ad pedes eius corruit. Quibus

17 frequens vivificatrix A. — 35 propter in A übergeschrieben zwischen ei und quod.

¹⁾ Huyskens S. 118 (816).

²⁾ Wohl Jutta († 1235), eine Stiefschwester Ludwigs IV. von Thüringen und Gattin des Markgrafen Dietrich von Meißen († 1221).

ille satisfactionem imposuit et usque ad camisiam expoliatas duriter satis verberavit. Erat idem *Cunradus*, sicut omnes novimus, homo rigidus et austerus, unde a multis timebatur, maxime propter auctoritatem a summo apostolico sibi concessam, quam exercere non neglexit.

(12). Tempore¹⁾ famis et caristie lantgravio ad curiam *FridERICI* imperatoris, quam in civitate Cremonensi celebravit²⁾, profecto, ne maledictionem incurreret propheticam, que dicit: 'Maledictus, qui abscondit frumenta, in populis' (*Prov. 11, 26*), ex intimo cordis affectu esurientibus compassa, omnem annonam de suis granariis et horreis collectam non abscondit nec quidem emere volentibus vendidit, sed [in] 10 elemosinas pauperum expendit, plurimis diebus tantum singulis tribuens, quantum ad eorum sustentationem necessarie sufficere poterat. *Ioseph*, cum potestatem haberet super universa horrea *Pharaonis*, *Egypti* annonam vendendo (*Gen. 41, 56*), omnes *Egypti* divitias in thesauros regio congregavit; beata vero *Elyzabeth* propter Christum omnia gratis donavit. Manebat tunc temporis in quodam altissimo castro, sub quo erat domus magna et ampla, in qua plurimos reponebat infirmos, qui communem elemosinam expectare et locum distributionis adire non poterant. Quos, non obstante ascensus atque descensus difficultate, 15 singulis diebus pluries visitabat. Quorum etiam pusillanimitatem consolabatur, de patientia et salute anime cum eis conferens et desiderio eorum in omnibus satisfaciens. Que etiam corporis sui ornamenta in alimoniam illorum vendidit. Quod, licet tam tenere complexionis nobilis illa femina foret, ut nullam aeris corruptionem sustinere posset, infirmorum tamen tempore estivo fetorem et corruptionem, qui tunc periculosior esse solet, ancillis super hoc murmurantibus, ipsa, *Dei* gratia adjuvante, sine omni horrore et nature sue lesione sustinebat, ut ait apostolus: 'Caritas patiens est, benigna est, omnia sufferens' (*1. Cor. 13, 4, 7*). Et quia plena caritate fuit, hylariter manibus suis pauperes et infirmos tractavit, velamine capitis sui vultus eorum, salivam etiam, 20 sputum, sordes oris et narium eorundem, acsi essent aromata, dulciter ac leniter detersit. Nec mirum, Christum in illis asperit et fovit. Preter hos pauperes et infirmos habebat in eadem domo *Christi* margaritas, videlicet puerulos pauperes ad instar gemmarum castitate mentis et corporis nitentes, quibus in necessariis vite materno providit affectu. Circa quos tam benigne et tam caritative se gessit, acsi omnes 25 in carne genuisset. Quam versa vice idem pueri ut matrem diligebant et matrem appellabant, adveniendi occurrebant, et quemadmodum pulli congregantur sub alis galline, ita sub alis maternitatis eius parvuli illi pauperes requiescentes fovebantur. Si quos tamen inter eosdem puerulos 30 40

6 civitate Onensium A. — 9 grangiis die Vorlage. — 10 in fehlt A. — 31 esset A.

¹⁾ Huyskens S. 119 (817).

²⁾ 1226; vgl. oben S. 352 Anm. 2.

magis noverat despectos capite scabiosos, debiles, sordidos et ceteris deformiores, specialius fovere studuit, capita eorum visu horrenda manibus suis attractans et in sinum suum illa reclinans. "Sinite", inquit, "parvulos ad me venire, talium est enim regnum celorum" (*Matth. 19, 14*).

5 Et cum fons pietatis¹⁾ in corde sancte huius scaturiens stare non posset, quin efflueret, eisdem puerulis in solatium olliculas, anulos vitreos et alia huiusmodi clenodia tali etati congruentia emit et detulit, in quibus pius Dominus pietatem suam ostendit. Nam, cum beata Elyzabeth vasa illa fictilia et vitrea in pallio suo deferret, equitans de civitate supra

10 castrum, casu de pallio excussa de rupe altissima super lapides acutissimos ceciderunt. Que cum recolligerentur, non sine admiratione eorum, qui aderant, universa reperta sunt integra et puerulis ad deductionem temporis distributa. Cum omnipotens Deus magnus sit in magnis, gloriosius tamen mirabilia operatur in minimis, ut in presenti loco et in eo,

15 quod subiungitur, declarabitur.

(13). Famula Christi Elyzabeth in elemosinis faciendis etiam, ut dictum est, discretionem servavit sic, ut preter²⁾ illos infirmos, qui communem accipiebant elemosinam, pauperiores ac debiliores eligeret, quibus beneficia potiora impenderet. Nam ante castrum suum illos locans,

20 mense sue reliquias propria manu illis distribuit, plura sibi suisque ancillis subtrahens, ut eosdem pauperes copiosius reficere posset. Quibus cum die quadam post elemosinam distributam in quodam vase reliquias cervisie modice quantitatis divideret omnibusque dedisset, cervisia in cantaro non est diminuta, ut tantum in illo videretur remansisse,

25 quantum in eo prius fuerat. Hoc donum tuum, Christe, qui ex paucis panibus multa milia hominum in deserto satiasti (*Matth. 14, 15—21*). Cumque beata illa multitudinem pauperum pavisset usque ad novas fruges, omnibus, qui laborare poterant, camisias et calcios dabat, ne pedes in culmis offenderent. Quibus etiam dedit falces, ut meterent et de

30 laboribus suis pascerentur. Debilibus et laborare non valentibus dedit vestiunculas, quas in foro emi fecerat. Nam propriis manibus omnia hec distribuit. Habebat et illam consuetudinem, ut, quando pauperes licentiavit, non sine aliquo munusculo illos abire sineret, singulis aliqua tribuens. Et cum non haberet pecuniam, pauperculis mulieribus pepla et

35 alia clenodia serica dedit, dicens: "Nolo vos hiis ad voluptatem uti, sed ad subsidium necessitatum vestrarum illa vendite", utilitati pauperum prospiciens. Inter has feminas uni dedit calcios, camisiam et sorcutum. Que ex eodem munere tantum gaudii concepit, ut ad terram cadens mortua putaretur, clamante illa et dicente, quod simile gaudium numquam fuit in mundo. Aiunt medici, quod ex immoderato gaudio vel

40

26 sociasti A. — 28 calcios dans A. — 35 voluntatem A.

¹⁾ Vgl. oben S. 347 Anm. 1.

²⁾ Huyskens S. 120 (818).

merore nonnumquam moriatur homo, eo quod ex nimio gaudio cor solvatur et ex nimio merore constringatur. Utrumque factum intelleximus. Intelligens mulieris periculum beata Elyzabeth, vestes se illi dedisse doluit. Que adhuc in maiori gloria sua posita mendicitatem plurimum affectabat, de paupertate frequenter cum illis tractans et conferens. 5 Noverat enim Salvatorem dixisse: 'Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum' (*Matth. 5, 3*). Et die quadam, pedissequis suis presentibus, vili pallio in palatio se vestiens et vilissimo panno caput operiens, cum multa vocis [et] cordis alacritate dicebat: "Sic incedam, quando mendicabo et pro Christo miserias sustinebo". 10 In cena vero Domini semper sollempne mandatam fecit, pauperum pedes lavans et singulis argenteos largiens. In quadam cena Domini plurimos leprosos hospitio collegit, pedes eorum et manus lavans et ipsa loca magis ulcerosa et horrenda deosculabatur. Deinde pedibus eorum se provolvens munuscula illis tribuit. Ubi cumque enim leprosos reperit, 15 iuxta eos sedit, miseros consolans et ad patientiam exhortans. Sciens enim in vestibus pretiosis et superfluis non deesse peccatum et divitem, 'qui induebatur pupura et bysso', 'sepultum in inferno' (*Luc. 16, 19, 22*), ab illis prorsus abstinuit, non in vestibus pompaticis, sed in operibus caritatis in maxima hylaritate vultus et animi se exercens et ad anteriora se semper extendens (*Phil. 3, 13*). Contulerat illi Dominus, qui fons est pietatis¹⁾, maximam gratiam lacrimarum, dans illi 'irriguum superius et inferius' (*Jos. 15, 19*). Qua gratia valde discrete et sine vultus deformitate, ne de ypocrisi notari posset sive aliis 25 lacrimando aliquid verecundie incuteret, utebatur. Universa hec et alia multa bona, que ad presens predicta Ysendrudis non meminit, vivente adhuc marito suo beata Elyzabeth, cum quo valde laudabiliter usque ad mortem vixit, se de illa vidisse astruit. Nam in hac vita mutua caritate se diligebant et se invicem ad Dei laudes et servitium confortabant. Lantgravius vero, maritus eius, cum circa temporalia 30 necessitate suorum principatuum intendere cogere, semper tamen Dei timorem ante mentis oculos habuit, sicut in eius actibus apparuit. Nam pro Christi nomine cruce signatus cum magnis sumptibus ad subsidium terre sancte transfretavit, qui in eodem itinere mortuus²⁾, ut speratur, regna celestia promeruit, superne Ierusalem civis effectus. Hic cum proficisceretur ad liberationem Ierusalem terrestris, beate Elyzabeth uxori sue ad omnia exercenda, que ad honorem Dei spectant, in rebus suis liberam tribuit facultatem, utilem anime sue illam relinquens heredem. In hiis omnibus, que dicta sunt, predicta Guda Ysendrudi iurata 40 concordat, quia tunc simul erant in famulatu sancte Elyzabeth.

9 vocis cordis A. — 13 Vor ipsa ist in getilgt A. — 17 preconsis A. — 19 pompaticis A. — 35 cives A.

1) Vgl. oben S. 347 Anm. 1.

2) Vgl. oben S. 352 Anm. 1.

(14). Post¹⁾ mortem Ludewici lantgravii suggestione sathane, qui Dominum commovit adversum iustum Iob, ut affligeret eum frustra (*Iob c. 2*), quosdam vasallos mariti sui adversus eius derelictam, beatam scilicet Elyzabeth, sine causa commovit in tantum, ut eam miserabiliter satis de castro et omnibus possessionibus dotalitii sui eiecerunt. Sed et ipsa beata femina in igne tante tribulationis et tam vehementissime persecutionis per vitium impatientie non est consumpta, sed probata, ita ut dicere posset cum Psalmista: 'Igne me examinasti et non est inventa in me iniquitas' (*Ps. 16, 3*). Audite, quid beata illa egerit: Intrans civitatem sub castro sitam, intravit in pauperem domum, in curiam cuiusdam tabernarii, in qua erant vasa et suppellex cauponis et in qua iacuerant porci illius, in qua illa nocte fuit cum multa iocunditate nobilis illa filia regis. In matutinis vero surgens, post mediam noctem ibat ad fratres Minores in eodem opido manentes, petens ab eis, quatinus 'Te Deum laudamus' decantarent, gratias agens Deo pro sua tribulatione. Sequenti vero die, cum nullus divitum timore persecutorum eius auderet eam hospitio colligere, ipsa cum ancillis suis intravit ecclesiam, in qua tamquam advena et despecta diu sedit. Allati sunt parvuli eius de castro, ad quos eiusdem oppidi dominium spectabat, in maxima frigoris asperitate, nesciente illa beata, quo diverteret aut ubi capita parvulorum suorum declinaret. Nam fratres mariti sui adhuc in iuniori etate constituti hominum suorum et ministerialium consilio regebantur. Tandem necessitate compulsa beata Elyzabeth intravit in domum sacerdotis, ubi misere satis cum suis passa est, pignore exposito. Postea, ut amplius affligeretur, iussa fuit intrare domum cuiusdam emuli sui, ubi in tanto arto loco compulsata est se cum suis recipere, cum tamen in eadem domo magne et ample satis essent structure; unde, quia hospes et hospita multum gravaverant eam, exiens inde parietibus, qui eam a frigore et pluvia servaverant, valedicens ait: "Libenter regratiarer hominibus, sed nescio unde". Que nullum habere valens hospitium, in priorem sordidam domum, in qua porci iacuerant, regressa est. Ab omnibus siquidem hominibus mariti sui persecutionem duram satis sine causa sustinebat. Que cum omnibus bonis privata parvulos suos sustentare nequiret, inopia cogente, ad diversa loca et remota illos misit, ut illic alerentur, et id minimum, quod habuit ori suo subtractum, pauperibus impendit. Vides, cum quanta patientia et hylaritate sancta hec tribulationes et persecutiones a suis hominibus illatas et inde graviores sustinuerit. Puto, quod non ignoraverit virtutem patientie in tribulationibus. Sicut ex divinis probatur scripturis, tribulatio cum patientia iustum letificat, probat, purgat et glorificat. Quod letificet, dicit Ecclesiasticus: 'Usque in tempus sustinebit patiens, et postea redditio iocunditatis' (*Eccl. 1, 29*). Quod beata Elyzabeth non ignorans, spe glo-

10 egeret A. — 27 struture A.

¹⁾ Huyskens, S. 121 (819).

rie, qua nunc in multa iocunditate fruitur, tribulationes sibi illatas cum multa, ut superius dictum est, cordis letitia sustinuit. Quod tribulatio iustos probet, idem Ecclesiasticus testatur dicens: 'In igne probatur aurum et argentum, homines vero receptibiles', id est dignos recipi, 'in camino humiliationis' (*Eccli. 2, 5*), et angelus ad *Tobiam*: 5
'Quia acceptus eras Deo, necesse fuit, ut temptatio probaret te' (*Tob. 12, 13*). Quantum beate Elyzabeth patientia per iniquos homines sit probata, superius dictum est. Quod ignis tribulationis iustos purget, docet *Augustinus*, ita dicens¹⁾: 'Quod fornax auro, quod flagellum grano et quod lima ferro, hoc facit tribulatio iusto'. Sicut idem 10
dicit²⁾: 'Fornax tribulationis ligna vitiorum incinerat et aurum virtutum purgat'. Quidquid in beata Elyzabeth cremabile fuit, ignis tribulationis consumpsit, ut aurum meritorum eius atque virtutum amplius nitesceret. Quod tribulatio iustum glorificet, habes in psalmo, ubi Dominus de iusto loquitur: 'Cum ipso sum in tribulatione, eripiam 15
eum et glorificabo eum' (*Ps. 90, 15*). Sicut dicit apostolus: 'Eternum pondus glorie operatur in nobis' (*2. Cor. 4, 17*). Quanta in celestibus glorificata sit Deo dilecta Elyzabeth propter momentaneas tribulationes, quas in terris pertulit, gloria miraculorum eius satis declarat. Et hec de hiis satis. 20

(15). Vetula³⁾ quedam infirma, frequenter a beata Elyzabeth elemosinam accipiens nec[non] et species sue egritudini convenientes, occurrit eunti ad ecclesiam in stricto vico, ubi lapides positi erant propter transsitum luti profundi. Vetula vero venienti cedere volens, trusit eam in idem lutum, ita quod cum omnibus vestibus suis cadens tota macularetur. Quam iniuriam famula Dei patienter sustinens et ridens, ocius de luto surrexit et vestes pollutas cum gaudio lavit. In quo facto magna eius commendatur humilitas. 25

(16). Die⁴⁾ quadam in quadragesima flexis genibus, eo quod debilis esset, acclinata parieti diutissime oculos suos defixos habebat ad altare. Postea, cum ad humile hospitium suum rediens cibum sumpsisset, ob corporis debilitatem sudare cepit et appodians se parieti in sinu predictae *Ysendrudis* se recepit. Omnibus itaque preter dictas ancillas expulsis, oculos defixos habebat versus fenestram apertos. Et tandem cepit dulciter ridere in magna vultus sui hylaritate, ex ipso risu se aliquid magni atque iocundi vere videre indicans. Deinde post horam satis longam lacrimas emisit infinitas. Et postmodum aperiens oculos, iterum ridere cepit, ut prius, in ea iacens contemplatione usque post 35

22 nec et A. — 31 humilem A. — 32 oppodians A. — 33 ancillis A.

¹⁾ Die Stelle Augustins habe ich nicht ermittelt.

²⁾ Ebenfalls nicht ermittelt. Vgl. *Iob* 23, 10.

³⁾ Huyskens, S. 122 (820).

⁴⁾ Huyskens, S. 122 (820).

completorium, quandoque clausis oculis flens, et hoc breviter, quandoque ridens apertis oculis, sed multo plus immorans iocunditati. Tandem cum sic diutius iacuisset, nunc ridendo, nunc flendo, subito prorupit in hec verba: "Ita, Domine, si tu vis esse mecum, et ego tecum; numquam volo a te separari". Dicta vero Ysendrudis nobilis femina plus ceteris pedissequis eius illi familiaris cum multa instantia supplicavit ei, petens sibi revelari, cum quo esset locuta. Beata vero Elyzabeth difficilem petenti se reddens, tandem precibus eius victa respondit: "Vidi celum apertum et illum dulcem Iesum dominum meum inclinantem se ad me, consolantem me de variis angustiis et tribulationibus, que circumdederunt me. Quo viso ridere cepi et ipso recedente flere, de presentia eius iocunda et de absentia tristis. Qui misertus mei vultum suum gloriosum iterum ad me convertit, dicens: 'Si tu vis esse mecum, ego ero tecum'. Cui ego cum multa cordis hyllaritate respondi, sicut prius". Ysendrudis vero sollicitabat eam de revelanda sibi visione in ecclesia, dum offerretur hostia salutaris, prout est memoratum. Cui beata Elyzabeth respondit: "Que ibi vidi, non expedit nunc revelari, sed scias me in maximo cordis mei gaudio fuisse et miranda Dei secreta conspexisse". Ex quo probatur eam divinis revelationibus expertem non fuisse, sed assuefactam et Marie officium gessisse in celestium contemplatione, Marthe vero in exteriorum actione (vgl. *Luc. 10, 38 ff.*).

(17). Abbatissa¹⁾ de Kitzingen Erbipolensis dyocesis, matertera beate Elyzabeth, miseriis eius et inopie compatiens, duxit illam ad avunculum ipsius, episcopum Bavenbergensem²⁾, qui satis honeste tenuit eam, volens eam tradere nuptui, sicut ante innotuerat ei. Cum autem ancille memorate, que cum ea continentiam voverant, vim episcopi timerent et hoc cum dolore et lacrimis querelarentur, ipsa beata Elyzabeth, consolans eas, frequentius dixit: "Confidite, sorores; tam firma est fiducia mea in Domino, qui novit votum meum de servanda continentia, etiam diebus mariti mei emissum, ex puro et integro corde processisse, ut de ipsius misericordia confidens scio esse impossibile, quin conservet meam castitatem contra omne humanum consilium ac violentiam. Non enim conditionaliter post mortem viri mei in manus magistri Cunradi [vovi integerrimam continentiam]. Et hoc fixum teneatis, si avunculus meus dominus episcopus me invitam alicui matrimonio coniunxerit, corde et ore contradicam. Quod si aliam viam evadendi non haberem, in secreto proprium mihi nasum preciderem et sic nullus ducere me curaret tam deformiter mutilatam".

9 inclinatem A. — 22 Erbipolenses A. — 25 innotuerant A. — 31 scis A. — 34 vovi int. continentiam *fehlt* A.

¹⁾ Huyskens, S. 123 (821). Aebtissin von Kitzingen am Main im Würzburger Sprengel war damals Mathilde († 1254).

²⁾ Vgl. oben S. 346 Anm. 4.

(18). Die ¹⁾ quadam cum castitatis amatrix duceretur ad quoddam opidum, castrum scilicet Budenstein²⁾, ibi servanda, donec dispensaretur, sicut intellexit, et cum lacrimis castitatem suam Deo committeret, ecce! Domino consolatore afflictorum ordinante, subito nuntius episcopi antedicti venit, precipiens illam Bavenberg reduci in occursum ossium mariti sui Ludewici lantgravii, que de partibus transmarinis referebantur. Quibus sollempniter ab episcopo cum processione receptis, ipsa lacrimans dixit: "Domine, gratias ago tibi, quia in ossibus mariti mei multum desideratis misericorditer es me consolatus. Tu scis, quia, quantumlibet eum dilexerim, tamen ipsum dilectissimum tibi a se ipso et a me in subsidium terre sancte oblatum non invideo. Cuius si liceret uti consortio, omnibus mundi deliciis illum anteferrem, semper secum mendicatura; sed contra voluntatem tuam te teste nollem vitam eius uno capillo redimere. Nunc ipsius animam et me ipsam tue gratie recomendo, de nobis fiat tua voluntas". Vera dilectio hec, ubi proximus sic diligitur, ut divine dilectioni non preferatur! Postea cum vasallis mariti sui ossa deferentibus sepelienda in claustro monachorum Renerisburne³⁾ rediit in Turingiam illis promittentibus, quod ordinarent de dote eius recuperanda. Alioquin episcopus illis nobilibus committere nolebat, nisi caverent de commodo eius ordinando. Post sepulturam vero viri, commodo eius ab omnibus neglecto, in priori mendicitate stetit et inopia, donec ad mandatum magistri Cunradi Marburg se transtulit, ubi ad similitudinem turturis, mundi huius gaudiis atque deliciis despectis, induit griseum habitum, vilem satis et despectum. Ubi fere duo milia marcarum, que pro sua dote accepit, pauperibus erogavit diversis temporibus, ita quod uno die quingentas marcas pauperibus infinitis congregatis distribuit. Insuper que residua fuerant ornamenta, que [de] domo patris sui regis Ungarie attulerat, et omnia, que habuit, egentibus seculo abrenuntians erogavit. Fundavit etiam hospitale ad susceptionem peregrinorum pauperumque extra muros oppidi Marburg in vallis planitie; nam ipsum oppidum in monte situm est⁴⁾. Huius hospitalis provisor magister Cunradus erat, in eo manens atque ex eo ad predicandum exiens usque ad tempus occi-

2 desponsaretur die Vorlage. — 9 desiderans A. — 28 de fehlt A.

¹⁾ Huyskens, S. 124 (822).

²⁾ Pottenstein an der Püttlach (Oberfranken, Bezirksamt Pegnitz).

³⁾ Reinhardsbrunn bei Friedrichroda, das Hauskloster der Thüringer Landgrafen.

⁴⁾ Die anschauliche Schilderung der Lage des Marburger Hospitals durch Caesarius beruht offenbar auf persönlichem Augenschein; denn nach der folgenden Predigt war Caesarius noch zu Lebzeiten Konrads von Marburg, also vor dem 30. Juli 1233, in Marburg um die Zeit, als Konrad im Januar und Februar 1233 die Wunder aufzeichnen ließ für seinen Bericht an den Papst (vgl. Huyskens, Quellenstudien S. 86, 151 ff.). Siehe unten S. 384.

sionis sue. In hoc hospitali beata Elyzabeth secundum interpretationem sui nominis Christum in suis membris saturavit, ut Martha, et verbo divine predicationis saturata est, ut Maria¹⁾. Elyzabeth, ut superius dictum est, 'Dei mei saturitas' interpretatur²⁾. Que beata ob iam dicte pecunie, ut eis videbatur, indiscretam erogationem et vilissimi habitus susceptionem a magnatibus et hominibus terre blasphemias, contumelias et magnum contemptum sustinebat, ita quod sui eam neque videre neque alloqui curabant, stultam et insanam illam reputantes. Cumque huiusmodi convitiis a proposito suo revocari non posset, immo de illatis contumeliis amplius gauderet, voces illorum quasi Syrenarum cantus abhorrebat. Inproperabant ei, quod nimis cito oblita esset mortis viri sui et quod gauderet, unde dolendum esset. Sed illa, huiusmodi verba surda aure percipiens, verba magistri Cunradi institutoris sui, qui ei contemptum rerum terrenarum persuasit, cum effectu attendit, ita ut Deo supplicaret, quatinus contemptum temporalium cordi eius suggereret, deinde ut liberorum suorum dilectionem carnalem ei tolleret, et ut contumelias sibi illatas contempneret. Que se in hiis tribus exauditam sentiens, dixit pedisequis suis: "Dominus exaudivit orationes meas, et ecce! omnes mundanas possessiones, quas aliquando dilexi, nunc ut stercora reputo; pueros meos, quos Dominus dedit mihi, ipso teste tamquam extraneos reputo, in dampnis, in detractionibus et mei contemptu delector et gaudeo. Nichil pure diligo, nisi Deum, qui dedit omnia".

(19). Magister³⁾ Cunradus, cui obedientiam fecerat, in multis beate Elyzabeth probavit constantiam, frangens in omnibus illius voluntatem, ut ex hoc ipsi obedienti amplius meritum accresceret. Propter quod, ut plus eam affligeret, contraria cordi eius precepit et singulos, quos in familia sua magis dilectos habebat, ab ea repulit. Nam ipsam Ysendrudim, de qua superius dictum est, quam ut animam suam diligebat, famulatum eius subtraxit, quam non sine multo cordis sui gravamine et infinitis lacrimis dimisit. Novissime Gudam eius coetaneam, que ei ab infantia commorata erat, quibus 'erat cor unum et anima una' (*Act. 4, 32*) in Domino, ab ea repulit, in hoc animam eius plurimum contristans. Quod magister Cunradus quodam bono zelo et hac intentione fecisse dicitur, quia timebat, ne forte cum illa de antea gloria seculi tractarent et per hoc a statu perfectionis mentem eius averterent. Omne enim humanum solatium in eisdem religiosis feminis beate illi subtrahebat, dicens Deo esse adherendum, non homini. Sciens mulier illa fortis (*Prov. 31, 10*), quia 'manum suam miserat ad fortia' (*Prov. 31, 19*), Christum, qui est fortitudo Dei, dixisse: 'Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me' (*Ioh. 6, 38*),

21 contemptum A. — 31 commemorata A. — 32 animum eius A.

¹⁾ Vgl. oben S. 365, 20.

²⁾ Vgl. oben S. 347 Anm. 2; S. 348, 14.

³⁾ Huyskens, S. 126 (824).

patris, sine murmure cordis et contradictione responsionis universa hec sustinuit. Que adeo obediens in hiis diversis preceptis magistro Cunrado exstitit, ut eisdem feminis religiosis ad ipsam aliquando venientibus nihil omnino nec ad victum quidem pertinentia dare neque cum illis sine licentia loqui auderet. Preterea multas alias adversitates et sui contemptum et verbera plurima, que ei sepe dictus Cûnradus, ne a suo proposito laberetur, intulit, cum maxima patientia et gaudio Dei famula sustinuit. In hiis omnibus sepedicte religiose femine, Ysendrudis videlicet [et] Guda, per omnia concordant, iuramento vera videlicet esse affirmantes, singillatim examine et unde hoc scirent requisite, responderunt, quod oculis suis ea vidissent, multis annis beate Elyzabeth commorate.

(20). Cum beata Elyzabeth post mortem suam multis et magnis coruscaret miraculis, bone indolis adolescens C u n r a d u s lantgravius, L u d e w i c i germanus, orationibus haut dubium sancte Elyzabeth adiutus, mundi huius honores, divitias et gloriam contempnens, ad ordinem d o m u s T h e u t o n i c e se convertit¹⁾. Magister C u n r a d u s eundem adolescentem honestis moribus informaverat et mundi contemptum persuaserat²⁾. Ut autem de bono efficeretur melior, Dei gratia adiutus et inspiratus, perfectionis viam eligens, non sine admiratione multorum militiam huius mundi cum principatu despexit et Christi militie se mancipavit. Huius gratia et auxilio dominus papa Gregorius ne non et serenissimus imperator Romanorum secundus Fridericus hospitale sancte Elyzabeth, in quo sacratissimum corpus eius requiescit, cum omnibus suis possessionibus et attinentiis hospitali d o m u s T h e u t o n i c o r u m contradiderunt³⁾. Cum-

2 diversis A. — 8 Ysendridis videlicet Guda A.

¹⁾ Landgraf Konrad von Thüringen trat nach vorbereitenden Schritten am 18. November 1234 in Marburg in den Deutschen Orden ein; vgl. E. Caemmerer, Konrad, Landgraf von Thüringen, Hochmeister des deutschen Ordens († 1240), in der Zeitschrift des Vereins für Thüringische Geschichte und Altertumskunde, Neue Folge XIX (1909), S. 300 f.

²⁾ E. Caemmerer (a. a. O. S. 354) hält diese sonst nicht bezeugte Nachricht, daß Konrad von Marburg auf den Lebensweg des Landgrafen Konrad entscheidend einwirkte, für durchaus glaubwürdig.

³⁾ Caesarius nimmt hier offenbar Bezug auf zwei heute noch erhaltene Urkunden. In der ersten (bei Wyss a. a. O. I, Nr. 41) benachrichtigt Papst Gregor IX. aus Rieti am 1. Juli 1234 die Brüder des Franziskushospitals in Marburg, daß er das Hospital mit dem Patronatsrecht über die Pfarrkirche zu Marburg auf Bitten der Landgrafen Heinrich und Konrad von Thüringen dem Deutschen Orden überwiesen habe. In der zweiten bestätigt Kaiser Friedrich II. zu Rieti im gleichen Monat auf Bitten des Landgrafen Konrad den Besitzstand des Franziskushospitals in Marburg (bei Wyss Nr. 42). Vgl. dazu auch Caemmerer a. a. O. S. 386 f. Die Kenntnis dieser Vorgänge ist ein bemerkenswerter Beweis für die vertrauensvollen Beziehungen des Caesarius zum Marburger Deutschordenshause.

que eiusdem domus religiosi fratres pro canonizatione beate Elyzabeth apud dominum apostolicum laborarent et ille de veritate miraculorum plenius certificari vellet, precepit, ut tam testes vite beate Elyzabeth quam testes miraculorum eius diligenter examinarentur et iurati, que
 5 dicenda erant, dicerent¹⁾. Quod et factum est. Huic generali iuramento tertia et quarta interpretatio nominis sancte Elyzabeth congruere videntur. Non solum 'Dei mei septima' sive 'Dei mei saturitas'²⁾, sed etiam 'Deus meus cognovit'³⁾ vel 'Dei mei iuramentum'²⁾ interpretatur. Veritatem, quam Deus sive in conversatione sive in miraculis
 10 famule sue cognovit, ut homines etiam cognoscere, idem credere possent, necessitas exigebat, ut testimonia iuramento firmarentur. Hiis occasione iuramenti insertis, ad omnia revertamur.

(21). Elyzabeth⁴⁾ ancilla quondam beate Elyzabeth lantgravie Turingie, interrogata de vita et conversatione eiusdem beate Elyzabeth, iurata dixit, quod post assumptum habitum diu fuit cum ea et quod plurima bona opera, misericordie scilicet et humilitatis, viderit in illa. Que ad hospitium suum, in quo manebat, iuxta oppidum Marburg vocavit pauperiores, debiliores et infirmiores magisque devotos, quibus in propria persona ministrabat. Cibos cum ancillis Deo devotis
 20 in habitu griseo preparabat et pauperibus in hospitio eius manentibus ministrabat, balneis illos fovens et vestibus tegens. Quendam etiam puerulum monoculum scabiosum totum, quem in hospitali suo tenebat, inter cetera multa humanitatis officia, que eidem exhibuit, etiam ad requisita nature sepius propriis manibus deportavit.

25 Yrmingardis⁵⁾ religiosa habitu griseo induta, ipsa quondam ancilla beate Elyzabeth, de vita ipsius requisita, iurata respondit: Domina mea beata Elyzabeth semper habere consuevit pauperes in hospitio suo apud oppidum Marburg, postquam induerat habitum griseum, quibus ministrabat per se, etiam extra hospitium proprium multis pretium dans, ut pauperes procurarent. Occulte etiam anulos aureos et pepla serica et alia sua cleinodia vendere studuit, ut illorum pretio pauperes reficerentur. Recitavit et alia quedam magne nimis misericordie opera ab Elyzabeth superius dicta, que replicare superfluum non est, 'ut in ore duorum aut trium testium stet omne verbum' (*Matth.*

26 quandoque ancilla A. — 32 nimie A.

1) Auch diese Bemerkung über das persönliche Eingreifen des Landgrafen Konrad in den Heiligsprechungsprozeß, das seiner auch sonst bezeugten Mitwirkung bei der Ueberbringung der zweiten Protokolle an die Kurie entspricht (vgl. Huyskens, Quellenstudien S. 88 ff., 143 ff.), deutet auf eine gute Unterrichtung des Caesarius über die Vorgänge.

2) Vgl. oben S. 347 Anm. 2.

3) So später auch die Elisabeth-Vita der Legenda aurea c. 168 (ed. Graesse S. 752).

4) Huyskens, S. 127 (825).

5) Eb. S. 128 (826).

18, 16). Dixit enim, quod quendam puerulum scabiosum monoculum uno die sex vicibus ad requisita nature deportabat. Pannos etiam ipsius pueri defedatos ipsa lavabat et iocundissime eidem blandiendo more materno loquebatur. Inter huiusmodi opera loqui solebat: "Quam bene nobis est, quod Dominum nostrum sic balneis fovemus et tegimus". Cui ancilla 5 respondit: "Nobis quidem bene est cum huiusmodi, sed nescio si alii sic sit".

(22). Leprosam¹⁾ quandam fetidissimam, ulceribus et sanie plenam, in hospitali procuravit, quam vix aliquis ob horrorem etiam ex remoto aspicere potuit. Quam lavare, vestimentis tegere et medicamentis sine 10 horrore fovere consuevit, et se coram illa prosternens, corrigias calciammentororum eius solvit et ipsos calcios extrahere voluit, sed illa non permisit. Cuius unguis tam in pedibus quam in manibus precidens, manu sua faciem eius ulcerosam tangens detersit. Que ad tempus sanata est. In fine curie propter alios infirmos locavit illam, fre- 15 quenter eam visitans et cum multa iocunditate verbis consolatoriis recreans. Quicquid enim pauperes desiderabant, in hiis illis pro posse suo providebat; in hiis etiam, que ad salutem pertinent animarum, sollicita fuit valde. Monebat enim omnes, quos potuit, ne infantes suos baptizare negligenter, ne Christo, qui est vita animarum, fraudarentur. 20 Infirmos etiam diligentissime monuit, ut medicinam confessionis et sacre communionis non negligenter. De hiis non curantes acrius corripuit. Nam vice quadam, cum vetulam quandam pauperulam ad confessionem faciendam hortata fuisset nec profecisset, quasi sompnoletam et ad confitendum pigram virgis verberavit, sicque eandem vetulam ad 25 confitendum compulit.

(23). Mortuo²⁾ pie memorie Ludewico lantgravio, non est permessa ad tempus beata Elyzabeth uti bonis mariti sui, a fratre ipsius prepedita. Poterat quidem tunc temporis habuisse ab eodem sustentationem, sed de preda et exactionibus pauperum victum habere no- 30 luit, 'eligens abiecta esse in domo Dei' (Ps. 83, 11) et cum Tobia vitam ducere pauperem (Tob. 4, 23) magis 'quam habitare in tabernaculis peccatorum' (Ps. 83, 11) cum necessitatibus, unde velut questuaria victum acquirere et de labore manuum suarum vivere [elegit]. Nendo namque lanam de cenobio Aldenburg³⁾ sibi transmissam, sicut 35 omnibus est notum, [victum] de pretio minori debito habebat. Que non solum de manibus vivere, sed, quod maioris devotionis signum fuit, de eodem pretio cum vidua ewangelica (Marc. 12, 42) aliquot denarios ad altare Dei offerre consuevit. Et, sicut testis est prefata

28 mariti suis A. — 34 elegit *fehlt* A. — 36 victum *fehlt* A.

1) Huyskens, S. 128 (826).

2) Eb. S. 129 (827).

3) Prämonstratenserinnenkloster Altenberg bei Wetzlar an der Lahn.

Yrmingardis, quandoque infirma iacens in lecto fusabat lanam; nam linum fusare nesciebat. Cui, ut sibi parceret, nonnumquam de manibus eius ancille colum rapiebant, sed, ne omnino otiosa esset, lanam ad futuros labores preparabat discarminando, ne panem otiosa commederet. Ipsa est re vera mulier illa fortis, de qua per Salomonem dicitur: 'Quesivit lanam et linum et operata est consilio manuum suarum' (*Prov. 31, 13*). Et in sequentibus: 'Manum suam misit ad fortia, et digiti eius apprehenderunt fusum' (*Prov. 31, 19*). Quanto beata Elyzabeth humilior, tanto fortior erat. 'Accinxerat enim fortitudine lumbos suos' per virtutem continentie 'et roboravit brachium suum' (*Prov. 31, 17*), propter Christum opera vilia atque despecta exercendo. Hoc in filia regis et in uxore principis magnum fuit. Accidit¹⁾ circa idem tempus, ut rex Ungarie, pater beate Elyzabeth, mitteret unum de comitibus suis nomine Pavian cum multo comitatu, ut revocaret ad terram suam filiam ipsius. Audierat enim, quod quasi mendica esset et omni solatio destituta. Eveniens ad oppidum Marburg idem comes, invenit illam ad colum sedentem et lanam filantem. Qui pre nimia ammiratione se benedicens dicebat: "Numquam filia regis visa est prius lanam fusare". Hoc est quod Salomon de illa predixerat: 'Et digiti eius apprehenderunt fusum' (*Prov. 31, 19*). Non enim gloriam extra querebat, sed intus secundum illud: 'Omnis gloria filie regis ab intus' (*Ps. 44, 14*). Cuius glorie respectu filia regis Elyzabeth¹⁾, paupertatem affectans et exilium, induci non poterat, ut rediret. Habebat tunc temporis famula Dei pallium griseum in se nimis curtum, sed alterius coloris panno prolongatum, manicas etiam tunice ruptas alterius coloris panno emendatas. Quandoque hyemis tempore, quia vestes non habebat sufficientes, inter duas culcitrans iacebat, unam sibi substernens et altera se tegens. Et dicebat hiis verbis: "Ego quasi in sarcophago iaceo". Et erat in tribulatione gaudens et de commodo corporis nihil curans. Tempore quodam vocata est ab abbatissa de Kitzingen²⁾, que matertera ipsius erat, et rogata, ut balnearetur. Que precibus victa tandem intrans et uno pede strepitum in dolio faciens, aquam hinc inde movit et ait: "Hic balneatum est", et statim exivit de dolio. Quam sanam habuerit in exterioribus conscientiam, probatur etiam ex eo, quod sequitur. Accidit tempore quodam, quando victum querebat de opere manuum suarum, ut a magistro Cunrado vocata de Marburg Ysennake veniret. Et quia pretium de lana filanda de ecclesia in Aldenburg³⁾ receperat, remisit unum denarium Coloniensem cum lana aliquanta, quam non filaverat, ne supra debitum et quod labore non meruerat quicquam haberet. Quam fervens et quam efficax fuerit eius oratio, facto subsequenti declaratur.

31 et für ut A. — 36 vacata A.

¹⁾ Huyskens, S. 130 (828).

²⁾ Siehe oben S. 365 Anm. 1.

³⁾ Siehe eb. S. 370 Anm. 3.

(24). Predicta Elyzabeth¹⁾ ancilla beate Elyzabeth, iurata dixit: Femina quedam nobilis Gertrudis nomine de Lembach²⁾ visitandi gratia adiit beatam Elyzabeth, et venit cum illa adolescens quidam Bertoldus nomine seculariter indutus. Quem beata Elyzabeth ad se vocans dixit: "Videris mihi minus discrete te habere, et quare non servis creatori tuo?" Respondit iuvenis: "O domina mea, supplico vobis, ut oretis pro me, ut Deus donare dignetur mihi gratiam suam, per quam illi servire valeam". Et illa: "Vellesne, ut ego orarem pro te?" Respondit iuvenis: "Vellem utique". Tunc illa: "Necesse est, ut et tu ad gratiam suscipiendam te habilites, similiter mecum orando, et sic libenter pro [te] orabo". Et confestim provolutis genibus in loco competenti monasterii in Werde³⁾, in quo tunc erat, cepit pro iuvene attentius orare. Qui etiam locum orationis in eadem ecclesia sollicitè querebat, ut per hoc gratie se habitaret. Qui cum aliquandiu orationi pariter insisterent, cepit iuvenis alta voce clamare: "O domina, cessate ab oratione, quia iam totus deficio". Nimio namque calore orationis illius succensus, foris sudabat et intus estuabat, brachia cum reliquo corpore huc atque illuc iactitando, ita ut de effectu sancte illius orationis dicere posset cum propheta: 'Factus est quasi ignis flammigerans in ossibus meis et defeci sufferre non sustinens' (*Jerem. 20, 9*). Re vera 'oratio humilientis se penetrat nubes' (*Eccli. 35, 21*) et 'sicut incensum dirigitur in conspectu' divinitatis (*Ps. 140, 2*), cor peccatoris accendens et illuminans. Et domina ipsius iuvenis et prefata Elyzabeth, famula sancte Elyzabeth, et Yrmingardis, que iurata idem testatur, accurrentes ipsum tenebant et invenerunt eum totum vi orationis incaluisse et vestes eius nimio sudore madidas. Qui sepius iterans clamorem tandem dicebat: "In nomine Domini peto, ut cessetis ab oratione, quia iam igne consumor", et qui tenebant eum, vix calorem manibus sufferre poterant. Statimque, ut beata Elyzabeth ab oratione cessavit, iuvenis commodius habebat in corpore. Qui post obitum sancte Elyzabeth se transtulit ad fratres Minores. Simile quiddam ei contigit in alio casu.

(25). Cum⁴⁾ post multam paupertatem recepisset quandam summam magne pecunie pro dote, convocavit pauperes et debiles in circumferentia Marburg ad duodecim miliaria ad certum locum et diem. Et iussit illis distribui quingentas marcas. Et, ut omnia commode fierent et ordinate, ipsa beata Elyzabeth succincta circuibat, rogans populum

11 pro orabo A. — 29 IyzaBeth A. — 33 circumferenciam A.

¹⁾ Huyskens, S. 130 (828) f.

²⁾ Ueber die Herren von Leimbach bei Connefeld an der Fulda und besonders über Gertrud vgl. Huyskens, Quellenstudien S. 131 Anm. a.

³⁾ Man nimmt eine irrthümliche Nennung von Dorf Wehrda bei Marburg statt des ebenfalls bei Marburg gelegenen Stiftes Wetter an; vgl. Huyskens, a. a. O., S. 131 Anm. b.

⁴⁾ Huyskens, S. 132 (830).

sedere, ut ad similitudinem Christi transiens ministraret illis. Et data lege et publicata, quod, qui moveret se de loco et iterato reciperet elemosinam in preiudicium faciens ceteris pauperibus, capillorum aliquorum truncationem ad confusionem sustineret, tunc casu iuvenula quedam
 5 Hyldegundis nomine capillis ornatissima, que legem predictam ignorabat, subito supervenit nec elemosinam venerat acceptura, sed sororem infirmam visitatura. Hec deducta ad presentiam beate Elyzabeth, tamquam legem pefatam non servasset, quesitum est ab ipsa beata Elyzabeth, quid iuris esset de illa. Et videns pulchritudinem capillorum illius,
 10 iussit statim illos precidi. Tunc virgo amissis capillis cepit alta voce flere. Accedentes autem quidam, qui illam innocentem esse noverant, dixerunt, quod puella minus debite esset punita. Quibus beata Elyzabeth respondit: "Saltem cum huiusmodi capillis coreas non frequentabit". Et statim iussit puellam ad se vocari, requirens ab ea, si numquam propositum vite melioris concepisset. Respondit illa, quod, nisi pulchritudo capillorum ipsam impedivisset, diu Domino in habitu religionis servivisset. Et dixit ei famula Dei: "Malo te capillos perdidisse, ut salveris, quam
 15 adepto imperio fuisse filiam meam". Que mox habitu religionis assumpto in hospitali Domino servire studuit [et] in signum devotionis sue capillos suos illic suspendit. Hoc enim iurata retulit Hyldegundis, plebanus civitatis et plures cum illa idem testantur. Die illo, quo larga quingentarum marcarum data est elemosina, proxima eiusdem diei nocte et luna clarius lucente, cum pauperes fortiores recessissent, plurimi debiliores et infirmi iuxta sepes et in angulis curie iacentes remanserant.
 25 Quos beata Elyzabeth cum vidisset, ait suis: "Ecce! debiliores remanserunt, demus ergo adhuc illis aliquid". Et iussit singulis dari sex denarios Colonienses, pueris vero minus. Que postmodum panes apportari iussit, quos et distribuit. Quo facto dicebat: "Volumus facere nunc istis plenam iocunditatem. Fiat ergo ignis [in] longum et laventur
 30 pedes eorum atque ungantur". Quo completo, pauperes cantare ceperunt et esse iocundi. Quod beata Elyzabeth ut audivit, ait: "Ecce! dixi vobis, quod gaudium pauperibus facere deberemus", et erat ipsa cum gaudentibus gaudens (*Rom. 12, 15*) et cum exultantibus exultans.

(26). Eadem Elyzabeth¹⁾, que et supra, iurata dixit et hoc de
 35 sancta Elyzabeth. Cum esset apud oppidum Werden²⁾ famula Christi, paupercula quedam parturivit ibidem. Sed quia nimis remotum erat tugurium parturientis ab hospicio beate Elyzabeth, miserta illius, que nemini misericordiam negavit, iussit ei in horreo iuxta domum eius in necessariis provideri, ordinari larem, ignem preparari et culcitram cum

19 et fehlt A. — 20 Hyldegundi (*danach scheint s ausradiert*) plebano A. — 21 qua für quo A. — 25 debiliores A. — 29 in fehlt A.

¹⁾ Huyskens, S. 133 (831).

²⁾ Vgl. S. 372 Anm. 3, sowie Huyskens, S. 133 (831) Anm. a: „Auch hier kann es sich nur um Wetter handeln, da Wehrda keinen 'iudex civitatis' hatte".

cussinīs ad tegendum pauperulam sufficienter preparari. Et cum pe-
 perisset, beata illa fecit infantem baptizari nomenque suum Elyza-
 beth eidem inponi. Et cum licentiā abeundi data esset eidem pauperule,
 famula Christi, ex multa cordis compassione gratiam gratie addens,
 dedit ei pallium suum et calceos, quos de pedibus propriis extraxit, et
 VII denarios Colonienses, pepla etiam et de pelliceo ancille sue nec-
 non et manicas, quibus puer involveretur, insuper lardum et farinam.
 Nam per quatuor ebdomedas eidem pauperule in necessariis vite pro-
 viderat. Sed illa omnium horum beneficiorum immemor et malum pro
 bonis reddens, infante in hospitio dimisso, cum marito suo, cui beata
 Elyzabeth etiam novos calceos dederat, occulte recessit. Mane autem
 facto, famula Dei hoc ignorans, cum esset in ecclesia pauperule mem-
 or, ante matutinarum inceptionem ancillam suam vocans ait: "Habeo
 species quasdam in marsubio meo, quibus pauperula illa cum infante
 uti posset ad confortationem; vade ergo et defer illi". Que cum ven-
 nisset ad hospitium, ubi pauperulam esse suspicabatur, recesserat illa
 et solum infantem in domo reliquerat. Que mox ad dominam reversa,
 quod factum fuerat, nuntiavit. Cui beata Elyzabeth: "Vade cito, apporta
 infantem, ne negligatur". Quod cum fecisset, uxori cuiusdam mili-
 tis eiusdem ville procurandum commisit et subito vocari iussit iudicem
 civitatis, mandans ei per plateas et vicos civitatis querere matrem
 infantis. Cumque reversi nuntii nihil invenissent, ancilla hoc ipsum
 beate Elyzabeth intimavit, suadens orationi instandum esse. Timebat
 enim magistrum Cunradum, suspicans, quod pro tali re turbari
 posset. Et ait beata: "Nescio aliquid petere, fiat voluntas divina". Post
 horam vero orationibus, ut puto, beate Elyzabeth revocatus maritus
 pauperule rediit, et prosternens se coram famula Christi, confessus est
 coram omnibus, quod cum uxore procedere non valens invitus et quasi
 vim passus reversus sit. Requisitus de uxore, ubi esset, ostendit. Que
 ab ancillis adducta et ipsa peccatum ingratitudinis sue confitens dicebat,
 quod procedere non posset sine infante. Et cum iudicarent astantes me-
 rito illam defraudari debere pallio et calciis et aliis esse danda ob vitium
 ingratitudinis, respondit beata Elyzabeth: "Facite, quod vobis visum
 fuerit iustum". Et ablatum est ingrate mulieri pallium et virgini devote
 cuidam datum. Que mox castitatem Domino vovit et quia illi in habitu
 religioso servire vellet promisit. Calcii vero cuidam vidue dati sunt.
 Beata Elyzabeth, quia tota visceribus misericordie (vgl. Col. 3, 12)
 affluebat, iam dicte pauperule compatiens et malum in bono vincens
 (vgl. Rom. 12, 21), iussit ei dari pelles et calcios alios. Que recepto
 puero, quem male dimiserat, recessit.

(27). Irmingardis¹⁾, cuius superius mentionem fecimus, testa-
 tur se audivisse ab ore beate Elyzabeth et hoc: "Vita", inquit, "sororum in

1 pauperula A. — 2 pervenisset, beata A. — 5 extraxit A. —
 6 duodecim (XII) statt VII die Vorlage. — 17 solum :: (Rasur) fantem A.

¹⁾ Huyskens, S. 135 (833).

hoc seculo despectissima est, et si esset aliqua vita despectior, illam elegerem. Fecissem quidem alicui episcoporum aut abbatum, qui possessiones habent, obedientiam, sed cogitavi hoc mihi utilius esse et magis humilitatem sapere, si magistro Cunrado obedientiam voverem, qui in hac vita nichil possidebat, mendicus vivens et nullam prorsus consolationem habens⁴. Dixit etiam, quod magistrum Cunradum, quem loco Christi patrem elegerat, plurimum timere consueverat, ita ut diceret: "Si hominem mortalem tantum timeo, quantum Deus omnipotens timendus est, qui est dominus et iudex omnium". Dixit etiam eadem Yrmingardis, quod magister Conradus quandoque mandaverit beate Elyzabeth, ut veniret Aldenburg, volens habere consilium, si eam in reclusorio poneret. Et petebant domine claustrales ab eodem magistro Cunrado, ut beate Elyzabeth liceret intrare claustrum ipsasque visitare. Et respondit magister Cunradus: "Intret, si vult", bene credens, quod non intraret. Sed illa putans se habere licentiam, claustrum intravit, sorores visitans. Quod magister Cunradus intelligens et excommunicatam iudicans, eam citius evocavit et librum preparatum ei exhibens, quesivit, si vellet stare mandatis et hoc iurare propter excommunicationem, quam incurrerat claustrum intrando, et consentit ei. Simile factum est cum sorore Yrmingarde, licet claustrum non intrasset, sed tantum foris stans accepta clave ostium aperuisset. Cui dixit, ut se prosterneret cum beata Elyzabeth ad absolutionem, precepitque fratri Gerardo¹⁾, ut bene verberaret illas cum virga quadam grossa satis et longa. Interim ipse Cunradus psalmum 'Miserere mei Deus' decantabat. Et erant eodem discipline tam graves, ut post tres ebdomadas in dorso ipsius Yrmingardis, sicut recitare solebat, cicatrices verberum apparent. Attamen eadem teste beata Elyzabeth acrius verberata est. Audite miram sancte femine illius patientiam. "Oportet nos", inquit, "taliam sustinere libenter, quia sic de nobis est sicut de gramine, quod in flumine crescit. Flumine inundante et cum impetu currente gramen inclinatur et deprimitur, et sine lesione ipsius aqua inundans pertransit et labitur. Inundatione cessante gramen erigitur et in virore suo crescit valde delectabiliter. Sic nos quandoque oportet inclinari et humiliari, ut postmodum cum augmento gratie mereamur erigi atque consolari". Habebat autem cum patientia sapientiam, patientie fructum (*vgl. Luc. 8, 15*) non ignorans. Haut dubium, quin austeritas eiusdem Cunradi fuerit beate Elyzabeth occasio magni meriti. Sicut superius ipsa confessa est, valde illum timebat, et timor magna pena est. Recitavit adhuc alia de iam dicta Yrmingardis, que discretionem, humilitatem ceterasque animi eius virtutes declarant.

(28). In tantum discreta erat beata²⁾ Elyzabeth, ut medicum quere-ret, qui ipsam dietaret, ne forte nimis sibi de victu subtrahendo nimiam

32 vigore die Vorlage. - 35 patientie fer̄m A; *vgl. Holder-Egger a. a. O. 282.*
- 36 Cunrade A.

¹⁾ *Vgl. oben S. 353 Anm. 1.*

²⁾ Huyskens, S. 136 (334).

corporis debilitatem incurreret et sic Domino per corpus servire non posset. Timebat etiam ex alia parte, quod gule vitium incurreret, si supra necessitatem nature in cibo et potu aliquid sibi indulgeret. Que etiam tante humilitatis exstitit, ut ancillas suas in mensa ad latus suum sedere et ex eadem scutella secum commedere compelleret. Et cum 5 alicque illarum pauperes essent et ignobiles, noluit tamen illis dominari neque domina vocari, sic illas instruens: "Vos", inquit, "dicetis mihi in numero singulari: 'Tu, Elyzabeth, fac hoc vel hoc'". Cui vice quadam dixit iam [dicta] Yrmingardis: "Vos, domina, meritum vestrum vobis in nobis procuratis et casum nostrum non attenditis. Ad latus vestrum se- 10 demus et ex scutella nostra commeditis. Quantum vobis meriti gratia humilitatis accedit, tantum nobis de merito propter honores a vobis impensos deperit". Cui beata respondit: "Ecce! oportet te sedere in sinu meo", et coegit eam. Sepe etiam scutellas et patellas, quod magis humilitatem sapere videtur, beata Elyzabeth lavabat et, ne ab ancillis 15 prohiberetur, aliquando illas emittebat. Et cum redirent, invenerunt scutellas et reliqua coquine instrumenta diligenter lota et nonnumquam ipsam eidem operi despecto insistentem. Ibat etiam beata Elyzabeth frequentius cum ancillis suis ad domos pauperum, secum deferri faciens 20 panes, carnes, farinam et alia victualia, que indigentibus competeabant, que omnia propria manu distribuit. Quorum vestes et lectos diligenter inspiciebat et domum rediens orationi insistebat. Non enim propter ministerium M a r t h e deserere voluit quietem M a r i e¹⁾. Propter quod laborem pie actionis condiebat illi dulcedo orationis sive contemplationis, unde gratia gustate dulcedinis thure incenso atque candelis 25 reliquias sanctorum devotissime honorare consuevit. Que rursus ad fecunditatem vite active cum L y a (vgl. Gen. 29, 31 ff.) rediens, cum pauperibus multa simul daret, magister Cunradus, quia indiscretam in hoc illam iudicans, precepit ei, ne plus simul quam unum denarium daret. Que singillatim implere studuit, quod simul non licuit. Quod 30 cum intellexisset idem Cunradus, ut de cetero denarios non daret, sed panes, precepit. Que panes multiplicabat, ut prius, unde postmodum precepit ei, ut non nisi particulas panis daret. Ecce! tam pio dolo in operibus misericordie preceptis magistri Cunradi obviavit, salva in omnibus obedientia. Unde, cum vice quadam esset in itinere visitandi quen- 35 dam heremitam et mandaret ei magister Cunradus, ut rediret, respondit nuntio: "Nos similes sumus testudini, que tempore pluvie se retrahit in domum suam. Sic nos, ut obedire valeamus, retrahamus nos a via, qua ire ceperamus".

(29). Tante perfectionis erat beata²⁾ Elyzabeth, ut infantem suum, 40 qui annum et dimidium etatis habebat, omnino a se removeri iussisset, ne forte nimis eum diligendo, affectu carnali prepedita, a divino abstraheretur servitio. Que beata, cum maxime iocunda videbatur, maxime

9 dicta fehlt in A. — Yrmingardis A.

1) Vgl. oben S. 365, 20.

2) Huyskens, S. 137 (835).

flere cepit, ita ut videres eam simul flere et gaudere. Que etiam hanc gratiam habebat, ut, cum fleret, numquam faciem more lacrimantium deformaret, quia lacrimae decurrentes ab eius oculis quasi de iocundissimo et indeficienti fonte fluebant. Unde de illis, qui in fletu faciem rugant et

5 exterminant (vgl. *Matth. 6, 16*), dicere consuevit: "Videntur tales Dominum deterrere. Dent ergo Domino quod habent cum iocunditate et hylaritate". Ex quo probatur, quod lacrimae ille, quas in orationibus sive in compassione proximorum offerebat, extorte non erant. Que si aliqua videbat, que superfluitatem vel vanam gloriam sapere videbantur, zelo

10 iustitiae ducta vix tacere potuit. Hinc est, quod tempore quodam veniens ad claustrum quoddam religiosorum, qui de elemosinis cotidianis vivebant, ostenderunt ei sculpturas sumptuose deauratas in ecclesia sua. Que eisdem religiosis circa se stantibus numero pene XXIII dicebat: "Ecce! melius et utilius potuissetis has expensas posuisse in vestibus et

15 victualibus vestris quam in parietibus et ipsas ymagines gerere in cordibus vestris". Unde, cum quidam ei diceret de quadam ymagine pulchra, quod ei competeret, respondit: "Non habeo opus tali ymagine, quia illam in corde porto". Tanta siquidem fuerat emulatrix sanctitatis, ut sustinere non posset equanimiter, si loqueretur quis ea presente

20 verba inutilia sive iracundiae, quia statim sic dicebat: "Ubi est nunc Dominus?" Et licet de vite eius sanctitate multo adhuc plura dici possent, videlicet de eius caritate, humilitate, patientia, compassione, castitate, discretione et misericordiae operibus, quae miseris impendebat, ne legentibus ipsa prolixitas tedium generaret, finem imponere dignum duximus, quia ad obitum eius describendum festinamus.

(30). Cum tempus appropinquaret, in quo Deus omnipotens tantos labores, tribulationes et angustias dilecte et electe suae Elyzabeth remunerare vellet¹⁾, per infirmitates carnis ad hostium cordis eius pulsavit vox dilecti eius ad hostium pulsantis et de tabernaculo corporis

30 dilectam evocantis: 'Surge, propera, amica mea, columba mea, formosa mea, et veni! Iam enim hyemps transiit, ymber abiit et recessit. Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis advenit, vox turturis audita est in terra nostra. Ficus protulit grossos suos, vineae florentes dederunt odorem suum' (*Cant. 2, 10—13*). Sicut per intemperiam hyemis et ymbris intelliguntur incommoda peregrinationis, ita per flores et vocem turturis vineasque florentes deliciae designantur patrie celestis, ad quas per mortem carnis beata Elyzabeth pervenit. Tempus putationis tempus est mortis. Quo instante, cum²⁾ Christi dilecta lecto decumberet, audivit sepe dicta Elyzabeth, famula eius, quasi intra

21 Et quia licet A. — 26 appropinquaret A. — 36 per *übergeschrieben* A.

1) Gregor d. Gr., Dialogi I, 8 (ed. Moricca S. 47): 'cum iam omnipotens Deus eius venerabilis viri Anastasii labores remunerare decrevisset'.

2) Huyskens, S. 138 (836).

collum eius vocem dulcissimam, et tunc beata Elyzabeth se verterat ad parietem. Que post horam ad famulam se vertens ait: "Ubi es dilecta?" Respondente illa: "Hic sum, domina", mox adiecit: "O domina mea, quam dulciter cantastis", et quesivit sancta, si eundem cantum audisset. Que ait: "Etiam". At illa: "Dico tibi", inquit, "quod inter me et parietem avicula quedam mihi iocundissime cantabat. Cuius dulcedine excitata oportebat et me cum cantante cantare". Non mirum, si sancta illa anima egressura de exilio et in montem celi sicut passer migratura (*Ps. 10, 1*) ad vocem turturis se invitantis dulciter cantavit. Cumque circa iacentem dominam sepedicte ancille sederent et de infirmitate pie matris plurimum dolerent, dicebat illis: "Quid faciendum esset nobis, si dyabolus se nobis ostenderet?" Hoc cum sancta dixisset, post paululum alta voce, quasi demonem repellens, sic ait: "Fuge, fuge, fuge", et intulit: "Modo loquamur de Deo et puero Iesu, quia instat media nox, quando natus est dulcissimus Iesus et in presepio quievit et novam stellam, que numquam ante visa est, creavit". Haut dubium, quin utriusque tunc presentiam senserit, dyaboli videlicet, qui electorum calcaneum, id est finem, observat (*vgl. Ps. 55, 7*), sicut exemplum habemus de sancto Martino¹⁾, et ipsius Iesu, in cuius morte dyabolus fuisse legitur²⁾. Qui sicut presentia sua animam egredientem terret, turbat et contristat, ita Christus letificat et visione sua sancta con-

¹⁾ Sulpicius Severus, Epist. 3, 16 (ed. Halm, Corpus script. eccl. Lat. I, 149).

²⁾ Ebenso in Caesarius' Homilien, Band I, 176 Nr. 231 (wo ebenfalls vorher die gleiche Stelle des Sulpicius Severus angeführt wird): 'Qui et in Salvatoris morte fuisse legitur et sedisse super brachium crucis, ut probaret, si Christus moreretur'. Caesarius schöpft aus Petrus Comestor, Historia evangelica c. 172 (Migne, Patr. Lat. 198, 1630): 'Tamen in Tobia super exenterationem piscis (Tob. 6, 5) legitur daemonem stesisse super brachium crucis et considerasse, an Christus aliquam maculam peccati haberet'. In der Historia libri Tobiae c. 1 (eb. Sp. 1434 f.) nennt Petrus als seine Quelle Beda (In librum Tobiae allegorica interpretatio, eb. 91, 923), der aber vom Stehen des Teufels auf dem einen Kreuzarm noch nichts weiß und von Petrus durch Vermittlung der von Beda abhängigen Glossa ordinaria (zu Tob. 6, 2, eb. 113, 723) benutzt zu sein scheint. Von Petrus ist auch Vincenz von Beauvais abhängig, Speculum historiale VII (VIII), 43, sowie der 1377 gestorbene Kartäuser Ludolf von Sachsen, Vita Christi, pars II, c. 63 § 20, wo an die Worte von Petrus Comestor eine Stelle Gregors des Großen angefügt ist, Homil. in evang. 39, 8 (Migne a. a. O. 76, 1299), und c. 64 § 3, wo Ludolf die 'glossa Tobiae' und 'Magister in Historiis' (d. h. Petrus) als seine Quellen nennt (Vita Christi, ed. L. M. Rigollot IV, Paris 1870, S. 579 und 605). Das 1324 verfaßte Speculum humanae salvationis c. 27, V. 59 (ed. J. Lutz und P. Perdrizet I, Leipzig 1907, S. 57, vgl. S. 217 f.), als dessen Verfasser man ebenfalls Ludolf von Sachsen vermutet hat (eb. S. 247 ff.), bestimmt den Kreuzarm aus naheliegenden Gründen als den linken: 'Diabolus in sinistro brachio crucis sedens mirabatur, quis ille esset, quem omnis creatura reverebatur'. — Prof. Wilhelm Neuß in Bonn hat durch einen Hinweis auf Ludolfs Vita Christi die Ermittlung von Caesarius' Quelle erleichtert, wofür ihm auch hier herzlich gedankt sei.

fortat. De utraque hac visione sponsa dicit in Canticis: 'Surge, aquilo, et veni, auster' (*Cant. 4, 16*). Aquilo ventus durus est et significat dyabolum, qui ait: 'Ponam sedem meam ad aquilonem et similis ero Altissimo' (*Isai. 14, 13, 14*). Auster, qui flat a meridie, Christum designat, qui est media dies, id est mediator Dei et hominum. Ad hoc beata Elyzabeth dicebat dyabolo: "Fuge, fuge, fuge", ut recederet; ad hoc dicebat: "Modo loquamur de Deo et puero Iesu", ut ille cum ipsa maneret. Loquens ¹⁾ vero de Salvatore, iocundissima fuit, tamquam non infirmaretur, ita ut diceret: "Licet debilis sim, nullam tamen sentio infirmitatem". Et ait audiente Yrmingarde: "Iam tempus instat, quod omnipotens Deus eos, qui amici eius sunt, vocabit", propter humilitatem in plurali numero hoc de se loquens. In tota illa die, que sanctissimum eius obitum precedebat, devotissima manebat, sponsi sui adventum prestolans, cum eo intratura ad nuptias (*vgl. Matth. 25, 10*).

15 Quid aliud est oleum in lampade (*eb. 25, 4*), nisi devotionis gratia in corde? Devotione ignis caritatis, ut lucere, ardere et durare possit, nutritur. Cum lampade ardente, id est caritate fervente, beata hec cum Christo, quem ut sponsum dilexit et sicut carissimum hospitem semper in domo propria in membris suis suscipere studuit, ad celestes

20 nuptias intravit. Que in ipsa hora mortis sue quasi dormiens iacuit et expiravit. Exspiravit, inquam, in fide sancte ecclesie et in firma spe glorie, ita ut moriens dicere posset cum psalmista: 'In pace in id ipsum dormiam et requiescam' (*Ps. 4, 9*). Et in alio psalmo: 'Caro mea requiescet in spe' (*Ps. 15, 9*). In qua spe? In spe utique gloriose resurrectionis. 'Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur' (*1. Cor. 15, 51*). Inmutatio corporum est glorificatio, que solis debetur electis. Hii in pace dormiunt et in spe requiescunt, diem feliciter expectantes sue gloriose resurrectionis; in quo, tamquam dormiunt, suscitabuntur. In ¹⁾ corpore beate Elyzabeth mortuo non modicum tunc

30 temporis contigit miraculum. Nam cum ab ipsa hora mortis usque in quartum diem intumulatum iacuisset, nihil omnino fetoris vel immunditie, sicut de ceteris mortuorum cadaveribus exire solet, ab illo sacro corpore exalabat, sed odor suavissimus, odor aromaticus, cuius fragrantia universos tam copiose reficiebat, ut de illo dicere possent: 'Emissiones tue paradysus malorum puniceorum cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo, nardus et crocus, fistula, cinamomum cum universis lignis Lybani, mirra et aloe cum universis primis ungentis' (*Cant. 4, 13, 14*). Cumque idem corpus sacratissimum tunica grisea involutum, faciem habens pannis circumligatam, iaceret in feretro, plurimi ex hiis,

40 qui presentes aderant, corporis sanctitatem non ignorantes, devotione accensi particulas pannorum eius incidabant, alii rumpebant, nonnulli ungues manuum sive pedum eius decurtabant. Quidam etiam summitatem

19 sui suscipere A. — 28 tamquam durchgestrichen A.

¹⁾ Huyskens, S. 139 (837).

mamillarum eius et digitum unum de manu eius precidebant, pro reliquiis ea servantes. Quantus autem dolor pauperum atque infirmorum illic concurrentium et de tante matris morte vociferantium sit auditus, paucis explicari non potest. Acsi omnium mater carissima fuisset et omnes in carne genuisset, ita illam querulosis vocibus plangebant. Cum autem officium defunctorum diceretur, abbatissa de *Wetere*¹⁾, que tunc presens aderat, avicularum cantus iocundissimos audivit. Que in dulcedine eiusdem cantus multum delectata, in quonam loco esset scire volens, ecclesiam exivit et ecce! vidit in cacumine basilice aviculas plurimas congregatas, que cantu suo quasi funeris exequias agebant. Nimirum figura sanctorum angelorum conventus et concentus iste fuit avicularum, qui circa hoc sanctissimum corpus congregati fuerant et cum laudum preconio animam Deo optulerant²⁾. Et quia beata Elyzabeth femina fuerat nobilis et religiosa, per omne illud triduum, quo corpus eius intumulatum iacuerat, congregata est de tota provincia, civitatibus, castris, villis atque cenobiis ad eius exequias innumeralis turba populorum, a quibus valde honorifice corpus illius in hospitali *Marburg*, quod ipsa fundaverat et possessionibus ditaverat, in capella modica sepultum est. Obiit autem beatissima Elyzabeth anno ab incarnatione Domini *MCCXXXI*³⁾, anno vite sue vicésimo quinto³⁾, *Romane* ecclesie presidente domino papa *Grego-*

*) quarto decimo Kalendas Decembris *fügt L hinzu.*

3 vociferantium A. — 10 *Der mit Nimirum beginnende Abschnitt auch in L.* — 11 avicularum fuit L. — 13 deo animam obtulerant L. — quia ipsa beata L. — 15 congregatae sunt L. — 16 ad eiusdem exequias L. — innumeralis turba L. — 17 valde *fehlt L.* — corpus eius in L. — 19 beata Elyzabeth L. — 20 anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo primo L; *MCCXXX* A. — anno etatis sue L. — sue (*Raum freigelassen*) *Romane* A; *mit* vicésimo quinto *schließt L.*

1) Vgl. oben S. 372 Anm. 3.

2) Vgl. zu dieser Erzählung *Liselotte Junge, Die Tierlegenden des hl. Franz von Assisi (Königsberger historische Forschungen 4), Leipzig 1932, S. 71 ff.*

3) Die Angabe über das Lebensalter der Heiligen bei ihrem Tode — 25 Jahre — stimmt überein mit einer Handschrift des Briefes Konrads von Marburg (*Huyskens, Quellenstudien* S. 160); dagegen besteht gegenüber dem Briefe eine Abweichung hinsichtlich des Zusatzes über den Todestag in L. Während der Brief Konrads mit 'XVI^o Kalendas Decembris' den 16. November wohl richtig angibt, nennt L mit 'quarto decimo Kalendas' den 18. November. Es liegt wohl nur ein Lesefehler: 'XIII' statt 'XVI' vor; andernfalls handelt es sich um einen Irrtum, ähnlich wie in der päpstlichen Kanonisationsbulle vom 1. Juni 1235, die irrig den 19. November, den Tag der Beisetzung, als Todestag bezeichnet (*Wyss a. a. O. I, Nr. 54*). Berichtet doch *Caesarius* im Anschluß an seine Vorlage selbst, daß die Heilige erst am 4. Tage bzw. nach einem triduum nach dem Tode beigesetzt worden sei, was für den 16. als Todestag und den 19. als Beisetzungstag zutrifft. Bei der Erwähnung der Kanonisationsbulle in der nachfolgenden Predigt bezeichnet *Caesarius* den darin festgesetzten Elisabethtag — 'XIII. Kalendas Decembris' — als 'dies depositionis' (S. 386). Vgl. *Dobenecker, Regesta Thuringiae III, Nr. 222a.*

rio nominis huius nono sub Friderico secundo Romanorum imperatore. Agamus ergo gratias, fratres karissimi, summo regi et pontifici Iesu Christo domino nostro, cui cum Patre et Spiritu sancto honor sit et imperium per infinita secula seculorum. Amen.

5 EXPLICIT VITA BEATE ELYZABETH.

2.

Die Predigt über die Translation der hl. Elisabeth.

INCIPIT SERMO DE TRANSLATIONE BEATE ELYZABETH.

(1). 'Non potest civitas abscondi super montem posita' (*Matth.*
 10 5, 14). Verba sunt Salvatoris in ewangelio et loquitur hic de quolibet
 iusto et electo, cuius animam post mortem carnis dignitate pre-
 miorum in celis exaltat et prerogativam meritorum eius per gloriam
 miraculorum in terris manifestat. Talis erat beata Elyzabeth quon-
 dam langravia, regis Ungarie proles inclita, cuius hodie trans-
 15 lationem colimus et in monte celi positam per miracula, que per eius cor-
 pus cotidie fieri non ambigimus. Ipsa re vera est civitas sancta, funda-
 menta habens in montibus sanctis posita, civitas Dei, civitas refugii (*vgl.*
Jos. 21, 36). Quis miserorum, cum adhuc in hac 'valle lacrimarum' (*Ps.*
 83, 7) posita esset, ad ipsam confugit et misericordiam, quam quesivit,
 20 non invenit? Ipsa, inquam, est civitas in fide apostolorum et prophetarum
 fundata, spe celestium semper erecta, consummatis operibus virtutum
 locupletata. Sive per Bethleem sive per Ierusalem beatam
 Elyzabeth intelligas, utraque civitas ob nominis interpretationem illius
 virtutibus congruit. Bethleem, ut notum est, interpretatur 'domus panis'
 25 nis¹⁾ et significat vitam activam, Ierusalem vero 'visio pacis'²⁾ et
 vitam designat contemplationibus plenam. Quam perfecta in utraque
 vita femina ista fuerit, satis liber vite eius ostendit. Elyzabeth 'Dei
 mei saturitas' interpretatur³⁾, Bethleem vero, ut iam dictum est, 'do-
 mus panis'. Quia hec beata Christum semper in suis membris saturare
 30 studuit, non iam figuraliter, sed realiter Bethleem, id est 'domus
 panis', Elyzabeth exstitit. Erat et Ierusalem, veram pacem, id est
 Christum, sive orando sive meditando sive mente excedendo semper
 videns. Sex portas habuisse legitur Ierusalem terrestris⁴⁾, per quas

21 consummata A. — 28 domus pacis A.

¹⁾ Isidor, *Etymologiae* XV, 1, 23: 'Bethleem — — domus panis interpretatur'.

²⁾ Hieronymus, *Liber interpret. Hebr. nom.*, ed. P. de Lagarde, *Onomastica sacra* I, S. 50, 9. 62, 5 usw.: 'Ierusalem visio pacis'.

³⁾ Vgl. oben S. 347 Anm. 2.

⁴⁾ Theodosius, *De situ terrae sanctae* c. 1 (ed. Geyer, *Corpus script. eccl. Lat.* 39, S. 137): 'Civitas Hierusalem habens portas maiores VI'; Adamnan, *De locis sanctis* I, 1 (eb. S. 224); Beda, *Liber de locis sanctis* c. 1 (eb. S. 303).

sex opera misericordie designantur¹⁾. Per portas civitatis ad actiones exteriores exitur et per easdem portas ad quietem interiorem intratur. Beata Elyzabeth sic exercuit opera misericordie, ut non recederet a divina contemplatione. De secreto contemplationis quasi per quasdam portas iustitie frequenter exivit, ut Christum in pauperibus esurientem cibaret, sitientem potaret, hospitem colligeret, nudum operiret, infirmum visitaret et in cuiuslibet necessitatis carcere positum presentialiter adiret²⁾. Beate huius civitatis turres erant quatuor virtutes cardinales, scilicet iustitia, prudentia, fortitudo, temperantia. Est autem effectus iustitie miseris subvenire, effectus prudentie insidias precavere, effectus fortitudinis temporis molestias perferre, effectus temperantie illecebras refrenare.

(2). Venerabilis femina Elyzabeth adhuc 'in valle lacrimarum' (*Ps.* 83,7) posita quatuor has virtutes diligenter satis exercuit. Per virtutem iustitie tam copiose miseris, id est pauperibus et infirmis, viduis et pupillis, peregrinis et advenis, subvenit, non solum personaliter multis illorum ministrando, sed etiam pecuniam magnam ad illorum necessitates distribuendo. Nam quingentas marcas simul circa oppidum *M a r b u r g* erogavit³⁾. Cui et illud *D a v i t i c u m* congruit: 'Dispensit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi' (*Ps.* 111,9). Quod tali modo insidias dyaboli precaverit, ex effectu prudentie fuit. 'Omnium malorum radix avaritia est' (*1. Tim.* 6, 10) et ydolorum servitus. Huius vitii insidias evasit, dum nihil sibi retinens ipsas divitias contempsit. In turri fortitudinis fuit, dum omnes iniurias sibi illatas sustinuit patienter, Deo in omnibus gratias agens. Nam post mortem mariti sui de castro et ceteris possessionibus dotalliti sui cum liberis et ancillis suis miserabiliter satis eiecta est⁴⁾, sed quia 'mulier fortis' (*Prov.* 31, 10) fuit, equanimiter universa tolleravit. Temperantie in se effectum ostendit, cum carnis illecebras sic in se refrenavit, ut adhuc vivente marito suo in manus magistri *C u n r a d i* continentiam Deo voveret, si eam viro supervivere contingeret⁵⁾. Quod et fecit, in viduitate sancta permanens. Que licet humilis esset et cunctis virtutibus adornata, tam temperanter tamen vivere studuit, ut de indiscreta abstinentia notari non posset. Propter quod etiam medicum quesivit, qui eam dietaret, ne forte de cibariis nimis sumendo gule vitio subiaceret vel nimis abstinendo Deo servire non

11 temporis *durchgestrichen* A. — 16 pupillis A.

¹⁾ Mit dem Bilde der Stadt Jerusalem und ihrer ebensoviel Werke der Barmherzigkeit versinnbildlichenden sechs Tore ist Caesarius der geistige Urheber der Elisabeth-Medaillonfenster in ihrer Grabeskirche zu Marburg geworden; vgl. A. Huyskens, Zur Geschichte der Glasgemälde in der Elisabethkirche zu Marburg (Fuldaer Geschichtsblätter VI, 1907, S. 155 ff., besonders S. 158 f.).

²⁾ Vgl. Matth. 25, 35—44.

³⁾ Vgl. oben S. 372, 35.

⁴⁾ Eb. S. 363.

⁵⁾ Eb. 352 (Anm. 2), 355 (c. 7).

posset¹⁾. Beata Elyzabeth, quamdiu in hoc mundo fuit, civitas abscon-
 sa (vgl. *Matth. 5, 14*) fuit et hoc ideo, quia in valle humilitatis
 posita animi sui virtutes per nulla declarari optavit miracula, sciens
 illa bonis et malis esse communia. Legitur in *Vitas patrum*²⁾ quendam
 5 tam excellentis vite fuisse, ut innumeris miraculis coruscaret et bestiis
 indomitis imperaret. Propter quam gratiam in superbiam elevatus et
 spiritu fornicationis seductus tam graviter cecidit, ut indutias peni-
 tendi a Deo postulas accipere non mereretur. Cuius ruinam beatus
 Anthonius per spiritum intelligens planxit, dicens: "Hodie magna
 10 columpna ecclesie cecidit". Severus in *Vita sancti Martini*³⁾
 scribit historiam ex parte similem, sed fine dissimili: Cum quidam
 anachorita ob vite sanctitatem tantam accepisset a Domino potestatem,
 ut demonibus imperaret et missis fimbriis cilicii sui de obsessis cor-
 poribus illos fugaret, propter honores ob hoc sibi impensos sic cepit
 15 intus inani gloria pulsari, ut ruinam metuens Deum attentius oraret,
 quatinus dyabolum ad similitudinem illorum, quos curare consueverat,
 quinque sibi mensibus dominari permetteret. Qui a Domino exauditus,
 mox, ut furere cepit, vinculis est ligatus et post quinque menses de-
 mum curatus non solum a demone, sed etiam a vitio inanis glorie.
 20 Propter quod beata Elyzabeth non in magnis neque in mirabilibus su-
 per se ambulare voluit, sed humilia de se sentiens (vgl. *Ps. 130, 1, 2*)
 gratiam sibi concessam semper in se custodire studuit. Attamen dicebat
